Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Germaniae exegeseos volumina duodecim

https://hdl.handle.net/1874/427577



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- **de rug van het boek**
- **de kopsnede**
- **de frontsnede**
- **de staartsnede**
- **het achterplat**

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- **the spine**
- **the head edge**
- **the fore edge**
- **the bottom edge**
- **the back board**

Historia Gentium
Fol. nº. 367.

IRENICI
Germaniae
Exegesis &c.
MUTIUS
De Germanorum
origine.

[illegible]

92.

a.

noſtros in via pacis deus iſta
el. Bñdc̄s dñs.

Am lucis ortu ſydere deū

ꝓcemur ſupplices ut in diurnis

actibꝫ nos ſeruet a nocentibꝫ.
nguā refrenās tēperet ne
litis horror inſonet uiſū fouēdo
contegat ne uanitates hauriat.
int pura cordis īntima abſiſ
tat et uecordia carnis terat ſu
pbiam potus cibi q̄ parcitas.
t cū dies abceſſerit noctemq̄
ſol reduxerit mundi ꝑ abſtinēti
am ipſi canamus gloriā. aus
honor uirtus gloria deo patri et
filio una cū ſancto ſpiritu in ſem
piterna ſecula. Amen.
Eus in noīe tuo
ſaluū me fac:
et in uirtute
tua iudica me.
eus exaudi orōnē meā:
auribꝫ ꝑcipe vba oris mei.
uoniā alieni īſurrexerūt

tum ſuum.
cce eñ deus adiuuat me
et dñs ſuſceptor ē aīe mee.
uerte mala īnimicis me
is: et in ueritate tua diſp
de illos.
oluntarie ſacrificabo t
et confitebor noī tuo dñe
quoniā bonum eſt.
uoniā ex oī tribulatione
eripuiſti me: et ſup īnimicos
meos deſpexit oculos meus
loria pri et filio.
Nota. hic pſalmꝰ ſequēs d̄. ſp t
inmicis diebꝫ ad ꝑmā. Etiā q̄ in
ebdō paſchali d̄r oī die. Sed a dñ
ſexageſime vſq̄ ad feſtū paſche
d̄r Cōfitemī ī laudibꝫ et nō ad ꝑ
mā. ſed loco eiꝰ dicit̄. Dñs regnau
decorē indutus ē. ad ꝑmā.
Onfitemī dño qm̄ bo
nus: qm̄ in ſeculum
miſericordia eius.
icant nūc iſrl' quoniam
bonus: qm̄ in ſeculū mīa e
icat nūc domus aaron:
qm̄ in ſeculū miſcd̄ia eius.
icant nunc qui timēt do

Historia Gentium
Folio n°. 367.

~~N. 92 A~~

N°: 218. N.

GERMANIAE EXEGESEOS VOLVMINA DVODECIM A FRANCISCO IRENICO ETTELINGIACENSI EXARATA

Eiuſdem oratio protreptica, in amorem Germaniæ, cum præſentis operis excuſatione, ad Illuſtriſs. principis Palatini Electoris Cancellarium Florentium de Pheningen, vtriuſq; cenſuræ Doctorem.

Vrbis Norinbergæ deſcriptio, Conrado Celte enarratore.

Ἡ βίβλος τῆς γερμανίας ἐξηγήσεως
τοῖς σπουδαίοις σώζειν.

Ὅστις γερμανῶν πολεμήϊα ἔργ᾽ ἀμαχήτων
ἱέμενος τ᾽ ἔτι νῦν, ἤ τὰ πάλ᾽ ἤεν ἔχειν.
Τῶν τ᾽ ἐπιχείρων πόλλ᾽ ἄλλοι πόλλοις τὰ λέληθεν
ὧδε σὺ κηδόμενος βάλλε, διδάκτος ἔσῃ.
Πατρίδος εὐγενέος τὸ κεκρυμμένον εὖχος ἀπ᾽ ἄλλων
γνώσεις, εἰ μύθων τῶν σοὶ ἐμῶν γε μέλει.

ACADEMIA RHENO TRAIECTINA

Ex Donatione Hub. à Bürckel

duces, qui opinione maiorum, qua nitebantur, altius iuerunt omnibus. Nō tñ dubitauerunt amplitudinis eorum aculeum ſibiipſis e Bauaria acceſſire, ex quo uetus Ottonum proſapia defecerat, nobilitatiſq́ cognomen honeſtiſſimum ex Hērico Bauaro Palatino ferre. Qui poſtq̄ Fœderico imperatori obaudiuerat, Bauariæ q̄ Saxoniæ ducatibus, quibus præditus erat, exutus eſt. Verum ad q̄d attinet: nobilitatē, magnoſq́ partus tuos ex ſola claritate naſcēdi erogare: cui tñ tantū lucis, tanta imago ſplendoris ineſt, ut hæc nunq́ e ſuis finibus exorbitauerit. Si aduerſarii tui ꝓcunctatione tenerentur, eo generis tui ſublimitas perducta eſt, ut hi quod recuſarent dicere, negare non poſſent. Cæterū ut recedamus ab hac nobilitate, quæ opiniōe parentū aut ſanguine ſolo propagatur. Virtutem in exemplum tuæ nobilitatis aſſumamus, q̄ potiſſima, multo q́ receptior cuiuſcunq́ faſtigii ratio eſt. Illa enim plus in famā maiorum q̄ritur. Hæc uero propria dexteritate nixa, noſtro decori fortius inſiſtit. Nimiæ autem ſedulitatis eſſet, electorii muneris ſublimitatem e ſola uirtute profectā, ad exigendas nobilitatis tuæ cauſas detorquere, quæ ex ſe ipſa ita per ſe ualet ac meretur, ut nullius introducta ſententia facile amoliatur, nec refutatur, ueluti nobilitatis radix & caput, quo ſublato, tota germanicæ nobilitatis auctoritas ſummoueretur. Id intendit ſublimitatis tuæ calculum, in quo genuinam Bauariæ εὐγένειαν longo iactu poſt te reliquiſti, plurimoſq́ Germaniæ principes infra te uideris. Qz nō in ſenatum ſacratiſſimi imperii ueluti alii heroes accit9 es, uerum inſtar illius, cui primæ partes, primuſq́ honor, inter germanos honorifice eſt delatus. Nec gloriæ tuæ interhabeatur, tot imperatores e tua ſola proſapia caput eorum protuliſſe. Tot præterea reges, ut quotqcunq́ conditionis quiſq́ fuerit, eo nobilior cēſeri uoluerit, quo tibi proximior. Nobilitatis tuæ occaſionem affectanter multi ſuo generi induxerunt, quam nullo gradu attigerunt. Eſt igitur, ut tāto plus ſtirpis tuæ amplitudo admiretur, quo magis intelligatur, quamuis nec nunc ſatis. Germani enim ueteres propriæ laudis ambitione ſoluti, nulla ſuiipſorum arrogantia tenebantur. Et huic uni uacauerunt, ut uirtuti, non famæ ſeruientes, uirtutem exigerent, pro hac, non pro gloria certantes, eorum titulos plus in uirtutem q̄ in opinionem hominum ſeponerent. Compoſuerunt itaq́ ſeſe ad uirtutem germanorum antiqui, non ut p̄dicarentur, quia uirtutem ſequebantur, uerum potius ut eam, quā ſequerent̄, prædicarent, dum ipſi prædicari meruiſſent. Hæc Princeps facile Clariſſime, poſtquam nos admonuere, in noui luctus memoriam affectus noſtros reduxerunt. Non enim detinueram me, ubi de uirtute orationem habui, quo min9 parentem tuum indulgentiſſimum, dum oculis non licet, animo ſaltem in hiſce literis requirerem, ac animum meum (non dubito quin & tuum) recenti uulnere ex illius obitu ſuſcepto impatienter exulcerē. Obuerſatur ille pater tuus nimis & frequenter oculis noſtris, quotieſcunq́ uirtutem intueor. Ita ſumma mea in eum uoluntas coaluit, ut penes me ille uiuat, & dū mortuus eſt, ita mortuus ſit, q́ certiorem uiuentis imaginem in pectoribus noſtris (q̄ dum

uixerat) repoſuerit, ſi ſaltem eum uixiſſe dicimus, cuius uita præſens, ob uir-
tutem ſꝑ eſt, & cuius mors potius uitæ q̃ mortis appellationẽ ſumit. Et quãuis
fuerit hic PHILIPPVS parens tuus in omni uirtutũ genere conſumatus. Id
tñ præconii ſempiterni laudibus eius perpetuitas addidit, in q̃ & uera uirtutis
opera illius deprehẽdimus, quod incredibili humanitate eruditis deſeruierat.
Quos & terrarum undiq; ad confirmandos, erudiendoſq; filiorum ſuorum
animos acciuerat, ut filii ſui ad claritatem eius niterentur, ac digni Palatino pa
tre legitimis literis inſtituti euaderent. Vidit parens tuus id in bonam conſue-
tudinem a priſcis fuiſſe receptum, ut liberi liberiſſimorum uirorum liberiori-
bus præceptis ſubmitterentur. Cuius conatui id ſeruire poteſt, ad quod ſe cõ-
ponebat. Adrianus imperator altiſſimi ingenii uir, qui uniuerſam Græciã mul
to ſtudio perquiſiuit, donec ei Herodes Ariſtidis diſcipulus præceptor conti
gerat. Nihilo ſecius Ptolemæus rex, Philomater dictus, filiis ſuis Ariſtarchum
Ariſtophanis Pergamenſis grammatici auditorem præfecit. Eandem ſedulita
tẽ in liberos Antonini cæſaris miris laudibus Suidas exclamat, qui plus in opi
nionibus eruditorum q̃ imperatorum ſtare maluit. Potuit hæc res in foro lite
rario nonnihil, præcipuum enim ac peculiare argumentum id erat, ueterũ im
peratorum eruditionis. Eo enim aſſenſu in ſublimia diſciplinarũ domicilia pri
ſci imperatores proficiſcebantur, ut paucos habuerint inter priuatos q̃ nobi
les, qui tam fœliciter, tam uaria ſtudiorum genera adierint. Quid rogo Adria
no in ſeptem uoluminibus τῆσ μεταμορφώσεως antiquius uidit uetuſtas? Quid Iu
liani imperatoris operibus terſius longa ætas tulit? Nil Antonini uolumĩe de
ſe ipſo ĩſcripto fœlicius, nil huius aui Antonini (ſi Cecilio credimus) carmini-
bus græcis elegantius ab humano ingenio defluxit. Et quod ualde illis hone-
ſtiſſimum eſt, adeo & tam abſolute græce ſcripſerunt, ut pelaſgis inuiderim,
Romanorum imperatores candidiſſimos, tam excelſo effuſo ac rotundo ſtylo
ab eorum literis ad græcas deſcendiſſe. Nil potuit cumulatius de Ptolemæo
Philadelpho aſſeri teſtimonio Athenæi græci cordatiſſimi, a quo ἀνὴρ οὐ μόνον
ἐν τῆσ φιλοσοφίασ θεωρία τεθραμμένοσ, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν ἄλλον βίον ἐξητασμένος dicit.
Athenagoras philoſophus legationẽ pro chriſtiãis (q̃ functus eſt) Cõmodo
ac Antonino Pio imperatoribus deſtinatam exordiebatur cum præfatione
nominis imperatorii fulgoris, inde facto eorũ eruditionis ſermone, quod plus
eſt, inquit, philoſophis q̃ imperatoribus. Taceo Alexandrum, Claudium, Ga
lienum, alioqui inter bonos imperatores haud numerãdos, qui tamen magnã
curarum partem in literis exegerunt. Nec nobis ſine memoria nunc Zeno-
bia regina Longini philoſophi auditrix abeat, quæ Ephinnaſſe tulit appella-
tionem, ob effuſam ac candidam literarum peritiam, ueluti Nicomachus græ
cus collegit, qui Zenobiæ opera ſacroſancta græca reddidit. Tædioſum eſſet
& onus ſcribendi maximum, imperatorum nomina ſaltem excurrere, qui ope
ram impenſam literis accommodauere, multumq; uenerationis literatis tribu
erunt. Ne autem illorum memoria nobis non hærentibus, ſed breuiter per
hæc euntibus, obſtet, a Romanis ad Barbarorum principes tranſeamus. In hac

æthiopum reges fuere ſententia, ut nullum in ducem niſi e ſacerdotum nu-
mero profectum cõſecrarent. Nec diſſimili exemplo parens tuus, firmiori ſen
tentia inſtructus, ut ſui filii ocia eorum in literis fœliciter tranſmitterent, Ioan
nem Capnionem uirum ſui ſimilem, publicoq́ꝫ honore nominandum, propri
um ac præcipuum illis præceptorem, donec maturarent, delegit. Vt hi illius
ſtudio ac diligentia adiuti, ſolidam ac uirilem ingenii uim conſequerētur. Nec
paterna uota de te ac fratribus tuis cõcœpta, incaſſa ceciderũt. Aliquos enim
maximis ſacerdotiis prędítos in eorum præſules Spira, Ratiſpona, Friſingum
ingenti plauſu partim elegerunt, partim expectauerũt. Nec te FOEDERICE
Princeps Magnificentiſſime, liberalitate ac benignitate quiſq̃ ſuperauit. Et ſi
tibi bellicę uirtutis ſplendorem, literarumq́ꝫ peritiam, quam cum militari ſacra
mento poſſides coniũctiſſimam, adiecerimus? Nõ eſt, quod amplius a bono
principe expectemus. Niſi quod in te LVDOVICE hactenus requirebat
totus gymnaſii tui populus, qui primus poſtq̃ per tot ſecula bonarum literarũ
uſus aruerat, ac cultiora ſtudia reſidebant, politioris diſciplinæ officinas auſpi-
catiſſimo initio exarare, utiliſſimumq́ꝫ munus publica lectura proſeq uoluiſti
Quo beneficio nihil honeſtius ciuibus, nihil utilius nobis prę́ſtitiſſe potuiſſes.
Finxiſti tibi quod tuum erit ſempiternum, cuius inſtituti memoriam nulla ętas
operibit. Intendit itaq́ꝫ laudes tuas res antea tam inuiſa q̃ falſa a tuis maioribꝰ,
dum illa benedicendi profeſſio, ductu tuo, tuo aſſenſu, ſit introducta, quam a
priuato etiam inſtitui pulchrum fuiſſet, a principe pulchrius, a te pulcherrimũ
neſcio an magis neceſſarium? Vidiſti (quid enim non uides) id conſtruendo
muſeorum genus priſcis imperatoribus fuiſſe ratum, ut illis manum porrexe-
rint, qui multo ſtudio ac labore in legitimis diſciplinis ætatem conſumpſerũt.
Formaſti tibi argumentum a regibus ægyptiacis, qui literarum ſacraria diuer
ſis dicendi generibus accommodata conſtituerunt, referente Strabone libro
decimo ſeptimo, in quibus & ipſi reges Ptolemæi honeſtiſſima literarum cõ-
tentione cum philoſophis grauiter & magnifice decertabãt. Adrianus ille im-
perator literatiſſimus, eiuſdem farinæ muſea audiendorum poetarum gratia
quotidie libere ſubibat, quemadmodum in uita Palemonis collegit Philoſtra
tus. Plura de Muſeo attulerunt Cecilius in epiſtola ad Minutium Fundanũ,
& Phliaſius græcus in libro περὶ τῆς σιλλογραφίας. i. de ſalibus inſcripto, qui in-
ter cęteras facecias ludit ueterem philoſophorum gregem, quos in iſtiuſmodi
muſeis ueluti aues in reticulis inæſcatos tradidit. Illos & Athenæus grauiſſimꝰ
& in ſuo ſcribendi genere diligentiſſimus auctor, in primo δειπνοσοφιςῶν γαστε
ροχήτορες nuncupauit, ut eos quorũ in muſeis animus. quorum uox tãtum in pa
tinis eſſet. Cæterum de priſcis philoſophis, non recentioribus, loquor, quos
βιβλιακοὺς ϗ ἀπίριτα ληράοντες Chamæleon & Timon gręci. i. librarios & in in
finitum litigantes dixerunt, qui plærunq́ꝫ contempto benedicendi labore (ut
eximius orator ait) ad formandos animos ſtatuendaſq́ꝫ uitæ leges regreſſi, ui
tia eorum cæteros latuerunt, omniaq́ꝫ ſibi ueluti propria aſſeruerunt. Erigebã
tur præterea Muſea ad ſuſtentãdos Sophiſtas, maxime Homero Heſiodoq́ꝫ

ſimiles

ſimiles,quos ſophiſtarum appellatiōe pleno ore ac effuſo Cratinus in Archi locho,Iſocrates,Philoſtratus q̃ Laertius appellauere. Ad huius Muſei æmu/ lationem Romæ olim Athenęum a Claudio principe formatum eſt,& in duo tabernacula diſcretum,in quorum uno Cyrenicon,in altero Carchedoniacō ſtatis diebus recitabantur,ut placet Tranquillo.Iulius Capitolinus in Gordia no multa de Athenęo diſſeruit,quod Lampridii litera ethenium perpere nun cupat. Conſtat & Athenæum uocatam urbem quandam,plus ad excolēda in genia q̃ ad fortitudinem perpetuitatemq; a Demetrio Antigoni filio cōſtru/ ctam,ueluti Pauſanias adducit.Cæterum neſcio quorſum nos Muſeorum me moria trāſuexerit,tibi in præcipuū decus uertitur,q̃d in ſtruendis Athenæis Heidelbergenſibus meis,immo tuis,Claudium Romanum,Ptolemæoſq; ęgy ptiacos effinxeris,poſtq; eorū ingenia tam ſalſa intellexeras,ut q̃d alii diſcere cuperent,hi polliceri poſſent.Nec alienis inſtitutis egeras,ad initianda ea,quę multa prudentia nobis diſpoſuiſti.Nec opus erat ut aliorū conſiliis aut exter/ norum ſiue priſcorum exempla te iuuarent.Dum tibi pręſentes dii tam ſanctū tam rectum,tam compoſitum ſenatum,ueluti ad patriæ noſtræ uſum natū cō ceſſerint,qui tibi ſponte prono ac currenti ad aperienda probæ & caſtæ eru/ ditioni limina,calcaria adegiſſet.In primis intimus & florentiſſimus conſiliari us tuus FLORENTIVS de Pheningen,qui in altum adeo in utriuſq; iuris cenſura tranſiuit,ut ueri phœnicis appellationē meruerit. Cuiꝰ induſtria oībꝰ titulis,omnibus honoribus par eſt,nec tantum in foro,aut in actionibus diſer ta,uerum ad omnes eloquentiæ numeros abſoluta & parata meretur. Si tibi LVDOVICE Princeps Fœliciſs. Λέκα συμφράδμονες.i.decem cōſultatores, huic Neſtori ſimiles exuperarent: plena fœlicitate præſtare tibi poſſes,quod apud Homerum Agamemnō τάχ᾽ ἐμυσειε πόλισ.i.ut breui Troiam interceptu rus ſis.Altius Darii regis ſentētia tendit,qui magis Zopyri ſalutem,q̃ decem Troias,decem Babylonias maluerat.Aeſtimauit duas ingentes fœlicitatis eius partes Sylla, quibus maxime gloriabatur τὴν πίου μετέλλου φιλίαν, . Amicitiā uidelicet Pii Metelli,& ꝙ Athenas non dirruiſſet.Poſſunt id bonæ literæ de zopyro tuo Florentio fateri,ac primo,tantum amicum in earum fœlicitatē uer tere,non ſolum earum non dirutorem,aut (ſi etiam pateris) conſeruatorem, uerum auctorem inceptoremq; florentiſſimum.Par gloriæ portio animæ no ſtræ parti BERNARDO VVRMSZERO de Schafftalsheim aſſeritur quem ita finxit natura,ut dum nihil ad huius uiri abſolutionem plus profuturꝛ uiderat,non minus rarium illum reliquit,q̃ ſit ipſa natura.In eo enim debita no bilitas omnibus numeris fulget,perfectus præterea animus,roburq; corporis omni lineæ,omnibus horis accommodatum. πύξ γε παλαισμοσύνη τε καὶ ἅλμασι ἠδ᾽ πόδεσσιν.Prolocutus ſum longiori q̃ decuit epiſtola,uerum adductiorē pſſi oremq; ſaltem nomen tuum nobis refutabat. Sæpe etiam honeſtam quæſiui occaſionem Sereniſſime Princeps,qua uolūtatem noſtram aduerſus celſitudi nem tuam literis aliquanto lōgius progreſſis exhiberem.Nec id quidem niſi prolixiori epiſtolio nobis licuit unq̃.Dū etiam iuuenis adhuc in pueritiæ gra

du tenebar,nõnullum laborem ſtudiis meis obire tui gratia deſtinabam. Nũc uero id mihi uſu uenit,poſtq̃ grandiorem paulo ætatẽ ingreſſus,pueriliбuſqꝫ crepudiis exutus ſum. Vnde & id quod olim uotis deſtinaui,nũc lege & perti naciter mihi denunciaui,indixiqꝫ. Volui præterea ſublata omni cunctatione, promptus debitum pietatis opus tibi exoluere,quæ res mediocritati noſtræ ue recũdiam in primo huius prouinciæ ingreſſu excuſſit,quam continuo noſter in te animus ſuſtulit,& ad has ſcribendi rationes nos compulit. Verum ita cõ pulit,ut ego uolenti animo,tibi forſitan nolenti,id (quidquid eſt) aſtruxerim quo te compellerem,hoc eſt,nugis noſtris te onerarem. Si nugæ dici meretur quidquid in officium ſummo principi fauorabilius exhibetur. Sed quid di xi fauorabilius? Nempe niſi mihi peculiaris quædam ratio uerecundiæ ſilen tium impoſuiſſet,plane detecta fronte effuſioribus laudibus (quas concepi) te uel exagitaſſem,niſi te plus amaſſem. Alioqui parum aut nulla ratio quorun dam rerum interpretum malignorum nos exterruiſſet,qui ſedulitatem noſtrã ſiniſtre (ne dicam inique) præuaricaſſent. Si ſolus eo expoſitũ munus,quo te aggreſſus ſum arripueris animo,tunc enim temeritatem noſtram in dando ac ciuilitatẽ tuã accipiendo excuſaueris. Obuio igitur apertioriqꝫ uultu hæc no ſtra (quibus tecũ agimus) munera excipe. Non Abancii illius δῶρα ξείνια ut Plutarchi ad Traianũ,Homeriqꝫ uerbis utar,i. hoſpitalia dona,nec ἐπαύλια aut heſperia mala occupaturus,quorum copia tibi exuperat,ſordidamqꝫ poti us mercatureqꝫ negocium fœda mercede proſtitutũ,qꝫ animi beneuolentiam gratiamqꝫ ſpectant. Verum omnes ingenii noſtri facultates,primaſqꝫ quas ſtu diis noſtris nouus ueniens in prelia miles initiabam fruges,iuuentutiſqꝫ demũ noſtræ exordia,neſcio quæ? ſed plane arduiſſima,in quibus & unicam adule ſcentiæ noſtræ ſpem poſueram,celſitudini tuæ nunc imbui. Veluti uoluntatis noſtræ ad te pignus,& tale,quod non indecori nec pœnitentiæ utriſqꝫ affu turum eſt,quo ſimiliter certatim omnem tuam fraternitatem mihi obligatur9 ſim. Bono igitur ſtomacho delegatum tibi opus aſſume, officio leuem non a uerſatus honorem,nobis te per exigua illa dona,ſed a recto animo defluentia adoriẽtibus ſaltem bene preceris,benignumqꝫ aſpectum indulgenter noſtro conatui accommodes rogo. Quod unum ſi abs te obtinere poſſum? eſt,unde plurimum gaudeam,unde non uulgarem uoluptatem paſcam, unde demum plenam non ſecus ſtudiis meis gratiam retuliſſe q̃ recepiſſe uidear. Tunc enim ſi exili illo obſequio noſtro deuinceris,non minus certum q̃ certiſſimum capiã argumentum, quanti hæc noſtra monumenta ab aliis cenſeantur, quantique aliis futura ſint,dum tibi tanti fuerint. Nec minus ab te hoc pacto donatus, qꝫ donaſſe uidebor,dum partim uoluntas tua,partim hæc noſtra dona,quæ in tã to principe aliquid potuerunt,a tuo nomine ſubſcripto,tantum lucis ac gratiæ emerẽtur,ut placuiſſe uidebũtur. Nam omnes ferme qui hactenus principes literariis muneribus adierunt ſcriptores,heroum nomina ad librorum eorum capita traduxerunt,ad afferendam non ſuis modo operibus gratiã,ſed & per petuitatem,ut grauiſſimorum uirorum memoriæ ſubſidio, plus monumenta

eorum

eorum eminerent, eoq́ ſecius cōditione rerum mortalium in cordibus prudē tium deferuerent, euaneſcerentq́. Sed alia mihi tecum donandi ratio habēda eſt. Non delegata, aut quę tantum a tuo nomīe claritatem ſibi petat, uerum neceſſaria, & ex tot meritorum cumulis ad hæc tibi præſtāda auocata. Vt enim grata & plena, ſic maxima illa tua fuere beneficia, quibus impulſu humanitatis, tua liberalitas me nuper admonuerat, poſtq̄ in collegiatorum tuorum numerum pariter me receperas. Præſtiteras nobis tunc q̄ maximum potuiſti, præſtitur⁹ maiora dum poteris. Poteris autem, poſtq̄ nos te poſſe meremur, licet nil unquam potuerimus minus. Nec tu maius, q̄ ſi huic quod nos modo potuim⁹, libero ac ſolido gremio deſeruieris. Tunc enim & ſi minus potuimus, & ſi nec tibi illa attulerint magnam uoluptatem, non dico utilitatem, ſatis tamen nobis ſit, q̄ pro uirili parte tibi oſtenderimus bonam uoluntatem, & ab onere tibi oppignorato conſcientiam noſtram leuauerimus. Olim tamen, aut cū primum ingenio noſtro facultas contigerit, nunquam ingratitudinis reus, officiū tuum refrigeſcere aut labari in animo noſtro patiar, quo min⁹, dum perfectiores ac magis formatos ingenii fructus ædidero, ſerenitati tuæ ueluti plantatrici meſſis futuræ partem ſementum ac fœnora ſim exhibiturus, compoſitionumq́ cum nominis tui ſubſcriptione prohemiaturus. Interim tænera quadam donorum cute te operuiſſe nobis ſufficiat. Vale longe illuminatiſſime principum, & exiſtimationem, & talem quā de ſe literis illis illiteratis modo fieri uoluit, de Franciſco tuo ſemper obtine. Vale iterum, ex diuę Katherinæ collegio Haidelbergæ. Salutis anno M.D.XVIII.

De ſplendore Germaniæ in duobus luminibus, diuo Maximiliano ſemper Auguſto, & Reuerendiſs. patre Matthia Lang Cardinali Gurcenſi, carmen Franciſci Irenici Ettelingiacenſis.

Si modo mortalem ueteres poſuere tonantem:
Fulmina mortali ſunt tua ducta manu,
Sceptiger imperii toto dominator in orbe
Qua mare, qua uenti Maxmiliane fremunt.
Ordine Matthia ſacro præſtantior omni,
Proximus a magno præſule præſul ades.
Regibus ille, ſacris patribus hic præſtat, & uno
Hic minor eſt ſummo præſule, & ille deo.
Pars bona germanæ terræ, hæc germanica geſta
Sumite, quod ueſtrum eſt noſcite, ueſtra canam.

BILIBALDVS PIRCKHEIMER
Franciſco Irenico S. D.

SAlue Irenice. Qꝫ Germaniã tuam & quidem auctã in lucem prodire ſcribis, laudo. Quis enim non laudaret? cũ priſcorum germanorum facta illa præclara, & quæ huc uſq; tanquam ſub obliuionis quadam caligine obruta delituere, celebrari uideret. Quamuis enim Germania tot tanq; fortiſſimas procreauerit gentes, ac paſſim per terrarum orbem tanq̃ colonias emiſerit, quæ non ſolum gloria militari ac rerum magnitudine reliquas ſuperauerĩt nationes, ſed et Romam ipſam quamuis rerum dominam ſubiugauerint ac ceperint, Romanum deniq; imperium uirtute ac uiribus ſibi uendicauerint. Vt obiter alia magnifica prętercam geſta. Neminem tamen huc uſq; ſortita eſt, q̃ eam (ut par erat) dignis extuliſſet præconiis. Et quod non ſine ſtomacho uel riſu potius recenſendum eſt, nõ defuere temporibus noſtris ſcriptores, & germani quidem, qui etiam a Nili ortu ſuam deriuauere hiſtoriam. Verum cũ ad Germanorum res geſtas & noſtra peruentum eſſet tempora, uel diſſimulanter præteriere, uel quę maxime enarrare oportebat, penitus intacta reliquere, quamuis non ſine fœlicis & ſterilis ingenii nota. Quid enim facerẽt? cum unde ſuffurari poſſẽt, minime haberent. Proinde & ſi tua reprehenſione non carebunt (nam ille te mendacii, alter erroris arguet, ille rerum ſeriem aliam cupiet, hic ſtyli humilitatem contemnet) nemo tamen bonus laborem tãtum ob patriæ amorem ſuſceptum non laudabit. Nec tu alicui impedimento eris, quo minus meliora, ueriora & elegantiora depromere poſſit, ſed potius alios inſtigabis, ut & ſimilia uel & maiora aggredi audeant. Interim tibi ſat erit, ea præſtitiſſe, quæ multi uoluere pauci potuere.

Vale.

CAPITA PRIMI VOLVMINIS
Exegeſeos Germaniæ.

Primum. De rerum ac omnium gentium ſcriptoribus.
ii.De ſcriptoribus germanicis,& quanti quiſq; in germanicis ualuerit.
iii.Cur ueteres nihil de germania reliquerint.
iiii.Scriptorum ignorantiam in germanicis cauſã eorum negligentiæ fuiſſe, & paucos priſcorum in germaniis extitiſſe.
v.De ſcriptoribus ocularibus,& an illis in geographia credendum ſit.
vi.Græcorum ignorantiam in locis externis,ueluti & in germanicis.
vii.Quibus ſcriptoribus in rebus germanicis credendum ſit,& aliquando nec ocularibus nec priuatorum hominum teſtimonio utendum eſſe.
viii.Qui ſcriptorum germanicas res uerius adierint, & auctoritatem aliquando uiſu præſtantiorem.
ix.Excuſatio eſt præſentis operis,& minuta ac inutilia non cadere ſub officium ſcriptoris.
x.Mutationem locorum ac temporis germaniæ ignorantiæ cauſam extitiſſe.
xi.Quomodo germania ſub gallia comprehendebaẗ.
xii.Germaniam Celtarum olim appellationi ſubiectam fuiſſe.
xiii. Germaniam ſub Scytharum aut Sarmatarum nominibus delituiſſe.
xiiii.Germaniam diffinit ac deſcribit.
xv.De diuiſione Germaniæ
xvi. Quando diuiſa germania,& quando tranſrhenani germanis addicti fuerint.
xvii.Qui Celtæ dicantur,& enodatio quorundam uerſiculorum diui Nazianzeni,Claudiani,& græcorum, q; Celtæ Rheno pueros explorent.
xviii.De ſitu Belgicarum,& quando Belgæ ac Celtæ in germanos euaſerint.
xix.Quando Belgicæ ciuitates in germanicũ nomen abiuerint,& quomodo imperio fuerint aſcriptæ.
xx. An Norici germanis deſtinentur.
xxi. Porcum ſemel Bauariam deuaſtaſſe,a quo prouerbium emanauerit, ex Suida græco authore.
xxii.Plura in Illyrio germanorum iuri reſeruari.
xxiii.An Vindelici germanis annumerentur.
xxiiii.An Rhætia in nomen germanicum abiuerit,& qui rhæti.
xxv.An Iſtria germaniæ colonia dicatur,contra Catonem.
xxvi.Occaſionem dat inueniendorum multorum locorum germanicorum, quæ aliis nunc aſcribuntur.
xxvii.q; Gotthi ac Getæ ſint germani.
xxviii.Gotthos & Getas unã gentẽ exiſtere.
xxix.An Dacos alios eſſe a getis ac gotthis dicere cõueniat?Declaraẗ loc9 Str.
xxx.De origine Dacorum,& q; hi alii a Danis eſtimentur,cõtra Strabonem, Sabellicũ,Blondum,& cæteros.

xxxi.Gotthos eſſe germanos.
xxxii.De gentibus a gotthis deſcendentibus,& an in germanos abiueint
xxxiii.An Vandali,Heruli,Turcilingi,Gepidæ,Longobardi, germanis aſcribantur, an ſecus?
xxxiiii.ꝙ Bulgari,Nortmanni,Vngari,Auares,Suedi,ac cæteri a Danis origi ginem habentes,germanis intercenſeantur? De Vngaris etiam pulchra annotatio contra Sabellicum,Riccium,& alios.
xxxv.De origine Hunnorum,Alanorum,& eorum exoneratione, & quædā de Sclauis,Polonis,& Littua.
xxxvi.De Burgūdionibus,Franciſq; occidentalibus,ac Galatis uel Celtis,qui cum Brenno militauerunt.
xxxvii.Omnes illos fuiſſe germanos,quos auctores iuxta Mæotidē poſuerūt.
xxxviii. Arborem habet gentium omnium uenientiū e Scandia inſula.
xxxix.An Pannonii germanis aſcribant? an non? & unde dicantur.
xl.An Peucini,Baſtarnæ,Phennæ,& quos ſeptem caſtra dicimus,Auariſci, germani fuerint.
xli.An Sarmatæ,& quæ Sarmatarum gentes germaniæ referantur?& de Rhoxolanis.
xlii. An Liuonia,Littua. Pruſſia,Polonia, Bohemia,in germanicarum nati onum numero contineantur?
xliii.De fœcunditate germaniæ
xliiii.De qualitate Germaniæ.
xlv.De frigoribus & impatientia caliditatis german.
xlvi.De gentibus a germania originē habentibus,earūq; catalogus ſingularis
xlvii.De nomine germaniæ,& unde dicta ſit.
xlviii.An germani ſint Gallorum fratres? contra Strabonem.
xlix.De alııs germaniæ nominibus.ſ. Alemania, Teutonia.
l.De quibuſdam adiectiuis & menſibus germanicis.
li.De aere germaniæ,& diuturnitate uitæ germ. partuſq; mulierum cæteris gentibus grauiores in Germania.

De Rerum Scriptoribus. Caput primum

SAEPIVS MIRATVS SVM COMVNEM Germanię noſtrę ſortem, a rerum ſcriptoribus, uel a doctiſſimo quoq;, ita penitus deſtitutam, quo æternæ obliuionis iniuria imminuerit. Externarũ uero gentium res atq; neceſſitates, tam exquiſite, tam funditus eſſe perſcrutatas, ut nihil q̃d ad rerum illarum proprietates attinere uidetur, fuerit pręter miſſum. Primo ut ab Hebręis exordiar, qui ductu & auſpiciis Philonis, Egeſippi & Ioſephi, magnæ opinionis & doctrinæ uirorum, ĩmortalitati mãdati ſunt, Græcorũ quoq; doctiſſimi attigiſſent, ſi phas fuiſſet alternis gentibus ueritatis arcana retegere, ut diuinus Lactantius inſtitu. lib. iiii. ca. ii. ſcribit. Theopompus em̃ cum uellet hebręa myſtica hiſtoriis ſuis inſerere, excęcatus eſt, ſecundũ alios quadraginta dies, febre affectus, ſomno monitus, ab incepto deſtitit, ſicuti Demetrius ad Ptolemęũ teſtatur, Theodectes poeta tragicus cum hebræorũ meminiſſet excæcatus eſt, cauſas uero agnoſcẽs, uiſum recuperauit, ſicuti Euſebius in tpibus teſtat. Rerum etiam græcarũ p̃ter numerũ ſcriptores extiterũt, ut Anaximander Mileſius, Heccatheus Mileſius, Democritus, Eudoxus, Dicearchus, Ephorus, Eratoſthenes, Polybius, Poſidonius. Romanorũ uero totius quoq; Italię deſcriptiones aggreſſi ſunt Ariſtides Mileſius, Theotimus, Clitonymus, Nearchus, Theophilus, Dorotheus, Ariſtocles, Chryſippus, Ageſila9 Ariſtobulus, Doſitheus, Dercyllus, Polyhiſtor. Thebanarũ uero Cteſiphon, Epirotarũ Critolaus. Pelopõneſiacarũ rerũ Chryſermus & Doſitheus, Theophilus. Tuſculanarũ Soſiſtratus. Arcadiæ uero Demaratus. Bœotiæ uero Meryllus, q̃s omnes Plutarchus in parallelis allegat. Hoc uero nihil probat, nõ em̃ magni æſtimatur, nec miraculi loco recenſeat, tantos de tantis facundiæ & eloquentiæ regionibus uiros ſcripſiſſe, ut de Hebræis, Græcis, Romanis, id uero maioris metit barbarorũ regiones, uel quaſi extra totius mundi limites degẽtes nunq̃ tñ obliuionis iniuria deſtitutas extitiſſe. Indiam em Perſiã, Aegyptũ &c. Hellanicus, Cteſias Gnidius, Megaſthenes, Artemidorus, Epheſius, Calliſthenes (qui tp̃e Theopompi floruit) & alii q̃ plures aggreſſi ſunt. Quos Strabo Polybius, Diodorus Siculus, Solinus, & alii allegant. Galliam aũt Diaphorus, Thraciam Socrates, Libyam Heſionax, ſcriptis ſuis illuſtrauerũt. Et tm̃ illi germanorum Gotthi q̃q; Getæ, Scythæ (apud q̃s tm̃ unus ſapiẽtium, Laertio authore, Anacharſis philoſophus claruit) ſcriptorem inuenere, cuius ductu obliuionis iacturam repulerũt. Agathius ſcriptor non pœnitendus, Gotthorum geſta a prima origine reuocauit, & uſq; ad finem ſui ſeculi perduxit. Iornandes ſcriptor egregius natione gotthus, ut ipſe profitet, q eorundem res geſtas, monumentis ſuis ab origine uſq; ad Iuſtinianũ ampliſſimis finibus determinauit. Mehtodius uir profecto multæ experientiæ & martyr, Vandalorũ Lõgobardorumq; a fonte primo (quem ſecutus eſt Paulus Diaconus) facta egregia conſumauit. At quid hoc? unde hæc ad phaſim nauigatio? huc, ut nullã regio

Scriptores rerũ hebręarũ

Scriptores gręcarum rerũ

Scriptores romanarũ rerũ

Scriptores rerũ aliarum

Indię ſcriptores.

Galliæ ſcriptores.

Agathi9

Mehtodius

Rerum Francarū ſcriptores

nem adeo immunem ſcriptoribus fuiſſe teſtarer, quin egregiis facinoribus Homerum inuenerit. Sicuti & Franci, tunc Germani, quorū facta Theocalus Hunibaldus plus xxx. libris, Vuaſtaldus, Heligaſtus, Arebaldus, Rithimerus, Vethanus, Doracus, Caradacus, Ruthuicus poſteritati mandauerunt.

De Germaniæ ſcriptoribus. Ca. II.

Tenuitas ſcriptorū Germaniæ.

Germania uero, Gotthis & Francis in hoc excluſis, adeo & in hunc diem ſub Cimmeriis latebris delituit, ut & Germanię, Itali, Gręci non minus nō ſtuduiſſe ſcriptis ſuis q̄ ſupſediſſe uideāt̄, etiā hi q̄rū ꝓfeſſionis fuit πανγραφία. Primo accedit Herodotus, q̄ nouē libros hiſtoriarū ſcripſit, de ægypto, de India uolumine iiii. uſq; Iſtrū uenit, Germanię nō uerbo meminit, capio Hercle cōiecturā, hūc Diodoro Siculo, Trogo, Iuſtino hęreditario iure reliq̄ſ re, ſi aliarū gentiū meminerint, Germanię ſupſedeāt, ille em̄ facta mētione li. vi. uſq; ad Cymbros uenit, deinde deſtitit. Hic uero Galliā, Hiſpaniā trāſgreſſus, Germanię res ſilētio cōpēſauit. Ephorus Timæus Socratis diſcipulus, hiſtoriæ indagator, uolumine quarto Europā uſq; ad Tanaim metit̄, Germanię q̄dē meminit, tm̄ tenuiter. Sed ut ad geographos redeā, Pōp. Mela ca. iii. de Germania agēs, nullā regionē uix urbē enumerat, tm̄ mores. Solin⁹ hūc ſecutus anguſtiſſime abſoluit, cōtra Ptolemęus urbes Germanię enumerat, moribus poſthabitis tm̄ incōceſſa obſcuritate fuſcatas, ut capite ſequenti patebit. Strabo lib. iiii. & vii. nō totā cognouit Germaniā uix mediā, ſcribit em̄ li. vii. ultra Albim incognitā prorſus eſſe. Ibidē orientalē Germaniā, ut Baſtarnas, Sauromatas, nec ſciri q̄tū ab Atlantico remoti ſint pelago. Idē loquit̄ ubi de Tygeretis mētionē facit. Plynius ſecundus xx. li. de Germania ſcripſit Plynio iuniori, Peutigero, Suetonio, Iacobo Carmelitano, Cor. Tacito authoribus. Verba Plynii iunioris illa ſūt ad Macrū. Plynius II. bellorū Germanię xx. libros cōpoſuit, q̄b⁹ oīa q̄ cū germanis bella geſſimus collegit, inchoauit cū in germania militaret, ſomno monitus, aſtitit em̄ ei q̄eſcenti Druſi effigies Neronis, q̄ Germanię ibi latiſſimę uictor ꝑiit, cōmēdabat memoriā ſuā, orabatq; ut ſe ab iniuria obliuionis aſſereret, hæc ille, Suetonii uerba ſunt de Viris illuſtribus. Plynius itaq; bella oīa q̄ cū Germanis geſſimus xx. uoluminibus cōp̄hēdit. In naturali uero hiſtoria li. iii. ca. xix. & lib. iiii. ca. xiii. in fine, etiā xiiii. & ſequēti Germanorū meminit, tm̄ tenuiter, noīa p ſtadia regionū declarās, ſibi tm̄ & maioribus incognitā tradidit li. iiii. ca. xiiii. & li. ii. ca. cxi. Cato q̄q; librū de Germania ſcripſit, q̄ nō extat, cuius meminit Plynius. Dionyſius græcus author Germaniā uix xii. carminibus abſoluit. Iacobus Carmelitanus quēdā Coruinū germanię ſitū ſcripſiſſe ait, Auguſtus q̄q; totū orbē deſcripſit de germanis ciuitatibus οὐδὲ γρῦ. Theodorū etiā quēdā Alber. Magn⁹ totius ſeptētriōis ſcriptorē adducit. Cęterū q̄dā Ioānes ſcotus, Ioānes de Hildeſheim, Hugo Florianus, Floriacēſis, Eberuuinus, Segenbergenſis, ꝓpria uolumina de Germanis ſcripſerunt, & ut plurimum Germani fuerunt ac monachi, nullam latinitatem, nullam elegantiam, tantum quaſdam hiſtorias nugarum etiam ac fictionum refertiſſimas ſcripſerunt, Aeneas Syluius in Europa plus promiſit, quam ipſa re expediuit, nullarum enim Rheni ciuitatum meminit.

Cęterum Ammianus Marcellinus ſcriptor illuſtris, multum in rebus Conſtan
tini & Iuliani Cæſarũ geſtis, quãq̃ in Germanię officio laborauit, ſcripſitq; xxv
libros, ex q̄bus primi tredecim perditi ſunt, uerũ magis circa noĩa q̃ res uerſa-
tus eſt, ſicuti & Cęſar in cõmẽtariis Gallicis. Vnus ergo oĩm Cor. Tacitus Ger
maniæ ſortẽ agnoſcẽs (cui ego palmã do, ſecũq; uelis agã) elegantiſſimo ſtylo
Germaniã aggreſſus eſt, quẽ nõ minoris q̃ alterũ germanię conditorẽ ęſtimo.
In hiſtoriis q̄q; uicẽ ſuã retulit de Germanis, q̄uis grauiſſima Romanę palęſtrę
iactura maiorũ ĩcuria q̄nq; uolumĩa ſint ablata, & ut exiſtimationi meæ nõ de
ſim, plus uni huic Germania, q̃ Plynio, Straboni & Ptolemæo debet, ille eĩ pe
nitiſſime res noſtras rimatus eſt, hi uero quanq̃ in eo albo ſe ꝑtulerint, ꝑter ger
maniæ ignorantiã eorũ, q̃ in cõfeſſo eſt, magis obſcurauerunt q̃ illuſtrauerunt
Germaniã. In q̃ eĩ Strabo cũ Ptolemæo cõuenit? tanta rerum uariatio, tanta
noĩm nouitas, ut ꝓfecto uix in ambobus nomen noſtri ſeculi integrũ ſeu cogni
tum repiat. Sed ut oblata occaſione utar remiſſius de Strabone quã Ptolemęo
agere uolo, Cornelius uero cõtra, Antoninꝰ Pius in ſuo Itinerario, & Cęſar in
commẽtariis, ut Marlianus ait, noĩbus noſtro ſeculo quadrãtibus utunt. Ti. Li
uius librũ de Germania ſcripſit, cuius meminit Florus ſupra Liuiũ, uerũ (ſicuti
& libri Plynii) negligentia antiq̄rũ interit. Henricus Bebelius poeta egregius
ſat ſcribẽdo patriæ & Maximiliano dedit. Cãpanus orõnem ad Maximilianũ
de laude Germanorũ diſſeruit, uerũ tenuiter ſcripſerũt, & Beroaldus, Gunthe
rus, Ligurinus natione germanus, Fœderici primi egregia facinora immortali
tati cõmẽdans, multis uoluminibus honeſtiſſime res noſtras ꝓſecutus eſt, flu-

Ex neoterícis Germanię de ſcripto res qui extitere.

minibus, ciuitatibus, urbibus arctiſſima memoria abſolutis. Lupoldus Baben-
bergeñ. doctor libros multos de Germania ſcripſit, e quibus unus de zelo &
chriſtianitate Germanorũ inſcribit. Alter uero de tralatiõe imperii ad Germa
nos. Neoterici aũt Germani tũ Itali hos ſecuti ſunt, ut Picus noſter Mirandula
nus Concordiæ comes, libellum ad Maximilianũ ſcripſit, q̄d Stauroſtichon in
ſcribit. Murrho uero & Iacobus Vuimphelingius uiri maximæ opiniõis, iuxta
& alter theologus Rigmannus Phileſius Vogeſigena, ex q̄bus Cunradus Peu
tiger in germanorũ antiq̄tatibus tanto copioſior q̄to hi remiſſiores extiterunt.
Hi tñ tenuiter res Germanię aggreſſi ſunt, & paucis abſoluerunt, niſi Peutiger
(cui poſt Cunradũ Celtẽ ramũ tribuo) antiq̄tus ignorata, luce quadã orõnis
& uenuſtate noſtro ſeculo mãdauit. Cunradus Celtes natiõe Frãcus germaniã
ꝑagrãs, q̄nq; annis in latiſſima Germania cõpta cõgeſſit de Hercynio librũ, de
Germania alterũ, reliqua in amoribus & odis enucleatus eſt. Hi Germanię pro
feſſores, tãtus numerus, ut periculũ ſit, duos e multis, Cor. Tacitũ, & Ligurinũ
ĩuenire, Celtẽ & Peutigerũ Cũrados repire. Noui ꝓfecto & noſtræ tẽpeſtatis
hoĩes, oĩbꝰ numeris ꝑfectos theſaurũ germanię noſtrę hñtes, & cũ ſũmo diſpẽ
dio detrahẽtes, qua re adductꝰ, licet anſer int̃ olores, nolui uſq; quaq; fieri ἄξα
χος σίωφος. Verũ patrię noſtrę ꝑſidio animatus, q̃ nobis obuia ſeſe dederunt pa
triæ, impartire, & licet quo minus aliquis ingenio ualeat, ut Fabius Quintilianꝰ
lib. ii. inſtitutionum ait, tanto magis ſe erigere conetur, et ego, qui Germaniæ

imparem,non ut Celtem qui peragrauit,me internoſco,& Germaniæ ſcripto
ris mihi nomen aucupatus ſim, danda tamen eſt uenia dum in uigeſimo tertio
anno plus æquo ſpiritus ferociores me prouexerint.

Ratio temporis cur antiqui tenuiter de Germania ſcripſerint & de Geographis antiquis. Ca.III.

H Aud tamen ab re eſt Germaniam uſq; ad hunc diem delituiſſe,tempo
re em̄ cõſulū prorſus ignorata fuit,ut ait Iacobus Carmelitanus & Ply
nius,cuius uerba ſunt hæc lib.iiii.cap.xiiii.Germania multis annis nec ꝑ
Geographi antiq & doctiſſimi qñ fuere.
cognita eſt (ut paulo ante diximus) bello ſecundū Straboñe per Druſum &
Iulium agnita eſt.Herodotus tp̄e Xerxis uiguit,Gnidius Cteſias ſub Artaxer-
xe,Calliſthenes & Theopõpus eodē tp̄e.Heccatheus tp̄e Ptolemæi Lagi, Hel
lanicus uero Cadmi,Ariſtobulus & Oneſicritus Alexandri Magni tp̄ibus,Xe
nophon Cyri,& hi oẽs antiqui,q̄s capite primo adduxi,ignorantia Germaniæ
nihil ſcripſerunt,& ſunt συγνωστοὶ uenia digni. Huic ſententiæ ſubſcribit Strabo
lib.ii.geog. in fine,poſtq̄ totā terrā metitus eſt,nec Germaniȩ meminiſſet,inq̄t,
in p̄ſentia dictū ſit q̄d Timoſthenes & Eratoſthenes (q̄s tn̄ paulo ante oı̄bus
ſcriptoribus p̄tulit & cæteris ſcriptoribus priores) Hiſpaniā,Galliam,prorſus
ignorarunt,innumerabiliter aūt amplius germanica,ſitumq; Brittanniȩ,Getas
& Baſtarnas,hæc ille.Cornelius q̄q; Tacitus in Germania ſcribit nuper cogni
tā gentibus fuiſſe Germaniam & regionibus,& eos bellū aperuiſſe.Diodoro
Incognita germania.
uero Siculo aqua & igni interdicendū eſt,& nulla uenia danda,qui,ut lib. vi.&
primo profitet̄, triginta annis hiſtoriam ſuā compleuit,Iulii Cæſaris tp̄e uigu
it,& aliarum gentium facta mentione Germaniam extra oẽm ingenii aleam re
liquit,licet Strabo li.vii.Germaniā ad aq̄lonē uergentē cognitā tradiderit,uſq;
ad oceanū,poſt Albim uero incognitā,nullum em̄ huc nauigaſſe comptū eſſe.
Idem Strabo ſupra Rhoxanos habitātes ſe ignorare ſcripſit,& ille Strabo poſt
Auguſtum degit,longe Diodoro poſterior,q̄ adductus & ignorantiæ Diodo
ri ignoſco.Ecce idem Strabo lib.ii.Non em̄ inquit cæterorū montiū ſitus ſicuti
Error q̄rundam
alpium Pyrenæi,Thracum aut Germanicorū,dicere habemus. Eratoſthenes
grȩcorū copioſiſſimus geographus ab Hipparcho caſtigat̄,q̄d penitus nihil de
Hiſpania nec germania ei conſtiterit,dū Gallos uno uocabulo uſq; ad Gaddes
dixerit,uerū lis lite dirimit̄,nec Hipparchus de germania ſatis eſt emeritus, te-
ſtante Ptolemȩo li.ᾱ.cuius uerba ſunt. ἐπεὶ δὲ ὁ Ἵππαρχος ἐπ᾽ ὀλίγων πολέων, ὡς πρὸς
τοσοῦτον πλῆθον, τῶν καταταομένων ἐν τῇ γεωγραφίᾳ. ἐξάρματα τοῦ βορείου πόλου παρέδωκεν, καὶ
τὰς ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς παραλλήλοις κειμένας οἰκήσεις.i. Verū etiā Hipparchus paucarum
admodū ciuitatū pro ea copia q̄ in geographia notat̄, eleuationes uidelicet po
Scripta Calaniciani
li arctici (intellige ſeptentrionē & Germaniā) tradiderit,& loca pauca ſub eiſ-
dem parallelis poſita notauerit.Demetrius Calanicianus libros decem de Eu-
ropa ſcripſit.Verum poſtquam ad Germaniam ſtylum contulit, quaſdam re-
giones, & fluuios aliquos, nullam ciuitatem memoria ulla proſecutus eſt, ue-
rum quid illos antiquos ad Germaniam adducemus? qui ante conſules par
tim,partim tempore conſulum uiguerunt,nihil de nobis ſcribere,ut prius di-

xi,habuerunt.Inter antiqſſimos geographos Anaximander Mileſius, Heccatheus Mileſius,Eudoxus,Dicearchus,Democritus fuerunt.Anaximāder Thaletis familiaris fuit,ante conſules,hunc Artemidorus & Agathyrſides, Apollodorus inde ſecuti,poſt quos Ariſtobulus & Xenocles, Oneſicritus Alexandri Magni temporibus,hos poſteriores inde Pythias ſcriptor,ſed mēdaciſſimus, qui omnia loca trans Rhenum uſqꝫ ad Scythiam deſcripſit,Strabone authore libro primo. Vltimi inde geographorū Polibyus,Poſſidonius,Eratoſthenes, & Hipparchus eius ſodalis.Quid autem hi ſcripſerint ex initio præſentis capitis ſatis adduximus.Hos æmulatus eſt Strabo temporibus Auguſti, & Artemidorus ſodalis eius,ille plura in rebus Germanicis incognita,ille plus operis ad illuſtrandam Aſiam ac Arabiam,quam Germaniā impendit.Vnde nec Auguſti ſeculo cognita erat Germania,ut enim Alexander Indiæ, Mithridates Cappadociæ ac Bithyniæ, ita Romani Germaniæ ac Europæ nomen,& famā pa:uerunt.Ouidius tamen adhuc illo tempore nulli conſtaſſe de Germania noticiam refert,ait enim de Druſo.

Geographi antiquiſſimi.

Vltimi grographi.

Fluminaqꝫ & montes & flumina magna locorum
Et ſi quid miri uidit in orbe nouo.
Rhenus & Alpinæ ualles.& ſanguine nigro
Danubiuſqꝫ rapax,
Et modo Germani Romanis cognitus orbis
Conſul et ignoti uictor germanicus orbi. Alani primitus tunc tp̄is a Romanis cogniti ſunt,licet longo ante Veſpaſianum Strabo libro ſeptimo eorum mentionem faciat & Dionyſius,tamē Titi temporibus Alanorum gentem diu ſuis ignotam fuiſſe refert Egeſippus libro quinto. Vltimus in ſecūda ætate geographus temporibus Ptolemæi Marinus Tyrius teſtante Ptolemęo in libro ᾱ ca. ς̄. Δοκεῖ δὲ Μαρῖνος ὁ Τύριος ὕστατος τε τῶν καθ' ἡμᾶς, καὶ μετὰ πάσης σπουδῆς ἐπιβάλλειν τῷ μέρει τούτῳ, φαίνεται γὰρ καὶ πλείοσιν ἱστορίαις περιπεπτωκώς, παρὰ τὰς ἔτι ἄνωθεν εἰς γνῶσιν ἐλθούσας. Id eſt.Marinus Tyrius noſtræ tempeſtatis geographus poſtremus, ſummo uidetur ſtudio huic materiæ inſudaſſe.Nam plura exploraſſe cognoſcitur,præter ea quæ hactenus cognita ſunt,ille ergo geographus doctiſſimus & omnium ultimus Germaniam (q̄d miſerandū eſt) præteriit ſilentio, teſtāte Claudio libro.ᾱ.capite.ō̄.cuius uerba ſunt. παρῆλθε δέ τινα αὐτόν, καὶ κατὰ τοὺς περιορισμούς, ὥς ὅτι αὐτὴν μὲν Μυσίαν πᾶσαν, ἀπ' ἀνατολῶν ὁρίζει τῇ ποντικῇ θαλάσσῃ, τὴν δὲ Θρᾴκην ἀπὸ δυσμῶν Μυσίᾳ τῇ ἄνω, καὶ τὴν μὲν Ἰταλίαν, μὴ ἀπ' ἄρκτων, ῥαιτίᾳ καὶ νωρίκῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ Παννονίᾳ, τὴν δὲ Παννονίαν ἀπὸ μεσημβρίας Δαλματίᾳ μόνῃ, καὶ μηκέτι τῇ Ἰταλίᾳ. Prætergreſſus eſt in ſcribendis regionibus fines,ut totam Myſiam a plaga orientali terminat Pontico mari,Thraciam ab occaſu,Myſia ſuperiori, pręterea Italiam a ſeptentrione non Noricis, non Rhæticis ſolum,ſed Pannonia,Pannoniam uero a meridie Dalmatia ſola,non Italia terminauit. Hęc ille,ecce poſtremus oīm geographus nec Noricos,Rhętos,Myſos cognouit,quomodo ergo germanos Nazarius Mamertinus panegyricus ad Iulianū Cæſarem,qui paulo ante inaudita regionū,fluminum,montium noīa exercitu uictoriæ peragrauerat,ferarum regna calcata,ſubito in Illyrico apparuit, ecce huius tempore (qui Iuliani fuit) Germaniam incognitam.

Germania tpe Druſi incognita

Alani

Marinus geographus

Ratio loci ignorantiæ Germaniæ,& quod pauci in Germania tempore cōſulum fuerint,& quam ſit mirum & magnum quoſdam in Germania fuiſſe. Caput IIII.

Vbſequens ac ſecunda cauſa eſt,cur extra omnem authorū memoriā germania fuerit relicta. Quia ante cæſares raro tam docti ꝙ hebetes in Germania ſuas horas perſcripſerūt.Legimus eñ paucos Germaniā attigiſſe,ut regionem cœlo aſperā,facie horridam,nec mercatoribus cōgruā, Vnde factū eſt,ut multa admiratione proſecuti fuerint,qui aut Germaniā uidiſſe,aut aliquid de ipſis audiuiſſe gloriabantur,Appulerunt ad littus germanicum,errore maris ducti,Indię mercatores,quæ res multa memoria celebrata eſt a Pomp. Mela lib.iii.Cornelio Nepote,Ottone Friſingenſe, Plynio lib.ii. natu.hiſt.ca.lxix.& multis aliis authoribus.Ferūt & Vlyſſem in Germania exulantem,Aſciburgum teuto. Emerich condidiſſe,ut literæ illic græcæ teſtant̃, hoc etiam Cor.Tacitus nec refellere nec firmare argumentis uult, uerū eorū opinionibus accedit,qui Germaniā nullarū gentium contagione infectiā dicūt, Ferunt & Herculē apud germanos fuiſſe,ecce uerba Taciti: Supereſſe adhuc in Germania Herculis columnas fama uulgauit,ſiue adiit Hercules,ſiue quiſꝗ alius,magnum plane eſt,in claritatē eius conſenſimus.Nec defuit audacia Druſo,uerum Oceanus obſtitit,in ſe ac in Hercule requiri.Sanctius igit̃ ac reuerētius eſt uiſum de actis deorū credere ꝗ ſcire,hæc Cornelius, ecce nec Herculi tribuit adiiſſe Germaniā,& ꝗ optime,plura eñ gētilitas de diis egregia finxit, & per quę maiorē ſibi laudem uendicarent,ꝗ ꝗd conſonū ueritati fuerit.Dicūt omnes pene authores Herculem,Bacchū,Cyrum,Semiramim adiſſe Indiam, quidam adulatorie ut Nearchus author græcus,ut maiorē Alexandri Magni & ſpecioſiorē redderet uictoriam,Cyrum regē,& Semiramim (ut ex Indorū annalibus habuerit) Indorū reges bello adortos,illam cum xx.hoībus,hunc cū vii.aufugiſſe teſtat̃. Credidit eorū dictis Alexander,ut erat adulatorū auſcultator.Metaſthenes uero nullū unꝗ interiorem Indiam attigiſſe refert,excepto Baccho ac Hercule,poſt quē Eratoſthenes græcus author in li.iii.nec Herculē nec Bacchum in Indiā profectū ſcribit,&,ſi fuerint: aliquā tantum ac minimā partem attigiſſe, τοὺς ὠτακφυλάκοις uero iſtiuſmodi gloriam uiris illuſtribus aſcripſiſſe,cui ſententiæ etiam Strabo lib.xv. accedit,& ego nec Herculē penes germanos legere memini,ad Gallos bene Hercules profectus eſt,Germaniæ uicinos,teſtante Luciano in dialogo cui προλαλία ἡρακλῆς inſcribit̃,ubi Herculē inducit a Gallis nō clauo uerum Mercurio ſimilem depictū,et addit, ταυτάγε ὤμην οὖν ἐφ' ὕβρει τῶν θεῶν ἑλληνίων, τοιαῦτα παρανομεῖν τοὺς κελτούς, ἐς τὴν μορφὴν τὴν τοῦ ἡρακλέους ἀμυνομένους αὐτὸν τῇ τοιαύτῃ γραφῇ, ὅτι τὴν χώραν ποτὲ αὐτῶν ἐπῆλθε, λείαν ἐλαύνων, ὁπότε τὰς γηρυόνου ἀγέλας ζητῶν, κατέδραμε τὰ πολλὰ τῶν ἑσπερίων γενῶν. Id eſt. Igitur m rabar iſta ob contumeliā deorū græcorum iſtiuſmodi perperam facere gallos,ac talem formam Herculi aſſimulare,ulciſcentes ipſum,ſcilicet: tali pictura qm̄ regionē illorum preſſit olim incurſionibus,p̄das agens,qñ Geryonis armenta quærebat,uaſtauit aūt ille multa occidentalium loca,hæc Lucianus, bene occidentalium loca,ſed non ſeptentrionalia.Nec ſinit nos agere ſilentium, Oſyris ille aratri demonſtrator,quem (regnante rege Sueuo) apud Germanos fuiſſe

Qꝫ pauci exter norum in germa nia fuerīt

Aſcibur gū cōdit̃.

Hercules an in ger mania fu erit.

Quid adulato res Hercules Galliam deuaſtat.

nos fuiſſe teſtat̃ Peutiger, Beroſus lib. v. toti orbi tũc impaſſe refert Oſyridẽ, & ſubditos agricultura inſtruxiſſe. Statua etiam eius talibus uerbis erat inſculpta. Ego Oſyris impaui orbi, ueni ad Danubiũ, uerum q͂a Diodorus Oſyridẽ Alcmenæ ac Iouis filium fuiſſe credit, quem alii Herculẽ nominãt, adduci poſſum Herculem adiiſſe germanos, Annius Viterbienſis Tauriſcos populos ab Oſyride dictos ait, dum Oſyris in Germania fuerit, ab api uidelicet. i. tauro (ut & Diodoro placet libro primo) tanto labore indiget aliq̃s attigiſſe Germaniã recenſere. Venerũt & Argonautæ ad Danubium, Trogo Põpeio, & Iuſtino li. xxxii. & Strabone lib. i. authoribus, concordat Val. Flaccus cuius uerba capite xx. adducemus. Plynius etiam li. iii. Pomponius Mela, Zacharias Lilius, & multi grẹcorũ & latinorũ Argonautas in Iſtrum delatos aſſerunt, ecce Cato in fragmentis negat, tñ Strabo lib. primo, poſtq̃ id innotuit, ſubiũgit. Quidam, inq̄t, maximam Iſtri partem nauigaſſe Iaſonem commemorant, alii uſq; ad ſinum Adriaticum, hæc inquit Strabo probabiliter ac non incredibiliter dicta ſunt, uide tamen aliquos negaſſe etiam Argonautas fuiſſe in Germania, ut Catonem, alios dubitaſſe ut Strabonem. Quis autem tandem Germaniæ infœlicitatis modus eſt? ut nullum tp̃ibus antiq̃s ĩueniamus in Germania fuiſſe? Quin etiam tot, q̄t negant, p̄ſto ſint authores, Pythias author græcus totam a ſe mẽſuratam Britanniã ſcribit, & a Gadibus uſq; ad Tanaym ueniſſe, q̃d Polibyus geographus negat. Eratoſthenes Panchæũ quendam ſeptentrionẽ pluſtraſſe refert omnem. Contra Strabo lib. ii. Hermeti illa dicenti, ſe non crediturũ præſumit, tanta laus, tanta admiratio, priſcis fuerat, tantũ uidiſſe germaniã. Nõ dubium ſi Homerus Germanos agnouiſſet πολύτροπον hunc Vlyſſem ac πολλὰ πεπλευκότα & demũ πολύπλαγκτον, Qui πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα, καὶ νόον ἔγνω πολλὰ δ' ὅ γ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα etiam in Germaniam delatum indicaſſet.

Oſyris iuxta danubium

Argonautæ in danubio.

Pythias

Hermippus

Eratoſthenes

Teſtibus ocularibus eſſe credendum, & de quibuſdam ſcriptoribus qui rem ab ipſis deſcriptam uiderunt. Ca. V.

P Arum ergo illorum agnoſco q̊ pacto germania noſtra innoteſcere potuit, dum nec priuati, taceo de doctis, patriam noſtrã attigerint, Nõ neminem aũt fugit illis fidem eſſe hactenus datã, qui id q̃d luminibus eorum patuit, aſſeruerunt, tunc em̃ unus teſtis oculatus plus ualet auritis decẽ, uiſa etiam ab authoribus regio, multo ſplendidiorẽ noticiã ſcriptoribns attulit quam illa quẹ tm̃ opinione ac auribus nitebat̃. Vnde ſcriptores dum fidem requiſiuerunt ſe uidiſſe aliqua teſtabant̃. Lucianus in Syria. τὸ δὲ παλαιὸν, καὶ παρ' αἰγυπτίοισι ἀξόανοι νηοὶ ἔσαν, καὶ ἔστι ἱρὰ καὶ ἐν Συρίῃ, οὐ παρὰ πολύ τοις αἰγυπτίοισι, ἰσοχρονέατα, τῶν ἐγὼ πλεῖστα ὄπωπα. i. Olim & apud ægyptios ſine ſtatuis aræ erãt, ſicuti in Syria ſacra ferme ægyptiis coẹtanea, Quæ ego vidi, credit̃ Diodoro Siculo in rebus ægyptiorum, quia uidit. Xenophõti aũt & Thucydidi nulla dat̃ ueritas, q nec loca attigerunt, nec Ephoro nec Timæo, qui errauerunt non negligentia, uerum regionũ, ſituſq; ignorantia, nullus em̃ priſcis tp̃ibus græcorum uſq; ad Ptolemæũ Philadelphũ æthiopiam aut ægyptũ ingreſſus, niſi Orpheus, Homerus, Solon, Plato, & alii qui nõ hiſtorici, magis fabulas q̃ rem uerã in ẹgypto finxerunt, Artemidoro etiam fidem dant, ubi de Arabia ſcripſit, dum ea q̃ in

Teſtes oculati

Diodor9 Siculus

huttam,Ratiſponã,Vindelicas urbes prodidit,aliqui olim & alpes inhabitaſſe uolunt,Strabo libro.iiii.nõ longe a lacubus,reliq uero ut Ptolemæus Lyco adiecerũt,quorũ opinioni nihil detraximus,græce οὐινδελικοὶ dicti,ut pleriſq; ſententia eſt a Vinda fluuio ac Lyco,meminit illorũ Plynius lib.iii.ca.xix.Oroſius lib.primo.ca.xxvi,Druſus Vindelicos impio romano adiecit Suetonio ac Strabone lib.iiii.referẽtibus,oſtendit præter Ruffum ac Aureliũ Sextũ,Eutropiũ ac Euſebiũ,Horatius lib.iiii.odarũ,oda.iiii.

Vñ dicti Vĩdelici.

Auguſt9 cõtra vindelicos.

Viderunt Rheti bella ſub alpibus
Druſum gerentem. Vindelici
Quibus mos eſt deductus per omne.
Tempus,Amazona ſecuri.

Idem Horatius uolumine quarto.oda.xiiii.de Druſo

Quem legis expertes latinę
Vindelici didicere nuper

Vĩdelici Germani

Olim Vindelicos a Plynio,Strabone,Ptolemæo,ac cæteris ſeparatos fuiſſe in ore palam oĩbus eſt,tẽpus tamen rerũ omniũ uariatio,Germanorũ iuri eos aſtrinxit,ut ciuitates Vindelicorũ teſtant̃ oĩes,Auguſtã Vindelicã ab Antonino,& cæteris dictã,nunc Augſpurg dicimus,oĩbus nũeris germanis parem.

An Rhętia in Germanicũ nomẽ abiuerit,& q fuerit Rhęti. Ca.XXIIII.

Vbi olĩ Rhætia

Rhętiam olim montibus alpinis incluſam Plyni.lib.iii.ca.xix.ſcripſit,Strabo uero in radicibus alpiũ uolumĩe.iiii.poſuit Rhętos,Oroſius in primo ca.xxvi.Rhætię deſcriptionẽ tali regula depinxit,orientẽ (inquit) Mœſia meridiẽ Hiſtria cõtinet,occiduũ latus Gallia Belgica,Septẽtrionale uero Germania attingit,Zacharias lilius Ptolemęũ imitat9 Adulã montẽ ab ortu Lycũ a ſeptẽtrione ac Danubiũ oñdere rhętiã,& Lycũ in ea parte Rhętos a Vindelicis diſcernere,a meridie uero alpes,Claudian. in ſtillicone Rhętos hiſce finib9 (interduſit.

Sed latus Heſperię qua Rhætia iungit orę
Pręruptis ferit aſtra iugis,panditq; tremendam
Vix æſtate uiam, Sublimis in arcton
Prominet Hercinię confinis Rhętia ſiluę

Poſitis tot deſcriptionibus qui demũ Rhęti dicti ſint,a ſcriptoribus uideamus.

Qui ſint Rhæti & q Germani.

Ptolemæus Taxagetũ (nos Rotuil) Brigantiũ (nos Pregantz) Druſomagũ (nos Kempten) urbes Rhętie dicit,ex cuius uerbis Sueuię illius ꝑtem eſſe Rhętiam uidem9,alii inter Danubiũ Lycũ ac Rhenũ deſcribũt eſſe Rhętos. unde adductus eſt Naucler9,& ante hũc Anſhelm9,ac zacharias Lilius,ut Sueuos eſſe diceret Rhętos,Lilius & Auſtros ꝓbat,Demũ omiſſis tot ambagib9 ad rem redeo ex Claudiani,Strabonis,Plynii,ac Lilii ſententia iuxta Rheni ortũ Rhęti cõſedere,unde olim Turicen.ac coctias alpes uſq; ad Lycũ ac Rhenum omẽ Rhęticũ appellatũ uideo,etiam lacum adiacentia loca (Feltkirck) olim a Romanis cõtra Noricos impulſi ad Danubiũ uſq; proceſſerũt,ubi & nũc ſũt, & ruptis inde limitibus,ueteres ſedes repetiuerũt,ueſtigiũ de ip̃is reliquerũt, unde adhuc illic (die Retzen) dicunt̃,Inde ultra Danubiũ Norkei dictũ cõ-

ceſſerũt,oſtẽdit illud doctiſſim9 auctor.cuius illa uerba fuerũt,Lacus Brigan tiæ(quẽ murigaugiã accola Rhętus appellat)Ecce iuxta lacum Rhętos, Nec me latet tanta latitudine ſeſe Rhętiã delatare,ut & regionẽ Tyrolenſem ac al pes illas in ſui nomẽ cõtraxerit,quæ res Catoni pſuaſit,Italorũ,nõ germanorũ Coloniã eſſe rhętiũ,cecutiit bonus ille Cato,in eo libro nõ triuialiter,ſi eius li bri qui uendit noĩe ſuo, auctor exiſtit,uerũ ego potius ſabellico auſcultare in animo habeo,qui fictiones,cæterũ nil librũ Catonis illud prę ſe ferre dixit,cu ius auctoritate aĩatus,iniuriarũ expoſtulare Catonẽ nõ deſino,donec rhętiam Germanis (ut ꝓpriam) rurſus uendicauero.Ecce qd Apianus hiſtoricus, ubi Comũ & Verona eſt Rhętos poſuit,& in Agro Veronẽſi uinũ Rhęticũ dixe runt Plynius,Strabo,Martialis,& alii,meminerũt uini rhętici Suetoni9 Tran quillus Rhęticũ Italię aſcripſit.Plynius & maiori nos ulcere offendit,ne nomẽ ſaltẽ rhęticũ nobis cõcederet.lib.iii.ca.xix.Tuſcorũ ꝓlem fecit rhętos,& a Gal lis dictos,noĩe regis eorũ Rhęti.Cato non Tuſcorũ,ſed Lydorũ regem fuiſſe Rhętũ dixit,Oh in fronte nõ cõueniũt inter ſe,Lilius ac Naucler9 Plyniũ ſe cuti ſunt,Similiter Aeneas ſyluius,Iuſtinus lib.xx.uerũ tantũ regem nomĩando Lydorũ ac Tuſcorũ.cõtinuerũt,Sanior ſentẽtia Marliano (cæterũ nõ claſſico ſcriptori)debet,qui a monte rhęto,Rhętos appellauit.qd' ſi huic calculũ adde mus,nullus eorũ ſententiã cõfringet. conuincet,qui origine rhætos dixerunt Germanos,& a monte illo germanico dictos, Cæterũ per diphthongon ſcri pſimus,qm̃ Ptolemæus ῥαιτία dixit,Strabo q̃q ac Dionyſius,Oroſius lib.vi, ca.xx.fortiſſimas maximaſq regiones eorũ uocauit,Corneli9 Tacitus in libro hiſtoriarũ de Cecinna agẽs,oẽm belli experientiã ac cõſuetudinẽ Rhętis addi xit.Cæterũ Cato.xxxiiii.ciuitates rhætorũ dixit.

An Iſtria germanię Colonia ſit Ca.XXV.

Iſtriã idẽ Cato qbus potuit uiribus,Italiæ adiicere conabat̃,haud tamẽ ita totũ ius illis feret, quin aliquã dũtaxat Germanis ꝑtem admittet, qd' Italiæ aſſerit ac deſtinauit Hiſtriã, nõ inſector,ꝑſertim dum uide rim,id Plynio lib.iii.ca.xix.Zachariæ Lilio,Oroſio lib.primo.ca.xxv. cõueni re,nec unq̃ cõſueui.ꝑter ius piuſq alienæ terræ furto inſidiari.aut quod alioꝝ eſt Germa nis aucupari,uerum ut tantũ germanis(quos curſu habiturus ſum ſucceſſores) anſam paritur9 uidear,quæ nobis ad rei iſtiuſmodi rõnem uide bant̃ cõdonari poſſe, pro captu noſtro ſemꝑ germanis obuiã ferre laboraui, & ut germanica ſaltem origine gaudeat Iſtria Cato ille Iſtriã ab Iſtro duce,a Ia no miſſo,dixit,oh quãta aſſequẽdi uoti ſui dolus intentus a Catone Germanis eſt,ut hũc Iſtrum ducem italũ faceret,a Iano italo miſſum nugat̃, uerũ tu Cato unũ,quẽ uel collo ad tui ſententiã ſubtractũ, dic auctorẽ, quẽ habes riualẽ, ui deo neminẽ,obtinuit illa ſententia ore oĩm,ab Iſtro fluuio Iſtriã nomẽ ſortitã, eo tempe dum argonautę ex Iſtro fluuio in Iſtriam delati ſunt,per Adriaticũ mare,id Catoni uiſum eſt remotiſſimum, Neſcio (inquit Cato) humeris iu ga montiũ nauigauerint an ne græci aquas,O Cato,hactenus quicquid laudis homini deſumi poteſt,cumulo tuo adiecimus,uſq te hebetum agnoui hebetiſ

ſimũ,ſi libri illius auctor es,nõne Plyni.lib.iii.argonauim hũc delatam aſſerit? nõne Strabo libro primo ac qnto ſine diſſimulatione noĩs Argonautarũ, ex/tat adhuc (ut Strabo ait) ueſtigiũ apud Adriaticos,ꝑter Orphei igit Apollonii ac cęterorũ auctoritatẽ,ſatis nobis ſaltẽ Vale. Flacc9 li.viii.faciat, apud quẽ qdam Argonauta ſocios ita cõſolat Mutandũ o ſocii nobis iter, altera ponti Eluctanda uia eſt,Scythici ruit exitus Iſtri. Fundere non uno tantũ quẽ flumina cornu. Accepimus,ſeptẽ exit aquis,ſeptem hoſtia pandit. Illius,aduerſi nunc ora petamus & undas. Quæ latus in leuũ ponti cadit, inde ſequemur. Ipſius amnis iter, donec nos flumine certo. Proferat in aliud mare. Sũma ratio (qua ſe tutatus eſt Cato) illa erat, nil peruii.ſ.eſſe ab Iſtro in Adriaticũ, dii boni, quãtę docti uiri nugę, Pompo.Mela e plauſtro, uerũ & palã Iſtri ramũ in Adriaticũ mergi oſtendit (ſecutus noſtra ſentẽtia) Straboñe, Ecce Zacharias Lil.ex Iſtro Sauum, inde in nauportũ aditum eſſe, ſcribit, & facillime poſtea in Adriaticũ, deuictis igitur, & expugnatis oppoſitis ratiõibus, Iſtriam a fluuii Germanorũ noĩe cõſcriptam, præter Aene.Syluii, auctoritatẽ uerbis Iuſtini ac Trogi hiſtoriographorũ illis adducã, ex.xxxii.uolumĩe, ubi Iuſtinus a Colchis (nõ a rege Tuſcorũ) originẽ Iſtriã ducere aſſerit. Hi eñ (inquit) a rege Aeetæ ad Argonautas ꝑſequẽdos, filię ſuę raptores miſſi, mox a põto ĩtrauerũt Iſtrũ, alueo Saui inuecti, & ex uocablo amnis Iſtri quo a mari cõceſſerũt, inſulã dixerunt. Hæc ille. Quæ uerba adeo plana, nuda, adeo abſoluta ſunt, ut ſine omni lenocinio, ac diſtractiõe ea quę nobis ad rem faciũt, per ſe ualeant, ita tandem Iſtriã a Germanis nomẽ habere uolumus. Stridon etiam oppidũ Iſtriæ eſt, diui Hieronymi patria, uoluit tamẽ, immo argumẽtis robuſtiſſimis Hieronymũ Germanũ fuiſſe cõuicit Vimphelingius.

argonautę in adriaticum ab Iſtro.

Peruiũ eſſe ab Iſtro in adriaticum.

Occaſio data Germanis multa eorum iuris eſſe quæ aliis aſſerunt. Ca.XXVI.

u Erum ut facilior ac expeditior trãſitus ſucceſſoribus noſtris pateat, cætera quæ noſtro muneri ſuſcepto cõuenire uidim9, relinqre uoluim9 poſteris, Iulius capitolinus in uita Antonini pii, ab Illyrico multas gentes aſſerit, quas noſtri iam Germanos dicunt, Strabo etiã non longe ab Adriatico Germanos eſſe his uerbis innuit lib.vii. Iſter (inqt) ab extremis Germanię ꝑtibus. prope Adriaticũ oritur, bis refellẽdus eſt Strabo. Dum eñ litem lite reſoluit, in duos nõ cõceſſendos errores, ſeſe imprudẽs implicuit, tum quia in extremis Germanię partib9 Iſtrũ ſcaturire uoluit, qui penes Rhętos orit (quos tñ Strabo nõ Germanos dixiſſet) ſi non Germanos, cur apud illos oriri Iſtrũ uoluit. Vltra autẽ Iſtri & Rheni fontes Heluetii ſunt, tũc germani, id etiã puerũ elementariũ nõ fugit, quãto ſpacio fontes Iſtri ab Adriatico diſtent, idẽ Stra, lib.eodẽ uſqꝫ Męotidem germanos deducit, Plyni. Baſtarnas, Hermiones, Peucinos aſſerit germanos, ergo Sarmatiæ magna pars Germania eſt, Rhegino Prunienſis totũ pene ſeptentrionẽ nomine noſtro intercluſit, Barnefridus Vrſpergenſis, ac Beda a mari ſeptentrionali, ultra inſulas etiam mari interiacentes, Germanorũ appellationi deſtinauerũt, uerba Rheginonis Prunienſis ſunt

Strabonis locus

Occaſio ampliãdę germanię

poſtq̃ Gotthorū ac aliorū memoriā exegit,nō immerito inquit uniuerſa illa regio Tanai tenus uſq; ad oceanū,licet & ꝓpriis ſingulę nominibus uocent̄, generali tamē uocabulo Germania uocat̄,dū tantos mortaliū ꝓuentus genuerit, q̄bus uerbis curioſo indagatori nihil accōmodati9 obuiū fieri pōt,quā oēm illum Europę ſeptētrionē,ad cōdendā,ꝓpagandāq; germaniā habere miniſtrū ac adiutorē,facile aūt id ex eo innoteſcet.Dionyſius eñ ac alii Tanaim Europę finē imponebāt,Tanaim uſq; aūt germaniā dilatatā eſſe,p̄miſſa oratio ſonuit Erit etiā opi huic cōducibile ac ꝓximū,qđ Syluius Aeneas in hæc ꝟba euadēs teſtabat̄,ad Martinū Maier,fuit olim (inq̄t) germania oceano,Danubio,rheno,ac Albi,cōtenta,nūc inquātū dilatata ſit,nō ignoro.Quid eñ in Gallia,Rhetia,Vindelica,Scythia,Sarmatia,Pānonia nacti fueritis? Hæc ille,Habes itaq; lector curioſe locupletiorē anſam inueſtigādi Germaniā,ulteriora etiā condonandi,quā nos ab anteceſſoribus noſtris aucupari potuimus.Tu igit̄ ille es, qui ea quæ poſtpoſuim9 excipias,ac qui lampada tibi nūc pacto noſtro curſu, relictā exiſtimas.Hos itaq; qui e Scādia uenerūt germani,Sidoni9 Apollinaris pene illis ꝟſiculis cōprehēdit,li.xx.Bellonoth9,Neurus,Hūnus,Geta,Dacus, Alanus,Biſulta, Oſtrogothus, Procuſtes, Veſus,Alites.Claudi. cōtra Ruffinū q̄tuor aut q̄nq; colūnis gotthoꝝ pp̄los nūcupauit,Iulius Capitoli. in uita Antonini pii,Flauius Vopiſ.ac Trebeli9 Pollio in Claudio,Paulus diaco.ſupra Eutropiū,& alii,gētes illas ꝓſa noīauerūt,Hiero.poſtremo cuius & paulopoſt uerba lib.v.adducemus,barbarorū illorū meminit.

An Pānones germanis aſcribant̄, an ne nondū. Ca.XXXV.

PAnnoniā duplicē ueteres dixerūt,ſupiorē,ac inferiorē,illā Auſtriā,hāc Hungariā noīauerūt.Sex.Aurelius,Feſtus Ruffus in li.ad Valētinianū Ammianus Marcellinus,primā ac ſcđ'am Pānoniā noīauerūt,De ſecūda ac inferiori Pānonia prius dixim9,primā uero oīni pacto germanicā eē cęlo manifeſtius eſt,Aenea Syluio ac referētibus Zacharia & Sabellico lib.iii. enei. decimę,quare id nullo argumēto eget,dū ſenſibus noſtris ſubiectū ſit,Pānoniā letā regionē Solin9 ait,ac Florus li.iiii. Olim a germanis diſtincta,ut Ptole.uidet̄ a Lentulo ꝓconſule debellata,ab Auguſto in ꝓuinciā redacta,Traiano etiam ac Domitiano detracta,iterū inde p Antoninos recupata,cuius rei Feſtus Ruffus,Sueto.ac Martial' meminerūt.Pānoniā primā inhabitauerunt germani,q̄s Galli Senones ex illyrico traiicietes ꝓpulſarūt,ac eorū ſedes ſibi deſumpſerūt, ut Iuſtinus ac Trogus li.xxiiii.memorię tradiderūt,poſt galloꝝ ſeceſſum Cymbri ac Teutones ſedes eorū intenderūt,ut ex vii.Strabonis li.habem9,Deuictis in Italia Cymbris,iterū germani locū habuerūt priſtinū,gotthi inde eam inhabitauerūt,poſtea Cōſtantinus cæſar Vandalis Pānoniā(Sabellico ꝓbante)cōceſſit,iterū Gotthi eā occupauerūt,q̄s eiecerūt Hūni pp̄li,Atila deuicto Oſtrogotthi Hunnos pepulerūt,& inde cū Theoderico rege in Italiā uenerūt, poſt q̄s (ut Procopius li.vii.ait.Alamani in eorū ditionē redegerūt Pānoniā,q̄s ſecuti ſunt Vandali,qui duce Albuino eam poſſederūt,nec plus q̄nquaginta annis Pānonia potiti,in Italiā ꝓfecti ac euocati ſunt a Narſete,Gotthis iterū exulibus

Duplex Pānonia.

Pānonia in ꝓuīciā

reliquerũt ſedes,eo tñ pacto,ſi ad uota Longobardis res nõ ſuccederent,iterũ
locũ illis donarẽt,uenerũt inde Auares,poſt q̊s Hũgari noua gens,Gotthos tñ
in Pãnonię ſupioris incolas abiiſſe uolũt oẽs,græci Pannones παίονες uocant,ac
Pãnoniã παιονίαν Herodia. in Alexãdro,li.vi. ὁ μὲν γερμάνας ὁ δ᾽ παίονας παραμείβων
ille germanos hic Pãnones pterfluens.Siſi pacto Stra.& alii.A Pęone aũt filio
Endymionis,Pęones Pauſanias dixit,Picus etiã in Stauroſticho,Alluit Elyſios
Arios quocꝫ Pęonis orã .& idẽ in.ii.Hymnoꝝ.Macedũ turbas ac pæonis orã
Eiuſdẽ ſentẽtię Sabellicus eſt li.v.Enei.vi.& id ego habeo pſuaſiſſimũ,Pęones
oẽs illos dictos,qui intra Thraciã ac Illyricũ uſcꝫ Danubiũ habitauerũt.Nec
me pręterit & a ſcriptoribus τὰς πάννονας illas gentes ,ueluti a Ptolemæo, Dio-
Vñ dicta ſit pannonia nyſio,Dione,Arriano,ac cæteris græce appellatos,non ab alpibus appẽninis,
ut Antoninus uoluit,a quibus tanto ſpacio diſcernũt,uerꝫ a Pãnone rege, cui9
meminit Methodius. Appi a.aũt hiſtoricus,& Plutarch9 in uita Ottonis,Sauo
Drao,& Danubio Pãnonas incluſerũt,uerũ ſeſe ultra quã nũc extenderũt.

An Peucini,Baſtarnę,Phennę,& Auariſci,& q̊s ſeptẽ caſtra dici
mus,Germani fuerint. Ca.XL

P Annoniã inhabitãt, ptim uicinos illis ſe gerũt populi,q̊s Germanorũ
nomẽ nũeris oĩbus occupauit,Auariſci ac Oſi una gẽs Hũgarię eſt,refe
rente Ptole.Tacitus tñ ſe neſcire ait,an Oſi ab Auariſcis in Germaniã
Oſi an illi in Pãnoniã ab Oſis migrauerint,dictũ Cornelii Picus ad ỽſiculos ita tra
Auariiſci duxit.Oſus Auariſco dubiũ deductus ab illo An genus antiquũ referat,mens
amborũ fuerat,Pici ac Cornelii germanis aſcribẽdos eſſe utroſcꝫ populos,Pi-
cus eñ in eo libro,Nullarũ gentiũ(niſi germanorũ)meminit,alter uero Cor-
neli9,hos ob tributa q̃ Sarmatis pſoluũt Pãnones dixit,cæterũ germanos,dubi
tauit idẽ Tacit9 Peucinos an ſarmatis an germanis adiiciat. Plyni.autẽ nõ heſit,
nec moratus eſt Peucinos ac Baſtarnas germanie pplos facere.li.iiii. ca.xiiii.na.
hiſto.idẽ Cornel.Sede,cultu,domiciliis,ut germanos agere,ſermone quocꝫ,&
addit paulo poſt,Phẽnę,Baſtarnę,Peucini,potius inter germanos referunt,qa
domos figunt,& ſcuta gerũt,quę ſarmatis ſunt aduerſa,Corneli9 unã gentẽ Ba-
ſtarnas & Peucinos uoluit,& Stra.li.vii.a Baſtarnis nomẽ ſortitos Peucinos ac
Baſtarnas a germanis ortos aſſerit,Idem Priſcia.in tranſla.Dionyſii ita inquit.
Hi ſunt Germani truces,ac Sarmata bellax, Atcꝫ Getę necnon Baſtarnę ſemi-
na gentis.In gręco id non habet,unde ortum referãt,niſi ꝙ apud Męotim con
ſediſſe olim Baſtarnas & Peucinos dixit Dionyſius,Qđ & Strabo,& Ptole-
mæus aiũt,cui9 uerba ſunt πεύκινοι καὶ βάσταρναι παρ᾽ ὅλην τῆς μαιώτιδος.i.Peucini ac Ba
ſtarnę uſcꝫ ad totã Męotida habitãt,ego gentẽ unam dixiſſem facile,& olim iu-
Baſtarnę xta Męotida,nunc uero eos eſſe,q̊s ſeptẽ caſtra uocamus,Baſtarnarũ meminit
Peucini. Capitolin9 in Antonino,Trebeli9 in Claudio,Appianus Baſtrinos dixit,Peuce
etiam hoſtiũ Danubii eſt,a quo Peucinos dictos uolũt, Beroſus tñ.li.ii.cuiuſdã
Peucini Herculis filii meminit,de hoſtio peuces Solinus,Am.Marcel. Mela.li.
ii.in fine.Claudia. Corpibus pmitur Peuce quo pſſerat anno. Hoſtia donet.
Danubii uiridem uident ante hoſtia Peucen Idem

Peucen defertur ad oram Cum ſonitu,gemino nam cingit̃ inſula flexu.Phen-
narũ aũt Raphael li.vii.meminit,ac Bructeros putat.Habes ita (lector amãtiſſi Phennæ.
me)oẽs illos eſſe germanos.Nec mireris ſeptem caſtra me dixiſſe Baſtarnas,ali
ter obſeruatũ tñ eſſe a ſcriptorib⁹.Scio qui Sclauos dixerint ac Dalmatas ut Li
lius.Scio qui ad Danubiũ eos poſuerint,ut Stephanus Byzantius.Nec poſſum
ſatis mirari Plutarchũ.qui in vita Aemylii Pauli Iſtrum incolentes dixit Baſtar
nas & Galatas appellari,facit mihi pene fidem,maxime cum uiderim apud Iu
ſtinũ Hiſtoricũ lib.xxxiii.Getas olim infœliciter contra Baſtarnas pugnaſſe, cũ
& alii ſcriptores bella Galatarũ & Getarũ ponant,uerũ me in tranſuerſum alio
rum auctoritas egit.

Gotthos ac Getas eſſe germanos ac de eorꝫ origine. Ca.XXVII.

Eſtat nunc longe neceſſariũ,ac Germanorũ gl'ię nequaq̃ remittendũ,
Gotthorũ videlicet gentẽ uere germanicã fuiſſe argumẽtis qbuſcũqꝫ
licebit oñdere, qđ quidẽ duabus de cauſis fieri uolui, ut obiter italorũ
inuidię rñderet̃,qui eã gentẽ germanorũ nobilitati ſubtrahere,ac Scythis adii-
cere moliebant̃,tũ etiã ne id qđ germanicę ꝟtuti deberet̃ ſuppſſum irem.Quis
aũt rõnis cõcors: gentẽ(cuius ꝟtuti totus orbis ceſſit)pietate ductus,patrię ſuę
nõ æquo aĩo aſſereret: qs etiã: cõtra eos nõ agat: qui patriæ noſtrę negauerũt
eã gentẽ tot ãnis,ac a tot ſctis,cordatioribuſqꝫ uiris addictã.Quis hãc ab inſidia
torib⁹ male feriatis nõ defenderet,ac ad ꝓpulſandã iniuriã non ſuppetẽs robur
patriæ tribueret,ſaltẽ cæteros in rebus ad natiuũ ſolũ ptinẽtibus non erudiret,
maxĩe in illis,q̃ noſtrę gl'ię ꝓximi⁹ accedũt,ac q̃rũ veſtitu ac ornatu luculẽtior
t̃ra noſtra efficeret̃. Nõ eſt apud me dubiũ,ſi tantã neceſſitatẽ gręci Italiqꝫ cũ
gotthis haberẽt,queãdmodũ germani, oĩbus eloquẽtię uiribus ſuſtinerent,ac
armis demũ,ne ullo pacto eis interciperent̃,pro gotthorũ nobilitate,ut pro tu-
tanda Babylonia digladiarent̃,an ne nullũ gotthicę gentis nomẽ: an ne exigua
eorũ gl'ia: q totã terrã eorꝫ curſui habuerũt obuiã,qbus etiã nõ niſi magno ęre
pax cõpata fuerat,qrꝫ uirtutes,ſi Plynius,Cornelius,& cæteri admirabiles uiri
eorꝫ ingenio deſtinaſſent,oẽm eorũ opam in deſcribẽda unica Aſię irruptiõe
a gotthis conſũpſiſſent,oĩe q́qꝫ tẽpus in ſola urbis ruina occupaſſent.Tot no Scripto.
biles ac defęcati ingenii uiri,ſeſe romanorũ geſtis penit⁹ dediderũt,& quicq̃d quãtũ in
ꝓ agitatõe mẽtis,ultra uiriũ facultatẽ ,exactiſſima diligẽtia potuerũt acquirere deſcribẽ-
hoc totũ deniqꝫ affectãdæ eloquẽtię,ac enarrãdę romanorũ ſublimitati cõceſ- dis roma
ſerũt.O q̃ntũ laboris ꝑtuliſſent,ſi tũc tpis extitiſſent,quo inclinationẽ ac exitiũ norꝫ reb⁹
romę fata traxerũt, ſi ingenio eorũ deſtructa Roma tũc cõtigiſſet,pſertim cũ elabora
nec ſemel,nec fortuitu,nec dolo,abſqꝫ ꝓditiõe et malicia,uerũ toties,tot obſidi uerint.
onibus,prudẽtia,bello detecto,ac ſũmis difficultatib⁹,gẽtiũ dña,ac nubiũ calca
trix,Roma,toties fame,ſiti cõfecta,penitus incẽdiis exhauſta, rapinis onerata,
barbarorũ irruptionibus patuerit ,quę prius tamẽ opulẽtiſſima, pulcherrima
referta,exaltata,populoſa,ac oĩm gentiũ uictrix,humanã quaſi exceſſit cõditio
nem. Hoc aũt tantũ uirtuti Getarum ſiue Gotthorũ debet̃.Quicquid igit̃ illo-
rum claritati unq̃ accidit,idem & germanico decori deſert̃.

An Getę ac Gotthi ſint gens una, an diuerſę Ca.XXVIII.

An Gotthi & Getę una gens.

PRiuſq̃ Germanicã gotthis ac Getis originẽ pręſtituero, ne ſe lectori ambiguitas ingerat, an una gens, an diuerſa ſit: prius oñdere libuit. Priſc⁹ hiſtoricus gotthos a Getis diſcernẽdos putat, eo ductus argumento, dũ mediterranea Gotthi occupauerint, Getę uero iuxta mare ſedes fixerint, cui ſententiæ ptim aſſentior, ptim diuerſũ me habitur⁹ ſum, ut paulopoſt oñdet. Sabel. uero gentẽ unã dicere uidet, Siſr ac Iornãdes, & oẽs bonarũ litterarũ aſſertores, cui ꝓfeſſioni ego nõnihil tribuo, & eo maxĩe, dũ uiderim gotthorũ nomẽ adhuc recẽs, a ueteribus auctoribus minus uſurpatũ. Cõtra uero Getas græcis etiã nobiliſſimos extitiſſe, Strabone referẽte in.vii. Geographię ſuę uolumine. Dion auctor græc⁹, librũ ſuũ gotthorũ rebus geſtis cõſecratũ γετικόν inſcripſit, queãdmodũ & Agathius, Ablauius, & cæteri, q res gotthorũ ſibi habuerũt obuias. Strabo, Dromicheten ac Boerebiſtã Getarꝫ reges. Nazianzenus Zamolxim Getam faciũt. q̃s gotthos fuiſſe ſole clarius eſt. Id demũ, cũ nullã ſententiã habebo diuerſam, pſuaſiſſimũ cõtineo, Getas olim fuiſſe dctos Gotthos. Inde uero, maxĩe Valẽtis tpib⁹, gotthorꝫ nomẽ primit⁹ increbuiſſe. Licet Claudiã. lõge poſterior, gotthorũ nomẽ ignorauerit, eiuſdẽ tñ tpis, uiri egregii Gotthorũ meminerũt, ut Socrates hiſtoric⁹, Theoderic⁹, Sozomenus, Oroſius, Eutropi⁹, & antiqores etiã, ut Trebelius Pollio in Claudio, Flauius Vopi. ac alii. Raphael Volateranus Guthones dictos gotthos fuiſſe arbitrat, Ego qui a Claudiano, Guthones pro Gotthis dictos egregie noſco, non facile dixerim Cornelio Gothicũ nomẽ fuiſſe familiare. Poſtq̃ itaq; nomẽ gothicũ inualuit, populos priori noĩe Getico. ſ. diſpoliatos, appellatiõe ſua cõſecrauerat, ac nomẽ Geticũ penitus exoleuit, recens appellatio obtinuit, unde factũ eſt, ut appellatio diuerſorũ nominũ, gentis etiã diuerſitatẽ pleriſq; falſo pſuaſerit, Lucullus impator ex myſia Getas expulit, itaq; euenit, ut alias ſedes acquiſiuerint, ac Priſco hiſtorico fallendi occaſionẽ prębuerint, dum origine una gens, diuerſa uero, inde mutandorũ locorum cauſſa fuerit.

Getę magis cogniti q̃ gothi

Getę & gotthi eadem gẽs.

Quando gotthorꝫ nomẽ primitus increbuerit

An Dacorũ gens una fuerit cum getis & Gotthis, expungitur etiã Locus Strabonis. Ca.XXV.

STrabo feſtiuiſſimus auctor, ac circa rem quã uerſat⁹ eſt curioſiſſimus, Dacos putat eſſe om̃ino a Getis alienos, Getas eñ ad pontũ in orientẽ uergere, Dacos uero in oppoſitũ uerſus Germaniã, ac Iſtri fontes. Sabellicus a Strabone diuerſus abiit, & eandẽ gentẽ putat. Ambo deluſi ſunt, ille eadem ratione, quo Priſcus hiſtoricus prius. Hic uero manifeſto ſomno, quo ad tempa noſtra deuiauit. Ita eñ res ſeſe habet. Daci a Gotthorũ ꝓgenie proceſſerunt, & origine gens una, cum gotthis ſunt. Vt Iornandes ait, cui in rebus gotthorum non minorẽ q̃ publicam fidem cõcedo, ac plus gręcis om̃ibus pręſto, unde male Strabo diuerſos facit. Daci inde relictis Getis, Herulos in Danubii ripa cõſiſtentes abigerũt, ſedes eorũ intenderũt, & illam rationẽ diuerſitatis, tempus tantũ peperit. Locus etiã Strabonis ille om̃ino expũgendus eſt, in eodem loco, ubi Dacos Danos eſſe arguit, ductus cõuenĩetia nominis, tum quia

Athenienſes Dauorum ac Getarum nomina ſeruilia habent. Vnde autem hęc ad bacchum? huc, ꝙ Athenieſes Dauorū ac getarū noīa ſeruis impoſuerint, ergo ſcilicet Dani Daci? Stephanus Byzantius auctor grecus, partim Straboni adhęret, partim diſcōuenit, Dacos em̄ Danos putat, in illo refellendus, in aliis tenendus. Verba eius ſunt Δακία χῶρα πλησίον βορυσθένους, οἱ δάκοι οὓς καλοῦμεν δάους, γέτας γὰρ τούτους πρὸς τὸν πόντον κεκλιμένους, καὶ τὴν ἕω, δάυς δὲ πρὸσ τὰ ναυτικὰ, καὶ πρὸς γερμανίαν, καὶ τὰσ τοῦ ἴστρου πηγάς. καὶ παρ᾽ ἀττικοῖς τὰ τῶν οἰκετῶν ὄνομα δάυοι καὶ γέται. i. Dacia regio eſt Boryſtheni uicina. Sunt aūt Daci illi quos nos uocamus dacos, Getas uero iuxta pontū habitantes, & ad orientē, Dacos autē ad Germanię littora, ac Iſtri fontes uergentes noīamus, apud Athenienſes etiam ſeruorū nomina ſunt Daui & Getę, quod & idem Stephanus in alio loco innuit.

De origine Dacorū, & ꝙ nō ſint Dani, uerū Germani & eorū ſedibus. Ca. XXX. Daci vii.

c æterū ne rem incurioſe diſſeramus, ac temere contra Strabonē, ac Stephanū agentes uideamur, Primo de Dacorum origine loquamur paululū. Dacos Strabo libro vii. Scythas eſſe tradit origine, nec in eo tamen ueritati patrocinatus eſt, niſi olim totam Germaniā, aut Galliam aut Scythiam dictam ex Diodori ſententia, ac Sabellici uoluerit. Sunt autē Daci Iornande in teſtem uobis adducto, origine ueri Germani, ac Gotthi. E Scandia quoq; inſula prodierūt, Iornāde, Barnefrido, Hieronymo, ſuper Euſebiū auctorib9. Egreſſi itaq; ac a Gotthorū cōmunitate ſemoti, Herulos Iſtrum habitātes armis abigerūt, ad Iſtrum cōſederunt, nec unq̄ ab illis ſedibus conceſſerūt. Caret ergo fide Sabellicus, dum Straboni ſubſcribēs, ut fuco adhibito ſententiā ſuam defendat, in Daniam Dacos expeditionē feciſſe refert, cuius profectionis nullus unq̄ meminit, & id longe manifeſtiſſimū eſt, ab om̄ibus ſcriptoribus rerum Daniarum, illam expeditionē fuiſſe omiſſam, ſicuti a Beda, ac Saxone grāmatico, qui a Dani rege, & nō Dacis Danos dictos aiunt. Semꝑ etiā Daci apud Iſtrū fuiſſe ſcribūt ab oībus. Vnde tempe Vitellii cęſaris, Statius poeta eos apđ Iſtrū facit. Locus Sabellici.

Bis fractū legibus Iſtrū. Et cōiurato deiectos uertice Dacos. Cornel. Tacit9 pene eiuſdē ętatis, Scythis cōterminā Daciā dixit, ac Danubiū eos a Germanis ſeparare, Dion græcus auctor terrā eorū in circuitu decies centena millia contin̄ere paſſuum ſcribit, cui πρὸσ ἔπος reſpondet Sextus Aurelius ad Valentinianū ca. xi. Feſt. Ruffus. Idem Dion in Traiano, cæſarem facto ponte ſupra Danubiū Dacos debellaſſe ſcribit. Sic & Martialis de Domitiano ſcripſit, Dacum uictore iuxta Danubiū. Sarmaticis uictor compeſcet ſedibus Iſtrum. Et idem lib. v. Daci ſemper iuxta Iſtrum.

Hiberna q̄uis arctous & rude Peuce, Et ungularū pulſibus calens Iſter.

Statius quoq; in primo ſyluarū uolumine. Frena tenentem,

Rhenus, & attonici uidit domus ardua Daci.

Methodius etiam martyr ꝓprium uolumen (ſi titulum liber ille uerum pręſefert) de Dacis ſcripſit, ubi toties pulſaſſe Barbaros, om̄es Iſtri accolas ꝓhibet Methodius. & demum Dacos utrāq; Iſtri partem in ditionē rediiſſe, cui ſententię ſubſcribit Sabellicus, Fuerunt itaq; circa Danubiū Daci, uſq; ad Aureliani

tempa.& ut rei ſummã uno dicto teneas, Aurelianus Daciã (quã Traianus ultra Danubiũ ſubmouerat) collocatis illic romanis ex urbibus Dacię, in medietatem Męſię collocauit, & Daciã dixit, q̃ duas Męſias diuidit, & in dextra Danubiũ habet, mari ſeſe exonerantẽ, cũ antea in lęuo latere fuerat Iſter conſtitutus. Hæc Eutropi. lib. ix. ca. xv. Euſebius, Methodius, & alii memorię mandauerunt.

Dacia inter duas męſias.

Adducamus Ptolemæi ſecula, is iuxta Danubiũ fecit eſſe Dacos, & non circa Cherſoneſum cymbricũ, uerba Ptolemæi ſunt ex lib. iii. δακία περιορίζεται μὲν ἀπὸ ἄρκτων τῷ μέρει σαρματίας τῆς ἐν εὐρώπῃ, ἀπὸ τοῦ καρπάτου ὄρους, μέχρι πέρατος τῆς εἰρημένης ἐπιστροφῆς τοῦ τύρα ποταμοῦ, ἀπὸ δὲ δύσεως τοῖς ἰάζυξι τοῖς μετανάσταις κατὰ τὸν τίβισκον ποταμόν, ἀπὸ δὲ μεσημβρίας μέχρι τοῦ δανουβίου Ferme id ſonat, Dacia a ſeptẽtriõe p̃te ſarmatię (q̃ in Europa eſt) circũſcribit̃, a monte carpato uſq; ad finem p̃dictę deſcriptionis fluuii Tyrę. Ab occidẽte uero Iazigibus Metanaſtis per Tibiſcũ fluuiũ diſcernit̃, a meridie uero uſq; ad Danubiũ extendit̃. Hęc Ptolemęus. Quib9 uerbis nihil clarius, Daciã adhuc ſitã in ueteri loco fuiſſe. Idẽ Ptole. Tauriſcos Dacię pp̃los dixit, qui ſanę mentis eos Danos uocauerit, uidi neminẽ, p̃tereo prudens ſcriptores illos panegyricos, qui Dacos iuxta Danubiũ uictos oñdũt. Iornandes Iuſtiniani t̃pibus inter uiuos numerat9, ẽq̃li obſeruãtia Daciã ſic deſcripſit, Daciã inq̃t dico, quã nũc Gepidarũ pp̃li habere cognoſcũt̃, quæ in cõſpectu Męſię ſita eſt, trans Danubiũ, ubi corona montiũ cingit̃. Ex cuius uerbis clariſſimũ eſt duas Dacias fuiſſe, ſicuti Sex. Aurel. ait, nouã & antiquã. Nouã Aurelianus cęſar tranſlatam ad Danubiũ in ueterem trãſmutauit. Noua eñ trãs Danubiũ erat, de illa Cornelius, Diony. et alii. Hac uero Iornãdes loq̃bant̃. Nõ ergo Marliano ſubſcribendũ eſt, qui Hungariã olim retinuiſſe, & in maritima loca ceſſiſſe refert Dacos. Nec Straboni, qui ad mare germanicũ eos deducit. Id uerũ eſt q̃d apd Zachariã Lil. ac Sabel. li. ix. ene. vii. uidem9 Hũnos, gotthos Getas, & Dacos olim unũ pp̃lm extitiſſe. Mouit & hæc tantorũ uirorꝝ p̃ſuaſio Mantuanũ nobiliſſimũ poetã, nõ magis condẽdis carmĩbus q̃ hiſtoriis accommodatũ, cuius uerba hæc ſunt. Dacoſq; gothoſq; nam dixere Getas. Ecce Iuſtinus, Põpeius, Trogus lib. xxxiii. Daci (inquit) Getarũ ſoboles, cũ rege eorũ cõtra Baſtarnas male pugnauerũt. Hæc ille. Plyni. etiã in Scythia Getę inquit, a romanis Daci dicti ſunt, & tandẽ Getas & Dacos unã gentẽ dixiſſe ſufficiat.

Dacię deſcriptio

Duę Daciæ.

Locus Marliani

Locus Strabõis.

An Gotthi ſint Germani. Ca. XXXI.

Vpereſt adhuc de illuſtriſſima gotthorũ gente memoria, a quo oĩs inſignis germanię turba, ut a fonte uberrimo defluxit, Gothos aũt Getas Itali dixerũt, & uere, cæterũ t̃n getas Scythas eſſe uoluerũt, q̃ uerbo ueram Gotthorũ originẽ penitus ſuſtulerũt, argumẽta eorũ tali pręſidio uallauerũt, q̃a Tomyrĩ reginã Scytharũ, nobiliſſimi auctores, gotthorũ reginã fuiſſe aſſerũt, a cui9 reliquiis cæteri deuenerint, ut de Tamaſi rege, quædã Græcorũ ep̃lę oñdunt. Accedit q̃ Dion gręcus Getarũ in Scythia habitantiũ meminerit. Summã erroris ille facile cõuincet, qui tantũ Iornãdẽ legerit, cuius illa ſentẽtia eſt, Gotthi a Scandia arctoi maris inſula primitus ſoluerũt, duce Bericho ad Vlmigeros uenerũt, duce Filimero Scythiã, tũc ouim dictam occupauerũt, q̃d & Ablauio placet, unde habemus, Scythis antiquiores eſſe Gotthos. Getas quoq;

Gotthos non eſſe Scythas

longe anteq̃ Scythiã inuaſerũt, originẽ habuiſſe. Hæc itaq; res occaſionẽ fallendi Italis ac cæteris ſcriptoribus cõtulit. Stra. lib. vii. Getas origine Thracas extitiſſe arguit, mouit eum Menãdri gręci comici dictum iſtiuſmodi.

Thraces uniuerſi nos pręſerti getę. Nã eorũ indigenã me eſſe ipe glorior. Nos omibus magis cõtinentiã agimus. Et ut unius auctoris Itali natione, meam ſententiã roboratur9ſim, Blondus de inclinatione imperii roma. Gothi ait. nõ a Scythia ut Ruf. Feſt. inquit uenerũt. Seduxit Strabo, ac menãdrũ par ratio, quę & Italos, Thraciã em̃ Gotthi occupauerũt ac Męſiam, illicq; conſederunt, unde poſtea e Thracia primos ortus eos reuocaſſe falſa opinio ꝑſuaſit, De Thracię autẽ occupatione a gotthis, tum pręſtantiſſimus quiſq;, tum Stephanus Byzantius demõſtrat, uerba eius ſũt. & hoĩs natione Thracis, ob id de patria ſua cæteris ueracioris γότθοι inquit ἔθνος, πάλαι ᾤκησαν ἐν τοῖς τῆς μαιώτιδος ὕστερον δὲ εἰς τὴν ἐντὸς θράκης μετανέστησαν, ὡς εἴρηταί μοι ἐν τοῖς βυζαντικοῖς .i. Gotthi quidem gens olim iuxta Męotidem ſedes fixerũt, inde in Thraciã interiorẽ traiiciebãt, ut a nobis in Byzãtiis dictũ eſt, ecce iuxta Męotidem habitaſſe Gotthos primitus aſſerit, in quo etiã refellend9 eſſet, niſi ꝓpinquitatẽ (licet lõge diſtantẽ) mediocriter attigiſſet, ignorauit Stephanus Scãdiã inſulã ſeptẽtrionalẽ, unde quia cũ a ſeptẽtrione ꝓfectos fuiſſe Gotthos egregie ſciret, quandã terrã ſeptẽtrionalẽ, eorũ patriã Męotim fuiſſe aſſeruit. Cæterũ ut modũ orationi noſtrę faciã e Scandia inſula Germanica Gotthi deriuati ſunt, inſula adhuc ſcd'm alios gotlãdia dicit, ſub Danię regibus, & illa germanica eſt, diuerſa tñ a Scãdia, Methodius martyr, Paulus Barnefridus, Hiero. in ſupplemen. Beda in hiſto. Anglorꝝ oẽs deniq; πρὸς ἴσως Iornãdi, ac noſtrę ſentẽtię reſpondẽt. Sũt ꝑterea mſta argumẽta q̃ facillime rem noſtrã oſtendũt, ac gotthos germanos aſſerũt, primũ dũ in ea inſula (uñ egreſſi ſũt gotthi) lingua germanica ſp obtinuerit, ut mercatores, qbus inſula illa penitus cognita eſt, relatu Bilibaldi Pyrckaimeri uiri doctiſſimi teſtati ſũt. Gotthi etiã lingua nõ alia q̃ noſtra ſungebant. Dũ em̃ cõtra Iuſtinianũ, cum Belliſario rem habuerũt Gotthi, pene ad ultimã cladem Belliſarius redactus eſt, eo pacto. Fugitiui em̃ gotthorꝝ (q a Belliſario defecerãt) clamauerunt, ut Gotthi Phalã ferirẽt, Erat em̃ illius coloris uocabulũ penes eos (quod ferme apud latinos ſubfuluũ eſt.) Hęc Proco. græcus, Aretinus, Blondus Flauius, Sabel. & aliĩ memorię tradiderũt. Quid ṽbis illis manifeſti9? Phal. em̃ ueriſſimũ germanię uocabulũ. Plura etiã uocabula germanica tunc in gotthorꝝ uſu fuiſſe apud Iornãdem uidem9, & demũ ꝓpria eorũ nomĩa, germanos gotthos fuiſſe ꝓdũt, eorꝝ em̃ ſp reges Berich, Filmer, Valamir, Deinterich, Eurich, Ermanrich, Gebrich, Aorich, Gũderrich appellabant, Quę noĩa (ut in li. ii. a nobis mẽtio erit) germanica ſũt. Sũt ergo germani, & ſi Itali dicãt Scythas fuiſſe, ſi ſententiã eorꝝ ṽitati quodãmodo reſtituere cupis, oẽs olim Scythas nos fuiſſe aut galatas, anteq̃ germaniæ nomẽ inueterauerat, tenere potes, ut prius dixim9, qd ſi pſtãtiſſimos auctores nobis habuerim9 riuales? qui & Scythas oẽs illos a germanis ortos, publice ac ſine omĩ noĩs eorꝝ diſſimulatiõe ꝓclamauerũt, in quorũ numero Strabo, Priſcia. in trãſlatione Dionyſii, & alii recenſent.

Locus Strabonis ac menandri.

Gotthi e Scandia primitus uenerũt

Gothi lingua Germanica uſi.

Scythę a germanis

De gẽtibus a Gotthis.i. Germanis deſcẽdentibus, & ꝙ hi Germani fuerint. Ca.XXXII.

Lii Gottos ex Amazonũ genere ortos dixerũt,ut titulus eorũ demonſtrabat,dum in triumphũ Aureliani perducti fuerunt, Blondo Forliuienſi,Sabellico,Flauio Vopiſco auctoribus,caret & id doctorum hoĩm fide,nec ꝑſuaſio illa aliam habet rõnem,niſi qđ etiam inter Amazones Gotthi ſicuti inter Scythas ac Thraces uerſabant̃,teſtãtib⁹ Iornãde,Dione græco atꝙ aliis,lata eſt demum ſententia,gotthos ueriſſimos Germanos extitiſſe,unde de gotthis ut de Germanis dicere in animo eſt,ut ſiquid honeſtius gotthis poſtea cõceſſerimus,id nullis niſi germanis,pręſtitum lector prudens uideat,nec eos alio argumẽto,Germanos,horũ poſteriores oſtenſurus ſum,niſi qđ a Gotthis ideſt Germanis origine ꝓceſſerint.Omĩs igit̃ ratio ac uis,tantũ in deducendis auctoribus conſiſtet,qui gẽtes riuos illos e Gotthorũ fontibus deductos fuiſſe ꝓfitent̃, qbus in ſentẽtiã noſtrã tractis,non agnoſco,cur illis min⁹ Germanicũ nomẽ cõceſſerim gentibus.Sũt eñ e gotthis Auares,Schlaui,Antes,Oſtringi, Teiphali,Scyri,Caibi,Rugi,Alani,Arborichi,Iornande,Barnefrido & multis auctorib⁹.Vñ qcqd in.v.li.de illorꝫ geſtis adductur⁹ſum,id Germanis deberi pius lector agnoſcat.

Gentes a gotthis deriuatę.

Qđ Vandali, Heruli, Turcilingi,ac Longobardi & Gepidę fuerint Germani Ca.XXXIII.

Otthi inde in ꝗttuor ꝑtes ſeſe diuiſerũt,alii Viſigotthi ſeu hypogotthi alii Vãdali ac Gepidę,alii Oſtrogotthi,noĩati ſunt. ut Otto lib.ii. ca.xxi. & Barnefridus teſtant̃.Fuerũt aũt gẽtes illę,tantũ noĩe diſcretę, cæterũ una gens extitit,ſub ſcribit Barnefrido,Iornãdes,ac Methodi⁹ martyr,q ep̃lam Vãdalorꝫ adducit,ſeſe publice germanos teſtantiũ,ex illis inde Turcilingi,Iornãde & Paulo diacono referẽtibus ꝓceſſerũt,atꝙ Lõgobardi,qs e Scãdia germanica inſula Beda,Hiero.in ſupplemẽ. Vrſpgenſis, & omĩs ſcriptorꝫ turba palã ꝓfitet̃.ac a Gepidis originẽ uẽdicaſſe,qđ & honeſtiſſime Otto Friſingẽ. li.ii.ca.xxi. ꝓſequit̃.Lingua etiã Lõgobardos arguit fuiſſe germanos, Nam ut Barnefri. Vrſpergẽ.Blondus Sabelli.teſtant̃,Albuinus rex Lõgobardorũ, occiſo Chunimũdo rege gepidarꝫ,ex capite occiſi Chunimũdi paterã cõfecit,quã eorꝫ lingua ſchalã longobardi noĩauerũt.hæc illi.Quid & illis ꝟbis manifeſti⁹ꝫ qd clarius ad dandũ illis nomẽ germanicũ, & nos adhuc paterã uulgari lingua germanica,ſchal dicimus,Gepidę etiã origine gotthorꝫ gaudẽt,ac ab eiſdẽ ortũ duxerũt,ita tñ ſepati,dũ gepidarũ nauis fuerat tardi⁹ ſubſequuta,gepidis nomen indidit,Gepãda eñ geebald,eorꝫ lingua pigro dicit̃,Hęc Barnefridus,Iornãdes Vrſpgẽ.ac ſupplemẽtorũ ſcriptores Euſebii referũt. Quid ꝟbis illis dilucidius?germano noĩe ac origine tũ lingua functos eſſe gepidas,Herulos aũt e Scãdia ueniſſe Procopius ait,dũ ab inſula ſeptentrionali egreſſos,& iterũ in eandem ꝓfectos teſtat̃.Licet Scandiã nõ nominet.

Gepidas Germanica lingua uſos.

An Bulgari,Nortmãni,Hungari, Auares,Suedi,& cæteri qui a Danis germanis originẽ habuerũt,germani fuerint. Ca.XXXIIII.

Anos populos quidā a Dais populis Hyrcanię dictos uolunt. ut Stra-
d bo libro.vii.Beda tamē ac Saxo grāmaticus,a rege eorū Dan nomine dictos perhibēt,cum quo e Scandia inſula auctore Iornāde uenerunt, a Danis Normanni,ut Gagui.teſtat̃,ab eiſdē,&(Sabellico referente)Bulgari,a Bulgaris Hungari (ſi Paulo diacono credimus) Alii tamē Hungarorū gentē diu in inaceſſis ſedibus delituiſſe ſcribunt,& tūc nouā quaſi,& prius inauditā, Pānoniā aūt occupaſſe,ut Rhegino Pruniēſis,Vrſpergenſis Otto Friſingenſis Radeuicus in geſtis Friderici primi teſtāt̃,& familiaris doctorꝝ oīm ſentētia eſt,Cęcutiuerūt ergo eo in loco Michael Rictius,Iornādes,Sabellicus,et alii,q ab Hūnis eos deducūt,cū Hunnorū gens poſt Atilę mortē penitus deſiderata cōciderit,exoleuerit.ut Luitprādus Ticinēſis in iii.uolumīe ſuo exacte ac emūctim diſſerit. Poſt igitur Hunnorū a Pannonia expulſionem,ab Oſtrogottis, Longobardi Pānoniā intenderūt,ultra quos iterū Oſtrogotti ſuperiorē,Auares uero inferiorē,Auaribus inde in Bauariā trāſlatis,tūc primitꝰ Hungarorū grex,ex ſedibus antea nulli cognitis,in Pānoniā inferiorē traiecit,ut Otto Friſingus ait de geſtis Friderici.lib.primo.ca.xxxi.Auares aūt ex Gepidarū ꝓgenie originē deduxere.ut lib.ii.ca.xxi.Otto Friſingus oſtendit,& nuper mihi literis inſeruit.Bilibaldus pyrckaimer,cuiꝰ nomē q̄ties de uirtute agit̃,nō meminiſſe nephas eſſe duximus,adde qđ Hūgarorꝝ lingua,Hūnos ab eis diſcretos ꝓdiderit.Nam Hūni germanica lingua utebant̃,ut q̄ uitā Atilę ſcripſerūt,ſatis demōſtrauerūt,Hūgari uero ſemꝑ alieniſſimā ab idiomate Germanico ſortiti ſunt,unde & ego adductus ſum,nec Hungaris facile originem germanicā conceſſerim,quanq̄ nec omino ſeculo noſtro nomē germanicū,honeſtas & ſi occaſiones habuiſſem,q̄ me potuiſſent ad hoc induxiſſe, primo dū germanis quaſi undiq; cincti fuerint. Vltra eī Hūgariā germanā linguā obtinere qs ignorat? ut penes illos quos ſeptē caſtrorū noīe dignamur,non alia ratione Aeneas ſyluius fungebat̃,dū Bohemos germanis reſtituere cupit,niſi qđ germanicū idioma ultra Bohemiā inueterauerit,licet in Bohemia diuerſum fuerit, adde quod Rhegino Pruniēſis,tot ppłos uſq; ad maria pene,ac totū ſeptētrionē, uno uocabulo germanos noīauerit,adde qđ Sycobatas,Baſtarnas Peucinos,Tauriſcos, Capitolinꝰ cōi appellatiōe germanos uoluerit,nōne Cornel.Taci.Fēnos,Peucinos, & reliq̄s,germanis adiecit,nōne ambiguū ait ſibi cōſtare,an Oſi ac Auariſci (quę ſūt intimę Hūgarorū gētes)germanis aſcribat̃,an ſecus? addit linguā ſibi dubiū intuliſſe,dū magis Sarmatico idiomati acceſſerint.Si lingua tātū o Corneli,te fecit diuerſum,germanis oī iure hūgariā faciamꝰ obnoxiā,conſtat eī cuiq; priuato linguā ſolā nō gentē poſſe alienare,alioq & Lotharigia & optima germanię inferioris ꝑs,ut Hānonię ac Flandrię ducatus,minus germanorū fuiſſent iuris,alioqui hi qui Tyrolenſiū dñio ſubiecti ſunt, aut Bohemi,Dani,Noruegi,Suedi,ac ulteriora Saxonū,ob līguę ſimultatē,omē ius germ anorum ſibi amputarent,abſit procul ,uolumus enim linguam Germanicā queadmodum nō ſempꝑ nobis germanos adiicit ,ita nec demat, Vt eī Zacharias Lilius ait,in Iſtriæ partibus,ac media Italia in locis pluribus linguā uigere Germanicam,non tamen facile Germanos illos aſſeram. Accedit etiam quod

Occaſiones Hungaros nō eſſe alienos ager māis.

Cornelius Tacitus,ea tēpeſtāte uiguerit,qua Germania modica ac exigua fuerat,nec ea aſſecuta adhuc,quæ nunc iure poſſidet,multa enim recupauit,quæ tunc non habuit,plura quæ Cornelius non dubitauit a Germanis diſcernere. Quid ergo ſi illa quæ ab omibus ſcriptoribus germaniæ detracta ſunt,& nūc acceſſerint de illis dubitamus,quæ tantū dubio priſcis fuerūt,illis ne nomē germanicum debeat, an non,ſicuti Hungaria,quæ nobis ante mille,ac pene quingētis annis,nō denegata,uerū in parte adiecta erat.Hæc omia poſuimus,nō ut in animo fuerit Hungariā nobis deſtinare,quā ſcio alienā eſſe,uerū tantū ut lectori aditus ac anſa a nobis præbeat, ac in rebus germanicis, nobis ſucceſſori, uia pateat exactioris ac curioſioris indaginis,& hæc de Hungaria.Nec omittē dum eſt id Sabellici,qui nullā neceſſitudinē inter Hunnos,ac Hūgaros uidēs deniqꝫ unā gentē fecit,quāq̄(inqt) nō clam me ſit,quoſdā Hūgarorꝫ gentē recentē eſſe ꝓmittētes,ab Hunnis tamē deriuatos dicere ꝑſtiterit,ecce affectata Sabellici ignorātia,ſatius fuiſſet pedibus oīno in diuerſum abiiſſe,q̄ ſeſe ex ſui induſtria ſcientē,tantis tenebris inuoluiſſe,quaſi rem probe tractauerit,ſciuerit,& tandē plus ſentētiæ huic,poſt longā rerū cōferēdarū deuolutionē calculū adiecerit,qui Hungaros ab Hunnis emerſos crederēt,ut id ꝑſuaderet,puero elemētario non cōcedendū ſomnū fingēdo captauit,ait em̄ lib.iii.enei,octaue Hūnos accepto rege Auaro,ſeſe Auares pro Hūnis dixiſſe,hui,qui dum Auarū originis inſcius eſt,ſeſe in intolerādū inuoluit errorē,ac a ſeipo quātū uir doctus abeſt:Auares ab Hūnis deuenerūt,eſto,quod tamē dicere tam procul eſt,q̄ fallere,ob id ſcilicet,dū Auares poſt Hūnos Pānoniæ ꝑfuerint,a quibus ergo tandē Hūgari,an ab Auaribus,quæ couenietia noīs,at Auarorū fratres ab Hūnis ꝓceſſerunt,Anne tunc poſteriores Auaribus, ubi igitur interim,quom Auares Pannoniā occupauerūt,Hungari degerunt,an ſub Auarū impio,Cur igit Hungari Priſcorū ac maiorū nomīs ueſtigiū interceptū,ſeruauerūt,Auares uero non.Si uero Auaribus ętate maiores fuiſſe Hūgaros uult, ob noīs eorū,ab Hūnis maioribus ueſtigiū,cur hii non Pānonia ante Auares potiti ſunt.Cur etiā ſabellicus noſter Hūnos,nō Hungaros ſeſe Auares dixiſſe refert,collidūt uerba int̄ ſe,qm̄ diuerſa eorū ratio eſt,in uno loco Sabellici mens erat,ab Hunis Hūgaros ueniſſe,nūc uero niſi ex induſtria ueritati parcēs, diſſipare eius ſentētiā, ac narib⁹ colloqꝫ arreptā,fuco delinitā,ſeruare,tutari uolueris,nō ſuſtinueris,quin ab Auaribus dixerit Hūgaros,& tantū de illo.

Locus ſabellici.

Argumēta contra poſitionē Sabelli.

Hūgaros nec ab Auaribus, nec hoīes cōtra Sabelliū.

De origine hunnorū,Alanorū,& eorū exoneratiōe,& an Polonia & Boheīa Littuania germanorꝫ fuerint colonia Ca.XXXV

Erum ut & uerā hunnorū originē tandem adducā,quos priori Capite Germanos dixi,ob lingue cōuenientiā,hi (ut Priſcus ait hiſtoricus) a demonibus ortos dixerūt,ob corporū ac mēbrorū eorū deformitatē, Tempe em̄ Filimeri regis Gottorū,mulieres Gotticæ magicę arti inherentes expulſe ſunt,hæ deſerta loca petentes,demonibus coniunctę,hunnos pepererunt.Hieronymus autē inter Tanaym ac Maſſagetas habitaſſe primo uoluit, alii ex gente ab Alexandro incluſa deriuatos aſſerunt,re uera e Gottis Germa

nis originem reuocauerunt, ut Iornãdes ait, nec Hunnis germanicũ ortũ Pri Hunni e
ſcus hiſtoricus denegat. Poſtq̃ aũt ſatis in Romano imperio debacchati ſunt, Gotthis
partim ad Germaniã conſederunt, in loco hodie Hunnorũ receſſus dicto, partim a cæteris gentibus acti defecerunt. hæc de illis. Hunnos rigor ſermonis germanos eſſe prodidit, Vngaros aũt alienos. Inhabitant ẽm adhuc oceani littora Vngarorũ maiores, a quib⁹ illi Vngarorũ, qui Pãnoniã occupauerũt, deſcẽderũt. Qui & alia lingua a Germanis uſi ſunt. Vt nuꝑ quidã Cracouienſis utriuſq; Sarmatię enarrator ꝓdidit. Alani uero ueriſſimi germanorũ e Scandia q̃q; emerſerunt, mox ſeſe diuiſerunt, pars una in Aſiã conceſſit, q̃s Ptolemæus ad hyperboreos poſuit, nũc Tartari dicti, ut ait Aeneas. Reliqua pars cũ Vandalis & Burgundionibus Francos pepulerũt, ut li. vi. enarremus.
Ptolemæus illos Scythis aſcribit in lib. γ. καὶ ἐνδοτέροι τούτων, inquit. οἵτε ἀμαξόβιοι Alani e
καὶ ἀλανοὶ σκύθαι. i. & interiores illorum Hamoxobii ſunt & Alani Scythæ. gotthis.
Ammianus Marcellinus li. xxii, ac Ioſephus li. vii. belli iudaici, Dionyſiũ græcum cõſecuti, intra Mæotiden eos concluſerunt. Capitolinus in uita Antonini Pii Dacis Alanos aſcripſit. Grauior tñ & ueritati uicinior ſententia eſt. Gotthos Alanos dicere, iuxta Iornandis ſententiam. Adde ꝙ Procopius lingua gotthorũ uſos dixerit Alanos. Lucianus etiã in dialogo τόξαρις inſcripto, unã Scytharum ac Alanorum linguam eſſe teſtatur, cum ait de Macente Scytha: ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὁ μακέντης, ὁμόσκευος καὶ ὁμόγλωττος τοῖς ἀλανοῖς ὤν, κοινὰ γὰρ ταῦτα ἀλανοῖς καὶ σκύθαις hoc eſt. Hæc itaq; dixerat Macentes ſcytha habitu & lingua Alanis ſimilis exiſtẽs, comunia ẽm hæc ſunt inter Alanos & Scythas. An aũt Scythæ tũc illi Germanis in lingua conuenerint an ſecus: aliorũ ſit iudicium.
Dicti aũt ſunt Alani a mõte Sarmatiæ, authore Stephano. Subrepſit Sabelli Locus ſa
co, uiro alioq̃ docto, ingens ſomnũ, dum Alanos, nunc alamanos nominatos bellici
ſcribit, lib. ii. Enei. octauę. Vnde ẽm Alemani dicti fuerint, in libri p̃ſentis fine ponemus. Hi ergo Alani poſtq̃ Galliã, Africã Europã ſatis concuſſerunt, ad Poloniã ultimo cõſederunt, inde a Sclauis pulſi, penit⁹ deleti, deſierunt. Tũc igit̃ tam polonia q̃ Bohemia germanica lingua utebãt̃ & origine. Verũ poſtq̃ Sclauorũ gens regionẽ eorũ intenderunt, deuictis Alanis, germanicã linguã corruperunt, ſclauicã intulerunt, quæ adhuc pari uel nullo diſcrimine, tam bohemos q̃ polonos, barbarie quadã detinet. De iis plura Aeneas Syluius, atq; alii. An aũt & origine Sclaui germani fuerint, an nec: lingua nimis aliena eſt. Cæterum Iornandes ſcriptor, ipſis ortum germanicum a Gotthis præſtitit.

De Burgundionibus, Francis occidentalibus, Sueuis Senonibus, ac Galatis, & eorum origine germanica. Ca. xxxvi.

BVrgundiones ante mille annos germanos fuiſſe, Cornelius ac Plyni⁹ Burgun
uoluerunt. Frãcos uero oẽs, q̃s & adhuc uidimus, authores germanis diones.
adiecerũt, ac horũ poſteriores Galliã in ditionẽ redegiſſe aiũt. Ne igit̃ Franci.
actum agamus, illa ut per ſe clara relinquamus, eo libentus, dũ nullus ſentẽtię noſtræ ſe oppoſuerit. Galatæ aũt ueriſſimi germani extiterunt, nomen etiam a rege Galato Celtarũ ac Sarmatarũ, ſub q̃bus tunc Germania cõp̃hendebat̃,

ſortiti ſunt. Meminit huius regis Manetho hiſtoricus ac Annius Viterbiẽſis, cuius uerba nihil aliud ſonant, niſi Galatas olim in Germanos partim, partim in Gallos diuiſos fuiſſe, concordat Diod. Siculus li. vi. Tpibus aũt Tarquinii Priſci, Clitoueus Germanorũ rex cũ Belloueſo ac cęteris gallis ſenonibus Italiam bello tentauerunt. Vt Liuius li. v. Decad. pri. dicere uidetꝛ. Ex qbus ꝓceſſerunt Tectoſages ac Volgæ ueriſſimi Germani, q etiam iuxta Hercynium conſedebant. Hi pulſi ſunt, ut Marlianus ait, & in Galliam ſe tranſtulerunt, & illi extiterunt, qs Manlius Torquatus in Gallogræcia caſtris exuit, hæc Marlianus, in eo ueriſſimus. Liuius eñ Sigoneſtũ fratrẽ Clitouei Hercynii ſaltus gentes ſubegiſſe ſcribit, unde non iniuria cladẽ apud Aliã fluuiũ a germanis Sueuis Senonibus, qui tum Galli dicebantꝛ, æditã Bebelius ꝓfiteꝛ. Dux quoqꝫ Gallorũ Brennus germanus, nã Sueuus erat, Gotfrido Viterbieñ. ac Hermãno chronographo referentibus. Strabo etiã Branſum Brennonẽ uocatũ ait, & hunc non gallũ extitiſſe, unde nõ temere ab aliis germanus dicitꝛ. Senones etiã Sueuos fuiſſe Adon Vuinenſis epũs & Fretolphus teſtanꝛ, & nos lib. ultimo uberius dicemus. Fuerunt itaqꝫ hi gallorũ ueriſſimi germani qs Hãnibal deuicit, ac Flãminius apud Silium Italicum ita eum deſcribentem.

Margin: Tectoſages Volgæ — Multi Gallorũ germani.

Caſſis erat munita uiro, cui uertice ſurgens
Triplex criſta iubas effudit crine Sueuo.

Suidas græcus aperte Senones germanos aſſerit, & hos extitiſſe, qs Val. Coruinus deuicit. Cuius uerba integra qm̃ nobis ad rẽ faciũt, referẽda eſſe duxi.

κελτοί οἱ λεγόμενοι γερμανοί οἱ ἀμφὶ τὸν ῥῆνον ποταμόν εἰσιν. οἳ κατέθεον τὴν γῆν τῶν ἀλβανῶν, οὓς καὶ σήνωνας καλοῦσιν. οὗτοι οἱ κελτοὶ κατὰ ῥωμαίων ἐστράτευσαν. ἀνὴρ δέ τις τῶν κελτῶν ἡγεμονικός τότε σῶμα εὐπρεπὴς, καὶ τὸν θυμὸν ἀλκιμώτατος, προελθὼν τοῦ οἰκείου πλήθους ἐκ μονομαχίαν προεκαλεῖτο τῶν ἐναντίων τὸν ἄριστον. βαλέριος δέ τις ἡγεμὼν φάλαγγος, τοῦτο ἔστησε ἀγώνισμα καὶ θείᾳ δέ τινι μοίρᾳ κατὰ γνώμην ἀποβάντος ἔτυχε τοῦ βουλεύματος. ἐπεὶ γὰρ προῆλθε τοῦ οἰκείου τάγματος ὁπλισάμενος κόραξ προσιζάνει τῷ δεξιῷ τοῦ ἀνδρὸς βραχίονι. ἀντιπρόσωπος δὲ τῷ κελτῷ κατὰ τὸν ἀγῶνα φερόμενος, καὶ τοῖς τε ὄνυξιν ἀμύττων τὸ πρόσωπον, καὶ ταῖς πτέρυξιν ἐπικαλύπτων τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀφύλακτον τῷ βαλερίῳ τὸν πόλεμον παραδέδωκεν. ὁμοῦ τήν τε νίκην τῷ ἀνδρὶ, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἐπωνυμίαν χαρισάμενος. κορβῖνος γὰρ δὴ τοὐντεῦθεν ἐπεκλήθη, τῆς τε μαρτυρηθείσης ἀρετῆς ἕνεκα. παρὰ τὰ καθεστηκότα ῥωμαίοις νόμιμα τῆς ὑπατικῆς ἀρχῆς ἔτι μειράκιον ὢν τυγχάνει.

Quod latinitati ſic reſtitui. Celtæ germani dicuntur, qui circa Rhenũ fluuiũ habitant. Hi olim incurſauerũt Albanorũ regionẽ, q Senones dicti ſunt. Celtæ aduerſus Romanos olim ꝓceſſerunt, unus aũt eorũ e ductoribus tunc corpore q̃ animo pſtans, e caſtris militũ ſuorũ exceſſit, ac in ſingulare certamen hoſtiũ primatẽ inuitabat. Vnus igiꝛ Romanorũ Valerius nomine, dux Phalangis cũ ipſo pugnã decreuit, & rebus uolentibus fatis e ſententia contingentibus, uoti cõpos redditus eſt. Q̃ꝫ primũ eñ ſociorũ caſtra exierat, armatus coruus dextro brachio uiri adhæſit, & ſemper faciẽ Galli ꝑ totã pugnã impetiit, nunc unguibus uultũ eius inceſſens, nunc alis lumina galli obtenebrans, ineuitabile fatũ Valerio cõpoſuit fœliciter, iuxta & uictoriã eidẽ retulit Valerio. Vnde Valeriꝰ ab iſtiuſmodi rerũ ſucceſſione, cognomẽ Coruini aucupatꝰ ẽ, & in uirtutis eius teſtimoniũ iure legitimo conſularẽ dignitatem licet iuuenis

exiſteret conſecutus eſt. hæc ille. Potes & Plutarchū cum Liuio de illo cōſu
lere, quorum nullus eos Gallis aſcripſit, uerū Germanis, præcipue Plutarchus
in libro περὶ τῆς τῶν ῥωμαίων τύχης inſcripto, ubi ſedes Senonū ad Iſtrū poſuit.
Hallucinatur igit̃ quiſquis ille fuerit, qui Liuiū nup̄ germanico idiomati dona uit, ubi Gallos illos Francos occidentales fuiſſe interp̄tatus eſt. Suidas id mul to liquidius oſtendit, qui eos Celtas dicebat. Celtas aũt ſemp̄ germanos eſſe indicat, in dictione κελτοί, in dictione γερμανικός, in dictione ἀσπιανός, & in plu
ribus aliis locis. Alterius generis Galatæ tamen fuerant, quos Plutarchus in
uita Aemilii Pauli Baſtarnas noĩauit, q̊s & ad Iſtrum collocauit. Ex cuius uer
bis germanos eos fuiſſe liquet, & q̊d honeſtius eſt, Baſtarnas & Galatas unam
gentē dici. Iuſtinus hiſtoricus lib. xxxiii. Baſtarnas a gotthis uictos ſcribit. Ma
nifeſtiſſimū aũt eſt Galatas a Gotthis olim expugnatos fuiſſe. Vnde nonnihil
Plutarcho auſculto. Ecce quid honeſtius Athenæus in dipnoſophiſtarū libro
·ζ· in hæc uerba p̄rumpens, adduxit. τῶν δὲ γαλατῶν σκορδίσται καλούμενοι .i. Ga
latæ qui Scordiſtæ appellant̃. Et ne tu alios a p̄dictis Galatis illos extitiſſe pu
tes, ſequentia uerba te docebunt. τὸ δὲ ἔθνος αὐτῶν ἐστι μὲν λείψανον τῶν μετὰ βρέν
νου στρατευσαμένων, ἐπὶ τὸ δελφικὸν μαντεῖον. γαλατῶν δέ τις βαθανάτιος ἡγεμὼν αὐτοὺς διῴ
κισεν, ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν ἴστρον τόπους. ἀφ᾽ ἧς καὶ τὴν ὁδὸν δι᾽ ἧς ἐνόστησαν βαθανάτιος ἔ
τι καὶ νῦν προσαγορεύουσιν. Quod nobis hunc ſenſum facit. Hi igit̃ Galatæ, qui reli
quiæ eorū extiterunt, qui cū Brenno duce tunc tp̄is militauerũt, qñ Delphos
diripuerunt. Deinde Galatarū dux Bathanatius, quiſpiã ſic dictus eſt, qui eos
in regionē, quę circa Iſtrū eſt collegit, ſedeſq; capere iuſſit. Vnde & uiam qua
ad Iſtrum redierant, Bathanatū & hodie uocãt. Hæc Athenæus. Plutarcho cō
ueniens. Cęterū Iuſtinus ad Hercyniū Galatas poſuit. Nec etiã longo interual
lo Baſtarnæ & Scordiſtę unq̃ diſcreti fuerunt, dū ut Ptolemæus ait, illi Danu
bium, hi uero meridionalem Pannoniæ partē inhabitauerint, ut & Straboni
& Appiano placet.

Locus interpretis Liuiani.

Baſtarnę Galatæ dicti.

Locus Athenęi.

Omnes illos pene fuiſſe Germanos, q̊s authores iuxta Mæotidē conſediſſe innuerunt, ut Saxones, Cimbros, Dacos. Ca. xxxvii.

SCandia inſula priſcis authoribus incognita fuit, ex illa inſula ueniſſe Bar baros illos priſci auctores non calluerunt. Vnde qdam antiquorum mul tos apud Mæotidē ſcribũt ſedes primos tenuiſſe, uel penes Boryſthenē. Ignorato itaq; loco uero, Mæotidē noĩauerunt, uel aliū locū nobilē ſeptentri onalem. Et ut in re uerū illud ſit, Stephanus Byzantius nobis argumento erit, qui gotthos iuxta Mæotiden conſediſſe primitus uoluit, ut græca uerba eius prius adduximus, ubi eos tot auctoribus e Scandia ueniſſe diximus. Idē Ste phanus Dacos iuxta Boryſthenem conſediſſe ait, quos alii (ut patuit) e Scan dia deducunt, ita & Dionyſius græcus author.

Barbaros e Scãdia ueniſſe.

Πολλὰ μάλ᾽ ἑξείης μαιώτιδος ἐς στόμα λίμνης.
γερμανοί, σαρμάται τε, γέται θ᾽, ἅμα βαστάρναι τε,
δακῶν δ᾽ ἄσπετος αἶα, καὶ ἀλκήεντες ἀλανοί.

Deinde equidem multi Mæotidis hoſtia ſeruant
Germaniq;, Getæ, Baſtarnæ, Sarmatæ, & ingens

Dacorumq́ ſinus quoq́ fortia pectora Alani. Ita & Bulgaros iuxta Mæotim poſuit Blondus Forliuienſis. Scythas Herodotus. Haud ſecus priſci putauerunt Cimmerios illos, a Mæotidis undis emerſiſſe, cū etiam a Scandia inſula profecti fuerint, quæ ut Rhegino Prunienſis, Barnefridus, Paulus Diaconus, Hieronymus, & alii ſanxerūt, innumeros populos, q̄s uix Aſia, Africa, Europa ſuſtinuerunt, ueluti inundatiōe quadam irrigauit. Illic.n.hę Mæotidę undæ, ac Boryſthenes erat ab antiquis celebratus, ita a regione prope Thylen emerſiſſe herulos dixit Procopius. Ita ab arctois ſedib⁹ ueniſſe Gotthos Claudianus inquit. Ita Strabo ac Herodotus Cimmerios. Nullus igit̄ eorū quidq̄ certi attigerat, niſi q́ e ſeptentrione eos ueniſſe uiderant. Ad Cimbros redeo qui (ut Strabo ex Poſſidonii, Clitarchi ac Ephori ſententia loquit̄) latrocinando in incertis ſedibus errabundi, ad paludē Mæotida militiā agitauerunt. Unde Cimmerius Boſporus ab ipſis uocatus eſt, quaſi cimbricus, cū græcorum lingua cimmerios cimbros uocemus. Hæc Strabo li.vii, Herodotū, ut reor, imitatus, qui Scythas ſedes cimmeriorū relictas occupaſſe, & ad locū illorum conſediſſe refert. Quibus uerbis nihil clarius q̄ e Scythis non ueniſſe Cimmerios illos, uerū potius e Cimmeriis Scythas, & hactenus qui de Cimmeriorū origine quidq̄ dixerit: uidi neminē, niſi q̄d eos apud Mæotim cōſediſſe q̄ndā aliqui ſcriptores annotauerint. Venerūt igit̄ e Scādia Cimmerii, ſicuti alii populi, q̄rum origo latebat̄, qui olim a Mæotide palude ꝓceſſiſſe credebāt̄. Verba Herodoti ſunt ex iiii. eius libro. τὴν γὰρ νῦν νέμονται σκύθαι, αὕτη λέγεται, τὸ παλαιὸν εἶναι κιμμερίων. τοῦτο γὰρ κιμμερίους ἐπιὸν τῶν σκυθέων, βουλεύεσθαι, ὡσ στρατοῦ ἐπιόντος μεγάλου, καὶ νῦν ἔστι μὲν ἐν τῇ σκυθικῇ κιμμερία τείχεα, ἔστι δὲ πορθμήϊα κιμμερία; ἔστι δὲ καὶ χώρη οὔνομα κιμμερίη, ἔστι καὶ βόσπορος κιμμέριος καλεόμενος. φαίνονται δὲ οἱ κιμμέριοι φεύγοντεσ ἐσ ἀσίην τοὺς σκύθασ, καὶ τὴν χερσόνησον κτίσαντεσ ἐν τῇ νῦν σινώπῃ, ἡ πόλις ἑλλὰς ᾤκισται. φανεροὶ δέ εἰσι καὶ οἱ σκύθαι διώξαντες αὐτοὺς, καὶ ἐς ὃ ἐσέβαλον ἐς τὴν μηδικὴν γῆν. καὶ τὰ λοίπα. q̄d pene illud ſonat. Regionē quā nunc Scythę incolāt Cimmeriorū fuiſſe cōſtat. Verū inuadentibus Scythis, dum deliberarēt Cimmerii, exercitu magno inuadebant̄, regionē igit̄ eā reliquerūt, quā Scythę occupauerūt, extāt & adhuc in Scythia muri cimmerii dicti, ſunt & illic p̄toria cimmeria, fuit & nomē regioni Cimmeria, ſimiliter Boſporus fuerat cimmericus, cōſtat q̄q́ in Aſiā ꝓfugiſſe Cimmerios, ob metū ſcytharū, tūc Cherſoneſum cōdidiſſe, in Sinopa, græca urbe olī īhabitata. Apparet & Scythas in ꝑſequēdis Cīmeriis uia aberraſſe. & q̄ ſequunt̄. Inde Cībri (adiūcta ſocietate) terrā nūc Daniā dictā (Denmarck) reliq̄rūt, ac ſeſe romanis obuios in armis obtulerūt, de q̄rū cōflictu lib. vi. diſſerturi ſum⁹. Fuerūt aūt penit⁹ a Ro. deleti, ut Strabo uolumīe vii. oñdit. Olim eos etiā int̄ rhenū ac Albim cōſediſſe Strabo ibidē aſſerit, ac germanos fuiſſe, uerba eius ſunt. Ea uero germanorū regio, q̄ ad aq̄lonē uergit, ut diximus, ad oceanū p̄tinet. Cogniti aūt ſunt inter Germanos qui ab exitu Rheni ad Albim ꝓtendunt̄, q̄rū celeberrimi ſunt Cimbri & Sycabri. Tria notatu digna e Strabone eliciunt̄, Cimbros uidelicet ſuo tp̄e extitiſſe, q̄s prius penitus a Ro. deletos dixerat, unde ſibi ipſi cōtrariat̄. Inde Cimbros germanos eſſe, & iuxta Albim, nō in Dania (ut dicebant̄) conſediſſe.

Cimmerii unde

Cimmericus Boſporus

Cimbrorū ſedes

Locus Strabōis.

Arbor gentium a Scandia profectarum. Ca. xl.



An Sarmatæ & q̄ Sarmatarū gētes germanię aſcribant̄. Ca.xli.

SVpeſt memorię noſtræ adhuc germāia magna, quā prius Sarmatiæ portionē, germāis uicinā, noīauimus. Aeneas ſcribit mlta in Sarmatia in nomē germāicū abiiſſe, & Sarmatas Europę poplos a germāis originē referre uult. Hęc t̄ra uaſtiſſia oīum eſt, multos alios poplos ſua appellatiōe attingit ad ſeptētrionē Peucinos, ab oriēte Moſchos, occidēte Liuoniā ac Pruſſiā continet. Reges eorū a Cōſtātinopolitāis ortū hn̄t. Lector tn̄ curioſus Frāciſcū Biſiū Bergomēſem legat, qui illic aliq̄diu degēs, opuſculū q̄ddā edidit in publicū

An ſint Sarmatæ germani.

Nec Sabellicus uolumine tertio, Enea.x. Ruſſiã ꝑteriit. Hos itaq; lector curioſꝰ requirat. Scripſit & noſtro æuo Cracouienſis qdam ambas Sarmatias, quas & adamuſſim explicauit, ne igit̃ nos illius ſcripta ſurrepſiſſe exiſtimes, breuibus libuit rem ſic abſoluiſſe.

An Liuonia, Lituauia, Pruſſia, Polonia, Bohemia, & Scythia in numero germanicarum nationum ſint? Ca. xlii.

Prutẽi an germani.

PRuſſiã ueteres Sarmatiæ aſcripſerunt, hanc Cornelii tñ Taciti tempe/ſtate, in germaniã abiiſſe eius teſtimonio uidemus. Hos lingua, moribꝰ & cultu ueros germanos referre Aeneas ac Celtes ꝓbãt. Nec aliud de Liuonis iudicium erit, q̃s Leuones germanos Cornelius noĩauit, licet ultima chriſtianorũ, ac remotiſſima regio ſit. Adde ꝙ Teutonici fratres, eam ꝓuinciã ui ac armis a manu infideliũ uendicauerũt, armiſq; occupauerunt. Et dũ id coelo aptius ſit, nephas fore exiſtimaui, rei per ſe notæ aliqd claritatis cõferre. Cęterũ de Polonia ac Bohemia nobis res erit grauior, illic.n. germãica lingua deſiit, ac Sclauica barbaries obtinuit. Diximus (ubi Alanorũ mentionẽ fecimꝰ ac Sclauorũ) multis fuiſſe ꝑſuaſiſſimũ, nil niſi germanicũ tam in Bohemia ꝙ Polonia ſonuiſſe, dũ hæ Alanorũ iugo ac iure ꝓmebant̃. Poſtq̃ uero Sclauorũ irruptionibus patuere regiones illæ, una cũ barbara gẽte barbarã traxerunt linguã. Inualuit itaq; barbaries illa, q̃ & peregrino ſermone colonias utriuſq; regionis paſſim occupauit. Sunt igit̃ (ſi primũ regionis illius exordiũ uidemus) oĩbus numeris germani tã Bohemi q̃ Poloni. Cracouiã q̃q; Torrodunũ Ptolemæus dixit, ac germanis immiſcuit, q̃ tamen inter Polonię urbes ſibi deſumpſit maximũ. Adde Polonos germanis, dũ hi in nullo a nobis differre niſi lingua uideant̃. Ligurinus aũt inferre uidet̃ diuerſitatẽ illis gẽtibus, ob Oderã fluuiũ. Verba eius ſunt. Odera Germanos q ſeperat atq; Polonos, Nugat̃ & in eo dicto, non triuialiter Ligurinus, Odera.n. germanicã linguã in ripis utriſq;, locis multis percipit. Schleſi quoq; noſtro idiomate ꝑditi ſunt Danubiũ uſq;, ut Aeneas teſtat̃, licet ultra Polonica lingua inueterauerit. Celtes Viſtulã germãię terminũ conſtituit, cuiꝰ opinioĩ ſi acqeſcendũ eſt (ut æquũ eſſet) nõ auferes? quin germaniæ multã Poloniæ partẽ remittes. Nec nobis uſq; adeo pro recupanda Polonia luctatio ſubeunda eſt. Noſtro iure fecimus, atq; opus noſtrũ expleuimus, dum tñ Poloniã germanicæ origini condonauimus, nobis q̃q; ſaltẽ partem eius aſcire libuit. Cæterũ pro addenda germanię Bohemia, unius hominis Aeneæ Syluii ſufficeret auctoritas, cui placuit, ſine oĩ cunctatione in germanorum numerũ referre Bohemos, multis inductus ratĩoibus. Tum qa Bohemia non (niſi germanis) circundet̃, deinceps, quia illic nulli niſi germanice concionari conceſſum ſit. Poſtremo, dum archiepiſcopatũ eius Pragenſem inter germanię põtificatus recenſeat. Adde ꝙ Caſurgim, nos Prag, Ptolemæus li.iii.ca.x. in claſſem germanicã connumerat. Nec ferenda igitur dubitatio eſt illa Zachariæ Lilio, cui ambiguũ fuerat, an Myſis? an Germanis? Bohemos aſſereret? Cum ſemota tñ ab eis lingua, nihil ſit, quod non ſuboleat germanicũ. Accedit huc, ꝙ rex Bohemorum ſummo inter electores imperii loco functus eſt

Bohemi an germãni

Locꝰ Ligurini

Cur Bohemi germani.

dum

dũ tñ nullus in electorũ ludũ unq̃ ab imperii translationis tẽpore,niſi germa/
nus receptus ac conſecratus ſit.Multas alias cõiecturas,ob rei claritatẽ omitte
mus.Lituanis uero germano noĩ intercidendũ eſſe qdã putant, ob linguę ſũ
mam illorũ cũ germanis,Bohemis,q̃ Polonis diſcrepantiã.Potius.n. ſermone
eorũ Vngaris accedere uolũt,quis & hi multũ ipſorũ repugnauerint idioma
ti,ideo dixerunt tm̃ habitu Lituanos Vngaris pares eſſe,iaculorum uero uſu
Rhoxolanis,& nullã uel exiguã cũ germanis neceſſitatẽ uicinitatẽq́ tenere.Tũ
qa Liuoniam,ac ultertora germanię conſtat eſſe addicta,ſucceſſori noſtro(ut
a labore meo ſaltẽ aliquid remaneat)hęc interp̃tanda deſtinauim⁹.Et tandem
de illis q̊s germanico nomini conſecratos eſſe uoluimus.Scythas etiam ſepten
trionales,iuxta multorũ ſententiã a germanis ortos,nobis uẽdicare poteris,&
maxime,dum Scythas gotthorũ partẽ Trebellius Pollio aſſeruerit.

De fœcunditate Germaniæ. Ca. xliiii.

DVm tot Germaniæ populos eſſe conſtiterit,non immerito eam oĩm
terrarũ fœcundiſſimã fuiſſe claſſici ſcriptores ꝓdiderunt,ut terrã ex
qua tot Gotthorũ,Longobardorũ,Hunnorũ,Sclauorũ,Vandalorũ,
Herulorũ ac Gepidarũ millia ſunt ꝓducta. Oſtendit hoc Claudianus contra
Ruffinũ.Gens hac non Scythicas diffuſior ulla triones Incoluit Et q̊rum tur
bæ ſpaciũ uix p̃buit orbis.Idem Claudianus terra mariq́ ac pene totum orbẽ
uno tp̃e affeciſſe Gotthos ſcribit.Barnefridus,Beda,Paulus Diaconus,Rhe/
gino Pruniẽ.germaniã populos tot ꝓduxiſſe aſſeruerunt,q̊t nec Italia,Euro
pa,Aſia,nec Africa facile ſuſtinuerint.Claudianus ut uno uerbo fœcunditatẽ
germaniæ exprimeret,Danubii ripas euomuiſſe gentes,ac in Romanos effu/
diſſe arctos ſuas aiebat.Conqueſtus eſt Sidonius Apollinaris multitudinẽ ger
manorũ,ubiq́ etiã innumeras gentes dixit germanos.Nec exili numero Gala
tas æſtimauit Iuſtinus,qui lib.hiſt.xxiiii.tanta fœcunditate ac copia eos p̃ditos
fuiſſe teſtabat̃,ut uniuerſam Aſiã repleuerit.Nec habuit aliam rõnem Gottho
rum barbarorũq́ irruptio,niſi qa tanta multitudine naſcentium gens illa accre
uerat,ut his neceſſariũ fuerit,terra ſaltem fœcunditati eorũ cõſulere.Eſt id ra
tione naturali q̃ aſtrologica clarum.Albertus Magnus in libro de terræ qua
litatibus,frigus hui⁹ cauſam eſſe cap.iii.oſtendit,qd euaporizare(ut ita loquar)
non patit̃ calorem,uerum generandi uirtutẽ calore q̈dam cõglutinat,unde na/
ſcendis tot hoĩbus conducit.Rhegino uero Pruniẽ. cauſa ſyderis id fieri arbi
trabat̃,Quanto(inquit) a ſole remotior terra eſt(ut ſeptentrionalis plaga)tan
to plus generandis hoĩbus confert. Nec diſplicẽt,q̃ Ioannes Eſcẽdenſis aſtro/
logus diſt.viii.adducit.Scriptores igitur ob multitudinem gentium uaſtam di/
xerunt Germaniam.Ita enim Dionyſius græcorum doctiſſimus de his inquit.
τ̃ μὲν πρὸς βορέα τετανόσμενα φῦλα νέμονται δακῶν λ' ἄσπετος αἶα, καὶ ἀλκκέντες ἀλανοὶ
Qui ad ſeptentrionẽ v̈o ſe extendentes populi habitant,ſunt Dacorũ terra in/
numerabilis, & bellicoſi Alani.Plynius etiam ad Traianum,Germaniam (in/
quit)quam plurimæ gentes muniunt.Et Cecilius libro naturalium ſecundo,in
fine,ferme idem ſignificauit.

Germaĩę fœcundi tas ac mul titudo gẽ tiũ eius.

De qualitate germanicæ terræ. Ca. xliiii.

Qualitas Germãię.

GErmania uerſus Hercynium taxum & pinum producit, obſcuris ualli bus, ſpeciem inferni habens, ut ait Celtes. Verſus meridiem querc⁹ & fagos, & lapidoſa eſt & ſaxea. Item (ut ĩſit Cornelius Tacitus) humidi or eſt qua Gallias reſpicit. i. occidentem. Et uentoſior qua Noricos & Panno nes. i. orientem. Omni etiam conſtat inferiorem Germaniam paludibus ſupe riori fœcundiorem. Dracuntius Rhenanos omnibus Germaniæ non ſolũ par tib⁹, ſed toti orbi p̃ſtare ſcripſit, & in placidiſſia regiõe degere, licet Arabia, In dia, Aethiopia, fertiliores ſint & pulchriores, tamen illic beſtias aut cœli in clementiam adeo intolerabilia eſſe, ut gentibus illis munerib⁹ a natura datis uti non liceat. Sapiẽtiores etiam homines Auſtrales ſunt in Germania, quod Cun radus Celtes ſequenti declarat carmine.

Sapientia ac callidi tas germ.

Vicino iam ſole nouo, quo ſydere læto
Mitior hic populus germano naſcitur orbe,
Exploſa ruditate fera, quam barbarus olim
Syluicola in rigidis ſeruabat ſaltibus ortus.

Agathius ſcriptor Gotthorꝶ Francos ſapientiores cæteris eſſe uult, ait enim (ubi de Francis loquit̃) & q̃ꝗ ut reliquarum nationum nomina barbara eorum ſint, tamen honeſtiorib⁹ in ſtitutis utuntur, Hæc ille. Alii etiã Germani ſecundum regionis qualitatem cal lidi, uel ſimplices ſunt. Apud antiquos uero ſimpliciſſima gens fuit germano rum, ut Cornelius dicit in germania ſua, gẽs nec aſtuta eſt hæc nec callida, ſed deiecta & nuda omnium mens exiſtit. Idem Cornelius in libris hiſtoriarũ, mi ratur germanum nomine ciuilem, & tamen aſtutum. Ciuilis (ait) præter uel ul tra q̃ barbaris ſolitum eſt ingenio ſolers. Forſitan nobis magis honori ſimpli citas tunc fuit, ac auris bataua q̃ꝗ calliditas latinorum aut græcorum. Sicuti de Scythis teſtat̃ Anacharſis philoſophus in epiſtola ad Athenienſes. Et apud Eu ripidem Achilles aſtutum eſſe ait dulce & etiam non eſſe aſtutum, & addit.

ἐγὼ δ' ἐν ἀνδρὸσ εὐσεβεσάτου τραφεὶσ χείρωνοσ, ἔμαθον τοὺσ τρόπους ἁπλοὸς ἔχειν.

.i. Ego educat⁹ in domo ĩtegerrimi uiri Chirõis ſimplicib⁹ uti cõſueui morib⁹

De frigoribus Germaniæ & ĩpatientia caliditatis germanorũ. Ca. xlv.

Frigidi tas germ.

FRIgiditatem germanię Claudianus in Stylicone his uerbis innuit, de alpibns rhęticis loquens. Multi ſeu gorgone uiſa Obriguere gelu, multos hauſere profundæ Vaſta mole niues. Vnde & Germaniæ frigiditatis epithetum ab oĩbus abſcriptum uideo. Corneli⁹ in germania, ſolo cœloq́ꝫ germanos frigoribus aſſuetos dixit. Rheno q̃q́ꝫ & Danubio frigora a ſcripſerũt. Luca. li. ii. Rheni gelidis q̃a fugit ab undis. Herodia. li. vi. frigore rhe nũ & Danubiũ obductos dixit hyemis tp̃e, & eq̃tib⁹ patere cãpi iſtar, & adeo rigidos, ut qui hauſturi ex illis ſint, non tam urnas aut uaſa ſecum, q̃ꝗ ſecures & dolabras portare. Mantuanus ad Robertum Seuerinatem ita inquit. Verum accola Rheni Gens durata gelu, gens inſuperabile bello. Et idem ad Max. æ milianum Imp. de Germãiæ gentibus. Deſueta per alpes frigora agens. Hui⁹ rõnem hẽmus p̃iculo aſtrologico. Germania. n. q̃ tota ad ſeptẽtrionẽ poſita ẽ,

& ſub

& ſub urſis uel plauſtris frigidiſſima eſt, ut ex Ioanne Eſcendēſe liq̄do conſtat. Ecōtra impatiētes ſunt germani caliditatis, unde apud Plutarchū, Marius germanus uicit, exiſtētes in regione calida, ſcil. Italia, ipſis aſſuetis frigoribus. Cornelius in hiſtoriarum libris, Suetoniū Paulinū inducit dicentē. Germanos fluxis corporibns eſſe, mutationē ſolis & terræ non toleraturos. Et idem paulo poſt. Germani, inquit, impatientes, fluminū auidi. Idem Cornelius in libro de germania, minimeq́ꝫ ſitim æſtumq́ꝫ tolerare germanos dixit. Seneca tñ li. de ira primo, ad omnem patientiam nihil induratius germanis ſcripſit.

Impatientia æſtus germanorum.

Gentium catalogus originem a Germania habentiū. Ca. xlvi.

VEnio nūc ad dilatationē ſemis germanici, in q̄ fœcūdiſſimā terrā gignēdorū hoīm gratia germaniā ipſā agnoſcam⁹, nō ſolū numero populorū, cui⁹ mētionē iā fecim⁹, uerū & gētiū bonā. Nā tātę gētiū multitudīes a germania caput eorū ꝓtulerūt, referēte Rheginone, ut merito Germanię nomē patria noſtra acceperit. Vna tñ inſula eſt, quā uocāt Scādiā, cui⁹ in litera S. li. ultio faciem⁹ mētionē, ex illa tā innumeroſa gētiū illuuies ꝓgreſſa eſt, ut Methodius hiſtoric⁹ ꝓdit, q̄ uniuerſam Aſiā, Europā & Africā afflixerūt. ſcilicet, Vādali, Gepidę, Getæ, Gotthi, Lōgobardi, Hūni, Heruli, Rugi. Huic aſtipulat̄ Abbas Prunieñ. in chronicis ſuis, & Iornādes de rebus gotthorū li. i, & Paulus Diacon⁹. Cōcordat Hieronymus in ſupplemētis Euſebii, qui Gepidas, Vādalos, Gotthos, getas, Dacos, e Scādia egreſſos uult. Siſiter Hunnos ex eadē inſula ꝓceſſiſſe teſtat̄ Hieronymus, Methodius martyr, Rhegino Prunieñ, Michael Ricius, Iornādes, Agathius, & alii. Gotthorū uero Agathi⁹ & Otto li. iiii. meminerūt, Hierony. & alii. Lōgobardi itē ex Scādia uenerūt ut ex Methodio dixi, Otto cōcordat, ſimiliter & Ligurin⁹ li. ii. Hāc olim bello (quā Scādia miſerat) hoſtis. Vide Iordanē in prīo. Frāci q̄ꝫ dicti Frācigenę. a Frācis germanicis deducti ſunt, ut ꝓbabo li. viii. Blondi, Vopiſci, Sabellici, Peutigeri, Ammonii, Roberti, Aeneæ Syluii, & plurimorū autoritatibus. Hunibaldus etiā in principio ſuę hiſtorię idē dicit, Frācos & cæteros Gallos pene oēs, e germania ueniſſe, cui ſubſcribit Ammian⁹, ubi de gallorū origīe loquit̄. Alii ex intimis inſulis extractis rhenanis, crebritate bellorū, & allutiōe feruidi maris, e ſedib⁹ ſuis, fuſis gallis, uēerūt. Hęc Marcellin⁹ li. xv. Hiſpaniā a Germanis incœptam Euſebius ſcribit. Poſtq̄ em̄ Hiſpania ſex reges aluit, poſt Theodomirū gotthi & Vādali ipſam ceperūt. Anglos Sueuos dixerūt Methodi⁹ & Beda, ergo germanos, et ab eis originē retulerūt noſtri ſeculi Angliā inhabitātes. Gallorū plurimi a germanis originē hn̄t, primo Belgę, dein volgę ac Tectoſages, q (ut Cęſar ſcribit) iuxta Hercyniū ſederūt, pulſi in galliā uenerunt. Hi, ut Liuius ait li. viii. Dec. iiii. in Aſiā uenerūt, & ciuitatis Tectoſagi meminit. Strabo ibidē eorū in Phalāgia, Cappadocia & Phrygia māſionē fuiſſe ſcribit. Germani igit̄ q̄t gētiū origies? Tētheri q̄ꝫ & Vſipetes, pulſi erāt a Sueuis, & in galliam uenerūt. Itē Sueui Senones, de qb⁹ Tacitus, Gotfridus, Ptolemęus Strabo, & Plynius, in galliā ſederūt, & gallogręciā occupauerūt. ecce qd Auguſtus? q quadraginta millia captiuorū e germania eduxit, ut Methodi⁹ martyr

Germinatio Germaniæ

Populi a germãis orti,

ait.Eutropius li.vii.cccc.millia e germanis deduxiſſe,& ſupra Rhenũ collocaſ
ſe aſſerit.Multi ſcriptores in galliã traduxiſſe referũt Auguſtũ captiuos Sue/
uos,& Sycãbros,q̊d liquet ex Strabone li.vii. Floro,Suetonio,Horatio li. iii.
carminũ oda v. & li.iiii. oda ii. Aurelius etiã Sextus Auguſtũ Rhętos, Vinde
licos,Cattos,Dalmatas uiciſſe, & Sueuos cũ illis ac Cattos & Sycãbros in gal
liã traduxiſſe refert. Venio ad alias regiões.Germãi duce Belloueſo rege gal
Vrbes a Germãis conditæ. lorũ,& Clitoueo rege ꝓprio, Veronã & Brixiã cœperũt,aliquas ciuitates cõ
diderunt,ut Liuius ſcribit.Item Burgundiones a germanis ortos ſcribit Blon
dus Forliuieſis.Raphael Volateranus ſcribit a germanis Brixiã & Veronam
conditas,Liuii & Polybii authoritatibus,alii tamen a Cenomannis,medium
uero Mantuanus in laude Brixiæ obſeruat.

Gallia te genuit,ſeu te germania mater,
Nam genus abſcondit tenebris adoperta uetuſtas.
Tu Cenomannorum quondam regina fuiſti.

De nomine Germania. Ca. xlvii

Germani unde. GRauiſſimo crimine obnoxiũ meipſum internoſcerem,ſi ſitum Ger
maniæ perficerẽ,noĩs Germani uero rationẽ p̃terirẽ,q̊d unũ ſi tolle
rem,oĩa ſublata apparerent.Germaniã quidã a fœcunditate gignen
dorum populorũ dixerunt.Quibus concordant Ioannes Teutonicus diſtinc.
xxxiiii,& Iacobus Vuimpheling⁹. Prælatæ opinioni etiã ſubſcribit gloſſa illa
Clement. Germania quaſi ferens uel gerens immania gloſſat parag. ii. Mul/
ta Abbas Rhegino Prunieñ.qui ob populoſitatẽ ſic dictã uult.Similiter Paul⁹
diaconus li.i.de rebus gotthorũ.Alii q̊rũ fides maior,Germaniæ uocabulum
recens uolunt,& tunc additũ illis,q̊s primũ Rhenũ tranſgreſſos,Gallos repel
lentes,tunc Tungros nunc germanos uocatos,ita nationis nomen,non gentis
eualuiſſe,paulatim ut omnes primũ a uictore ob metũ,mox & a ſe ipſis inuẽ
to noĩe Germani uocarent.Hæc Tacitus ait,& eũ ſecutus eſt Sabellicus lib.ii.
Enei. vi.lib. Alii Germanos dictos quaſi fratres,& græce τοὺς ἀδελφοὺς dici,eo
ꝙ fraternã charitatẽ ſibi ipſis referant. Cui opinioni Celtes noſter aſſerit.

Germanos uocitant Itali,Graii ſed ἀδελφοὺς.
Locus Celtis. Quod fratrum ſoleãt inter ſe uiuere more. Hũc uerſiculũ apud Celtẽ legi,cu
ius eſſe nego,primo,quia primam dictionis Itali corripuit,deinceps,quia Ger
manos dictionẽ latinã,græce ἀδελφοὺς dici aſſerit.Ego qdẽ Ptolemæo,Strabo
ne,Dionyſio,ut plurimorꝝ authoritate,Germanos etiã a gręcis dici τοὺς γερμανοὺς
uideo.Euſtathius q̊qꝫ cõmentator Dionyſii.Arrianus,Athenęus,Herodian⁹
Dion,& alii,eadẽ appellatiõe eã noĩant,Germãia & ab Hebręis אשכנז
Aſcenas dicit̃,& germani אשכנזים Aſcenaſim.ab Aſcenate,de q̊ men
tio in principio bibliæ habet̃.Ioſephus tñ licet hebræo q̃ gręco ſtylo hiſtorias
ſuas cõpoſuerit,ſemꝑ tñ noſtros germanos nuncupauit. Cæterũ ob Eraſmũ
noſtrũ,tum ad ꝓpoſitũ meũ roborandum,carmen in mediũ proferam,quod
γέραρδος ὁ λίστριος homo profecto non minus græcus,hebræus,q̃ latinus,iuxta
& germanus,de Eraſmo ita ſcripſit.

ταῦτα δ' ἀρηιφίλων γερμανῶν κόσμος ἔρασμος
οἶος, λειμώνων δρέψατο ἐκ δαναῶν Quod e carmine ad carmen latine ita facio
Illa quidem Germanorum decus unus Eraſmus
Belligerum, pratis tranſtulit ex Danais. Ex quo & Germaniam græce dici uolui, & ne ultrà limites tranſiliam, Strabo nomine deluſus libro vii. ipſos Germanos fratres legens, uno uerbo omnia contaminauit, Gallorum fratres dicendo, Germanos, cuius capite ſequenti mentionem faciam. Cæterum nunc contra Strabonem orationem collaturus ſum.

An Germani ſint fratres Gallorum contra Strabonem Ca. XLVIII

VErba Strabonis lib. vii. illa ſunt. Germani trans Rhenũ ad ortũ Gallos pauliſper imitantes, abundantia feritatis, ꝓceritate corporum, & colore flauo, in reliquis forma, moribus, uiuendi ritibus, Gallis pares exiſtunt, ut Galli ſunt, unde Romani illud nomen iure eis indulſerunt, quaſi fratres. Hæc Strabo, quẽ ſecutus eſt Perottus ſupra Martialẽ in Cornucopiis. Erudite ſatis dixiſſet, niſi ad Gallos id retuliſſent, qui nec unq̃ fratres fuerunt cũ Germanis. Alludit Phil. Beroaldus, Gallũ germanicus odit, nec penes antiqs gratia ſimilitudinis apud hos cõſtabat, parua ꝑfecto ſimilitudo, formæ minor, morũ minima ambobus fuit. Nam ad rei oſtentationẽ, quã nũc paro, ſola differentia Cæſaris lib. vi. & Marliani ſufficeret, in Gallorũ ſingulis domibus factiones ſunt, q̃rum principes qui authoritatẽ habent, oĩa conſilia ornant, his plebs paret. Germani uero, ut Tacitus ait, per ſe ipſos regunt, ut li. ii. patebit. Fuerũt Galli religioſiſſimi, Germani ſacrificiis abſtinuerũt, illi abſunt bello, hi ꝟo germanorꝫ primi ſũt, Cęſare, Tacito autoribꝰ, ut Gallorũ animꝰ ad ſuſcipienda bella alacer & prõptus eſt, ita mollis & minime reſiſtẽs, ad calamitates ꝑferendas mens eorũ eſt, ait Cæſar lib. i. belli gallici. Florus q̃q; Gallos in initio pugnæ, pluſq̃ uiros, in fine pluſq̃ fœminas dixit, quod & Silius Italicus libro quarto ſciuit, ubi de Gallis ita loquitur.

Differentia Gallorũ & germanorũ

Galli effeminati.

Primumq; laborem.
Qui ſolitꝰ genti eſt, caſſum uidet arma ſuorum
At primum in pugnas equitem uocat, undiq; nudis
Aſſiliũt frenis infrenatiq; manipli. Gallorũ q̃q; fluxiſſimi ingenii natura eſt, ut Cæſar ait ſcribẽs li. iiii. in capiendis conſiliis ipſos mobiles, nouiſq; rebus plærunq; ſtudentes, incertis q̃q; ſermonibus ſerentes, q̃d & idem Silius italicus libro octauo ita declarat.
Quin etiam ingenio fluxi, ſed prima feroces
Vaniloquum Celta geris ac mirabile Multas gallorum mores Iuſtinus lib. xxiiii. Liuius. Diodorus uolumine vi. libri qui βιβλιοθήκη inſcribitur adducunt, contrarios mores germanorum ſequentibus inpingemus libris, & noſtro tempore in quo cõueniãt ambo rogo? Imbelles Galli dicunt a Cor. Ta. li. xiii. contra & Germani lib. iii. patebit bellaciſſimi.

De aliis Germaniæ nominibus. Ca. xlix.

S Vnt & alia Germanorũ nomina, noĩatur eñ & Alemania ſecundum

Alemãia.

aliq̃s a lacu Lemanno, ut FL. Vopiſcus,Boccatius in lib. de lacubus. Marlia
nus,Sulpicius,Sabellicus Enei.vi.li.ii.ſcribunt,& Iacobus Vuimphelingus,ſi
militer Ligurinus illo carmine.

Qua ſibi uicinas Alemania ſuſcipit alpes
Lemān⁹ lacus. Nomen ab alpino ducens ut fama Lemanno. Gotfridus Rhenum putat
Rhenus ab antiquis deſcribitur eſſe Lemannus. Eſt aũt lacus ille galliæ iuxta
montē Iurā,& in Rhodanũ fluit,ut Cæſar li.i.ait,& fines Sequanorũ ab Helue
tiis diu idit,millia paſſuũ,decē & nouē in altitudinē pedũ xvi.foſſamq; ꝑducit.
Lucanus. Deſeruere cauo tentoria fixa Lemanno. Apollinaris,Trux Ale
mannus,atq; caui q̃ndam dictos de noīe campos. Boccatius tranſalpinum
lacũ eſſe dixit.Marlianus & neoterici lacum eſſe Luxanē ſecundũ alios Lu
ſanem,iuxta Rhodanũ ſecundũ alios Luſanenſem uel Lauſanienſem, tanta
noīum uarietas (Genferſee) Albertus Magnus,Anshelmus de imagine mũ
di,cum Lau. Valla & Gotfridus Viterbieñ. Nantuanſiũ lacũ eſſe uolũt, ut
Nauclerus,quibus & ego adcedo.Marlianus lacum eſſe iuxta Caturiges, &
Gebennā dixit,unde puto alios a lacu Gebennæ uoluiſſe dictos alemãnos,q̃
ibi incipiant,ut Otho. & forſitan coniectura ductus eſt,quia Boccacius & alii
Gebennā idem dixerunt cũ Lemanno,vt in libro de lacubus.In alio tñ libro
Gebennā montē dicere uidet̃ iuxta Auernos.Plynius & Solinus Gebennam
dixerũt Galliæ lacũ uel finē.Alemania quaſi aula magna dicit̃,ut ait Iaſon. Alii
almani.i. animoſi dicunt.Probatiſſimi uero ab Manno,cuius meminit Perot
tus ſupra Martialē in primo,uel ab Alemanno rege (ut lib.ii.ca.primo) expli
cabimus.Gualfridus quaſi ab alto loco Alemaniā dictā ait,Thalmudiſtæ au
tē interꝑtant̃ ab aloe ſcythico uocabulo,& alue q̃d alueũ ſonat, q̃d & Anni⁹
Viterbieñ.li. v. cōmentariorũ ꝓbat. Sunt ſcriptores qui tm̃ Sueuiā Alema
niam dixerunt,cuius rei Argentinenſiũ ꝓbata chronica,non multũ hactenus
uiſa,teſtant̃,in qua non in uno loco alemannos (cæteris excluſis gentibus)tm̃
Sueuos dictos reperi. Antoninus q̃q; concordat parte prima titulo primo,
tract. iii. para. ii. Bebelius q̃q; id Gualfridi & Hieronymi authoritatibus aſſe
rit,oñderem hęc mille authoritatibus ut Anshelmi in lib. de imagine mundi,
Naucleri,Alberti in lib. de lōgitudine & latitudine terræ,diſt. iii. ca.ii. Gual
fridi abbatis ad S.Gallum,uerba ſunt, Cum duo ſunt uocabula Sueuia & Ale
mania unam gentem ſignificantia.Poterim & id retegere Gotfridi Rhegino
nis,& aliorũ authoritatibus,Paulus Diaconus,Alemannos & Bauaros & ali
os germanos cōiunxit,ex q̃ tm̃ Sueuos fuiſſe poſſumus intelligere.Eſt & teu
Teutōia. toniæ nomen Germania ſibi aucupata a Tuiſcone deo,ut ait Peutinger,de q̃
re ampliſſime dicemus lib. ii. cap.i. olim Teutones populi germaniæ tm̃ dice
bantur , qui loca circa mare oceanũ incolebant,nō longe a Codano. Hi a ſue
uis pulſi ſeſe ad Cimbros & Tigurinos contulerunt,ait Pomp. Mela lib.iii.&
Loc⁹ Sulpicii. Zacharias Lilius. Sulpicius iuxta Lucanũ Gallię populos teutonas aſſerit,q̃d
falſum eſſe quis non æſtimat? Marlianus trans danubianos populos dixit,cō
cordat Plynius qui lib.iiii.natu.hiſto.ca.xiiii. genera germaniæ nationis enu-

numerans

merans,vnū genus Ingæuones dictos uoluit,q̄rū populos Cimbros & Teuta nas,ꝑnarrator Ptolemęi hos olim longe ultra Rhenū poſuit.Concordat Strabo. Iam uero oēs germani uno noīe Teutanes dicti ſunt.Hieronymus diſtinc. xii.epiſt. xxxi.ad Gerontiā cōſentit. Teutanas ex ultimis finibus Oceani, & Germaniæ ꝓfectos Romā dixit,ex q̄ eos habemus olim iuxta Daniam(nunc Denmarck) habitaſſe.Interꝑtat̃ aūt Teutonia a Teu q̄d laudē ſignificat,Teudas laudatorē, Taan & tanā pallentē,ut ꝓbat Hieronym⁹.Cui Thalmudiſtæ ſubſcribūt, & Annius Viterb.ſupra Beroſum,græce τεύτονες nuncupantur.

De quibuſdam attributis & menſibus a Germanis dictis. Ca. L.

SVnt quædā noīa a Germanis deriuata,ut Germanicianus,q dicit̃ Romanus,uł alius natione alia natus,tn̄ in Germania degens.Suetonius in Veſpa. Qui Ottonē aut Germaniciano qui Vitelliū feciſſet.Sic etiā a Capitolino Illyriciani,& apud Aeliū Spartianū,Vrbanitiani dicunt̃,degentes in Illyrico aut urbe.Illyriciani exercitus Pōp. Let⁹ meminit,Trebellius Pollio in Mario Septimo.Sic q̄cꝫ Illyriciāos exercit⁹ regē q̄cꝫ in cōſpectu Galieni &c. & idē in Claudio,Claudiū Illyricianæ gētis uirū tribunū Marcię Quintę legioni fortiſſimę dedimus. FL. Vopiſcus in Aureliano oēs exercitus,Thraces, oēſcꝫ Illyricianos,totūcꝫ limitē in ꝑtātem tuā cōſtituo.Idem ibidem Galicanū exercitum in Galliis cōmorantem appellauit.Germanicus aūt mēſis,Septēber appellatus eſt,quē ita Domitianus uocauit,q̄a ipſe germanicus dictus eſt,& in eo mēſe impiū ſuſcepit,ut aiūt Euſebius & Eutropius,& multi ſcriptores.Plutarchus in Numa Pompilio,poſtquā de aliis mēſibus diſſeruit,ſeptēbrem ab aliis impatoribus dictū ait.Alludit ad Domitianū ſic & Martialis,q ſeptēbrē Domicianos Autumnos dixit.Idē calēdas germanas ſeptēbres uocat. Macrobius ſatur.i.Septēber mēſis,inq̄t,principalē ſui noīs retinet appellationē, quē germanicū dixerat.&c.Statius lib.iiii.Syluarum.

Germaniꝯ cianus. Germaniꝯ c⁹ mēſis.

Læta bis arctois accendit purpura faſtis
Cæſaris inſignem aperit germanicus annum,
Clarius ipſe nitens,nam omnis honorem
Annus habet,cupiuntcꝫ decem tua nomina menſes.

Nec tm̄ nobiliſſimę terræ illi ſeptentrionali Germaniæ nomen impoſitū eſt.Sunt & alia loca appellatione germaniæ dicta.Eſt em̄ & Hiſpaniæ locus germania nuncupatus, cuius accolæ Oretani ſiue germani dicebant̃,authore Plynio natu.hiſto.li. iii. ca.iii.Aiunt & Indiæ locū ſic dictū.Quædā etiā Perſarū gn̄a germanica dicta ſunt.Oſtendit hoc Herodotus author grǫcus li.vii.Perſæ,inq̄t,alii Panchelei alii Deruſei,alii germani.Qui aūt hi fuerint Xenophon grǫcus exacte ꝓſeq̄t̃ & tandē de illo.Eſt & aīal q̄ddā germanic⁹ dict⁹ ,c⁹ meminit Plutarc. inq̄ens. καὶ πρὸς ἄλογα ζῶα καὶ τὰς γαλᾶς καὶ κανθαρίδας ἔνιοι μισοῦσι, καὶ φρύνους, καὶ ὄφεις. γερμανικὸς τῶν ἀλεκτρυόνων οὔτε φωνὴν, οὔτε ὄψιν, ὑπέμεινε .i.Irratiōalia aīalia ut feles oderunt Cantharides,& rubetas & ſerpentes,nec germanicus galli uocem q̄ꝫ faciem poteſt ſuſtinere.Loquitur autem de animalibus Gallis & Germanicis, & non de nationibus.

Germāia in Hiſpania. Germaniꝯ c⁹ anīal.

De aere Germaniæ, & ꝙ germani diuturniores cæteris ſint, & partus mulierum eſſe grauiores apud noſtros. Ca. LI.

Aer germanicus

AEr Germaniæ ſaluberrimus eſſe a Dracontio perhibetur. Eſt enim cæteris regionibus craſſior, maxime in alpinis locis, & quo oriẽtem ſpectat, ſeu ſeptẽtrionem. Ariſtoteles in locis ſeptentrionalibus maiorem frigiditatem q̃ in orientalibus reperiri, in problematibus aſſerit. Vnde fieri, ut in calidis locis ſerpentes, ſcorpiones, ac uirulenta animalia naſcãtur, Secus in locis frigidis, ubi temperatum aerem craſſari. Vnde fit, ut illic craſſior aer eſt, qui multum ingeniis optimis cõfert, dicente Iuuenale ſatyra decima ſecundum Heracliti ac Democriti ſententiam. Cuius prudentia monſtrat
Summos poſſe uiros, & magna exempla daturos,
Veruecum in patria, craſſoqꝫ ſub aere naſci. Albertus Magnus in lib. de natura loci cap. iii. Gotthos, Germanos & Getas, ob id uiuaciores oſtendit. Nati, inquit, in ſeptimo climate, propter cõplexionale frigus, corpora habent humida, quia locus eorũ frigidior eſt, & frigus eſt cõſtringens, & uapor in loco digeſtiõis euaporare nõ ualẽs, reflectitˀ ad ſtomachũ, & ita fit, ut corpa eorꝝ ſint ſpiſſa, et uẽtres eorꝝ calidi, & bona ĩ eis digeſtio, et corpa ſolita, ſtricta qꝫ mẽbra partꝰ mulierũ, ob id qꝫ maiori dolore pariũt, Hęc Albertus. Et tandẽ de primo uolumine, q̊d tm̃ germanię qualitatibꝰ ac populis cõſecratũ fuerat.

Germani longæui

CAPITA SECVNDI LIBRI

Primũ de antiquitate germanorum.
II. de antiqtate eorũdẽ poſt bellũ troię
III. de habitu & nouitate germaniæ.
IIII. de cultu diuino ueterũ germanorũ
V. de auſpiciis, ſortibus & uaticinio.
VI. de ſacrificiis germanorum
VII. de iuramẽto ger. & qd epiſcythiſę.
VIII. quõ germani beſtiis diis litauerint.
IX. de priſcorũ uſu in ſacrificiis.
X. de germanorũ chriſtianitate.
XI. ꝙ Germani dicanť chriſtianiſſimi.
XII. q̃ tp̃e Germani chriſtianæ religiõis ſacramentum aſſumpſerint.
XIII. de humanitate & xenia german.
XIIII. de latrocinio uet. germanorum.
XV. de amicicia germanorum
XVI. de fide germanorũ ueterum
XVII. de uictu germanorum.
XVIII. ꝙ ebrietas nõ tm̃ germ. aſcribitˀ.
XIX. mos comedentiũ uet. germanorũ
XX. de uaſis fictilibus ueterũ germ.
XXI. de iure & pœnarũ afflictiõe ger.
XXII. de uenatione ueterũ germ.
XXIII. de ſtudio natandi uet. ger.
xxiiii. de aliis exercitiis uet. germanorꝝ
xxv. de nomiſmate uet. germanorũ
xxvi. de agricultura uet. germanorũ.
xxvii. de aleę ludo ueterũ germanorꝝ
xxviii. de matrimonio uet. germanorꝝ
xxix. de caſtitate ueterũ germanorũ
xxx. unde lingua germanica uenerit.
xxxi. de ꝑfectione linguæ germanicæ
xxxii. de nõibus germanicis propriis.
xxxiii. an germani fuerint barbari.
xxxiiii. germanos barbaros nõ eſſe.
xxxv. de antiqs illuſtribꝰ germanis.
xxxvi. defenſio autoris ĩ ꝑconia ger.
xxxvii. cõpatione inter D. Eraſmũ ac Ioannem Capnionẽ germanos
xxxviii. de ꝓſtãtia Eraſmi, & eiꝰ opibꝰ
xxxix. de eruditiõe Capniõis, et eiuſdẽ fortuna, & aduerſariis.
xl. de Card. Gurcẽſi, Bilibaldo Pirkaimero, ac Beato Rhenano.
xli. de Geor. Simler. Erhard. Liſtrio. Nicol. Gerbellio. ac Phil. Melanc.

Ca.xlii.De Theologis germanorũ. Ca.xliii.de politioribus literis.
Ca. xliiii. De poetis ac hiſtoricis Ger. Ca.xlv.Germanos int̃ græcos ꝯſatos.
Ca.xlvi. De literatura Germanorũ. Ca.xlvii.De arte impreſſoria.
Ca. xlviii. De inuentione philoſophiæ a Germanis.
Ca. xlix. De quibuſdã ſtructuris, & ueſtigiis Germanorum ueterum
Ca. L. De curru,plauſtris,& uectione ueterum Germanorum.
Ca. li. De ueſtibus germanorum.
Ca. lii.De uſura & diuitiis ueterum germanorum.
Ca. liii.De donorũ cupiditate ueterum germanorum & philochrematia.
Ca. liiii. De ætatis dimenſione,funeribus,ac nominum impoſitionibus.
Ca. lv. De colore,crinibus,oculis,tonſura ueterum germanorum.
Ca. lvi. de aliis membris germanorum,herba crinium glaſca,& ſpumis ac ſaponibus ueterum germanorum.
Ca. lvii. ac ultimum.De aliis ornatibus germanorum.

LIBER SECVNDVS EXEGESEOS Germaniæ.

Ακροφολισμόσ Ad Lectorem.

Libro primo,Candide Lector,paucis Germaniæ ſitũ metitus ſum,latiſſimam quoq; rem anguſtis finibus terminaui,uec ſuis q̃dem pellibus texi,tam parua,ut cum Plynio loquar,latiſſimæ Germaniæ ratio conſtat.Eo em̃ Germanorũ res redacta eſt,q̃ nulla totius orbis ciuitas,urbs, ꝓuincia,impiũ,adeo remotũ fuerit,ut non certũ minus q̃ certiſſimũ patriæ noſtræ cœperit experimentũ.Et ut ad rem redeã,queadmodũ primo uolumine Germaniam aggreſſus ſum,ita nunc Germanos in mediũ proferã,& primo laudi Germanorum uicẽ relaturus ſum, Germanorũ ingenia adiunctis moribus eorũ,& quę antiquitus de illis conſecrata ſunt pro captu indicabo.

De antiquitate germanorum Principũ & Germaniæ, & q̃ Germani indigenæ ſint. Ca. I.

Germani indigenę apud antiq̃s credebãt,q̃d Cũradus Celt. illo carmĩe indicauit,ſecut⁹ Sypõtinũ Martialis enarratorẽ.

Gens inuicta manet toto notiſſima mundo
Indigena,haud alia ducens primordia gente
Sed cœlo ꝓducta ſuo.

Germani indigenę

C.Tacitus hmõi rõnẽ huius affert, ipſos indigenas ęſtimãs,cũ nec terra oli,uerũ claſſib⁹ aduehebãt hoĩes,nouas ſedes quęrẽtes.Quis uero p̃ter piculũ? Aſia,Africa,aut Europa relicta? terrã informẽ,cœlo aſperã quæreret? Alii tñ rõnem huius negãt,& optime. Verũ ut originẽ germanorũ ꝓferã. Aegyptii primos hoĩes apud ipſos fuiſſe dicũt, ꝓpter ſoli fœlicitatẽ,tẽperiẽ cœli,tũ ꝓpter Nilũ,Diodoro authore. Herodotus Phryges. Alii æthiopes,ut Iuſtinus li.ii. Scythas. Verũ poſthabitis illis deliramentis ex authoribus p̃ſtantioribus ueritatẽ integrã indagabo. Diluuio facto hoĩm g̃natio tota (Noa iunctis filiis & uxore exceptis) defecerat. Chaldæi igit̃ a Noa oriunt̃, & poſt diluuiũ incipientes,oĩbus natiõibus originem ex Noa ꝑſuadẽt.Beroſus ergo Chaldæorũ maximus,q̃ & a Ioſepho adeo ce

lebratus eſt, li.ii.ſcribit,Noã poſt diluuiũ cũ Araxa uxore genuiſſe Tuiſconẽ
Origo germanorum.
germanorũ patrẽ & Sarmatũ,inde ut idẽ li.iiii. ait,ab anno diluuii C.xxxi. Ba
bylonia a Saturno eſt incepta,& Tuiſcon in Europã miſſus eſt.Hic uero Tui
ſcon,ut idẽ Beroſus li.iiii.ait, anno xxv. Saturni,Sarmatas fundauit,& tpe Ni
ni anno iiii.regni Saturni,Tuiſcon Sarmatas legibus apud Rhenũ formabat,
Hæc Beroſus.Ex q̃ intelligo Germanos olim Sarmatas dictos (quia Sarmatas
apud Rhenũ) & nup doctiſſimus unus mihi q̃rẽti,Sic reſpõdebat. Tuiſconẽ
ad Rhenũ cõſediſſe apud Coloniã,e Rheno ubi ad hũc diẽ ueſtigiũ manet,
Thutz.Nulla ergo totius Europę regio germania antiq̃or,nõ Gręci,nõ Aſia
ni,nec latini,ut etiã Gregorius Gẽmingẽ. in epſ'a ad Ia. Vuimphelingũ teſtat̃
Cor.Tacitus Tuiſconis meminit,& terra editũ ſcripſit. Huius inde filius Mã
nus,de q̃ Perottus ſupra Martialẽ in prĩo,Sabellicus in loco p̃dicto, Corneli
us in Germania,Beroſus li.ii.& hic primo anno Semiramis,ut Beroſ. li.iiii. ait.
Reges germanorum.
apud Germanos & Sarmatas regnauit.Multa Peutiger. Poſt hunc Ingęuon,
a q̃ Ingęuones dicti ſunt Germani,ut ait Cornel.Beroſ.hũc in numero uiuorꝝ
tpe quinti regis Babyloniorũ Zami fuiſſe ſcribit,de illo Sabellicus ubi ſupra.
Poſt hũc Hermion,a q̃ Hermiones dicti,Sabellico,Cornelio,autoribus. Hũc
Beroſus tpe Aralii Aſſyriorũ regis fuiſſe ſcripſit.Poſt hũc Marſus,q tpe Ba
læi regis fuit.Poſt hũc Gãbriuius regnauit,tpe Belachi.Inde Sueuus a q̃ Sueui
(licet Cornelius Suetii dicat) dicti tpe Balei regis Aſſyriorũ.Poſt hũc Vãda
lus,a q̃ Vãdali,q tpe Altadis regnauit.Dein Teutanes tpe Maniti,authorib9
p̃dictis.Anno inde xii.Mamalci regnauit apud Tuiſcones Hercules Alemãn9
q ,p deo habitus eſt apud germanos,de q̃bus lib.eodẽ ca.iiii.plura ſcribemus.
Et ubi Beroſus finẽ ĩpoſuit,tpe Troię paulo añ bellũ,tũc eñ Alemãnus Tui
ſconibus impauit.Beroſus li.i.quatuor Europę inceptores noĩat. Celtiberum
apud Celtas,Zitũ apud Italos,Tuiſconẽ apud Rhenũ,Sarmatiã & Pontũ,de
illo multa Annius Viterb.Beroſi cõmẽtator. Germaniã tpe Sueui regis etiã
ab Oſiride ĩhabitatã ſcribit Peutiger.Sũt & alii fide digniſſimi,q̃bus ego mul
tũ aſſero,q aliã originẽ & antiq̃tatẽ germanię ,p bãt.Annales eñ Argẽtineñſiũ
Treueris origo.
Treuerorũ,nemetẽſiũ,& quaſi oẽs noſtrę tẽpeſtatis οἱ χρονογράφοι a ceſſatiõe
Noę diluuii,miſſos tradũt filios Noę in Indiam ac alias regiões,nõ lõgo poſt
Cham genuiſſe Thus dicunt,Thus Nẽroth,qui turrim Babylonię ædificare
cępit,hic genuit Aſſur,a q̃ Aſſyria dicta eſt,& Ninũ Semiramis uirũ, ex q̃b9
dicũt Trebetã genitũ,& hãc fulminato Nino Semiramim regnaſſe tradũt,&
filii Trebetæ amore captã,hũc uero monitu ſomni effugiſſe ad Arduennam,
atq; ad Moſam ueniſſe,cõſpicatis ceruis Treuerim eo noĩe dictã ἀπὸ τ̃ τράγου
.i a ceruo.Anno M. C. poſt inundationẽ.Alii tñ a ſuo noĩe dixiſſe dicũt Tre
uerim.Inde Trebotes,Mogũtinos,Vãgiões cõdidit,ut ſcribit Greſmũd9.Pla
nũ eſt igit̃ Germaniã,Italia,Græcia,& tota Europa antiquiorẽ.Alii Aſcenam,
alii Iaphet,ut Ioſephus,in Europã ueniſſe ferũt,quibus aſtipulat̃ Otto Friſin.q
li.i. ca.viii.muros Treueris Babylonico more extructos aſſerit. Prim9 aũt ger
manię rex Gãbriuius erat,q interp̃tat̃ primus coronat9,ut ait Anni. Viterb.

De antiquitate Germaniæ & eorum regum poſt bellum Troianum. Ca. II.

TEmpore uero ante bellũ Troianũ Palatuus apud Celtiberos regnãs Sarmatas & germanos uicit,& in deditionẽ accepit,ut ſcribit Manetho hiſtoriographus,tpe illius Troiã inceptã ferunt. Tẽpore Pici & penultimo anno Ranilis Nannes impauit. Poſt hũc Rhemus regnauit penes germanos,a q̃ Rhemi dicti ſunt Galli. Poſt hunc Frãcus filius Hectoris,anno ſeptimo Laertis,& poſt euerſionẽ Troiæ,unde ab illo Franci dicti ſunt, oriẽtales & occidentales,ut ait Aeneas Syluius. Quis Rictius li.i. de regibus Franciæ,nec apud Homerũ nec Euripidẽ Hectoris filiũ Frãcũ legiſſe dicat,tñ Manetho hiſtoriographus hunc adducit. Tempore aũt Troiæ Germani cogniti ſunt. Murrho e Gallinaceo hauſtũ ſumpſiſſe ſe exiſtimat,dum Troianorũ tẽporibus germanos ſcripſit cognitos,ut de Cimmeriis ꝓdidit. Sed ut altius reuocem rem. Franci in bello troiano fuerunt,& dicti tunc Troiani. Anthenorẽ inde ducem habuerunt,ut Hunibaldus in primis ſex libris teſtat̃,& poſt ipm Abbas Spanheimẽ. Cimbri fuere dicti,ut in dictione Cimbri habem9,q hos in bello troiano dicit fuiſſe. Cimmeriorũ ſæpe apud Homerũ & alios mentionem fieri,ſufficiat ſola Strabonis authoritas,Homerũ ſcribentẽ lib.i. eos nouiſſe,qa tpe ſuo curſitauerint uſq; ad Boſphorũ,& Ioniã,Homeri uerba ſunt.

Reges germãiæ.

Ἡ δ᾽ ἐς πείραθ᾽ ἵκανε βαθυῤῥόου ὠκεανοῖο,
ἔνθα δὲ κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε
ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ᾽ αὐτοὺς
ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν
οὔθ᾽ ὁπότ᾽ ἂν στείχῃσι, πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
ἀλλ᾽ ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Cimerii qñ cogniti.

Quæ uerba Val. Flaccus pene hiſce uerbis tranſtulit lib.iii. Argonaut.

Cimmerium domus eſt ſuperis incognita tellus,
Ceruleo tenebroſa ſinu, quo flammea nunquam
Sol iuga ſydereas nec mittit Iuppiter auras,
Stant citæ frondes,immotaq; ſylua,tonanti
Horret uerna iugo,ſpecus umbrarumq; meatus
Subter & oceani per longa ſilentia noctes.

Poſt Homerum Cimbrorum Poſſidonius,Ephorus,Clitarchus meminerũt,ex q̊ eorũ uetuſtatem cognoſcimus. Nouit & Homerus Myſos ut iliados li.xiii. cuius uerba in dictiõe Myſii allegaui. Idem iliad. x. ita inquit.

Πρὸς θύμβρης δ᾽ ἔλαχον λύκιοι, μυσοί τ᾽ ἀγέρωχοι,
καὶ φρύγες ἱππόδαμοι. .i.

Tymbram ſortiti Lycii,Myſiiq; ſuperbi,
Atq; equites Phrygii.

Placuit & Strabonis uerba aſſignare q̃ gręca ſunt,

καὶ τὸν κιμμερικὸν βόσπορον οἶδε, τοὺς κιμμερίους εἰδὼς, οὐ δήπου ὁ μὲν ὄνομα τῶν κιμμερίων εἰδὼς. αὐτοὺς δὲ ἀγνοῶν, οἳ κατ᾽ αὐτὸν ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ, μέχρις ἰωνίας ἐπέδραμον, τὴν γῆν ἐκ βοσπόρου πᾶσαν αἰνίττεται, τοῦν καὶ τὸ κλῖμα τῆς χώρας αὐτῶν ζοφῶδες, ὃν καὶ ὥς φησιν. ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι, οὐδέ ποτ᾽ αὐτοὺς ἠέλιος φαέθων ἐπιλάμπει, ἀλλ᾽ ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται.

Quę uerba Guarinus Veronẽ. ita tranſtulit. Et idẽ Boſphorũ Cimmericum

agnouit,cum & Cimmerios ſciuerit,non uticꝫ nomen Cimmeriorū cognitū habens,ipſos ignorauit, ꝗ eius ætate,uel paulo ante illum,totā e Boſphoro ad Ioniā uſcꝫ terrā diſcurſarūt.Eorū igiť agros,clima inſinuās attigit,quæ tenebroſa ſciuit,ſic Homerus eorum meminit,aere ac nebula eos coopertos oſtendēs

Illis ſol nunquam phaeton ſua lumina ſpargit
Pernicioſa ſuper nox ſemper tenditur iſtis. Hæc ille.

Herodotus etiā inter antiqſſimos hiſtoricos numerādus,Cimmeriorū ac Cimbrorū meminit,cuius uerba græca infra allegaturus ſum.Gotthorū etiā antiqſſimi de Gotthis(ut de uetuſtiſſimis) orationē fecerunt,interfuerūt em̄ hi Troiano bello,Iornande autore ac Hieronymo in Euſebiū.Getarū em̄ rex Telephꝰ,a Dione græco ꝓhibeť is,ꝗ Caſſandrā enſe ſuſtulit,ac inde ab Achille e uiuorū numero interceptus eſt. Nonne Hercules ille antiqſſimus germaniæ affuit.Cornelio referente,illic adhuc gades ueſtigii ſui teſtimonio ſunt. Cunradus Peutiger,ꝓter ſummā doctrinā,uir integerrimus,Herculē ꝗ Germanię interfuiſſe dicit,Alemannū deū credidit extitiſſe.Ego duos Hercules germaniā calcaſſe uideo.Primū qui gades cōſtituit,& huic prior Alemānus, ac ætate maior fuerat,ille em̄ Oſyridis filius, referente Beroſo,hic uero Teutonis.Reliqua uetuſtate aliqua ꝑdita capite ſequēti recenſebimus, ubi locus accōmodatior nobis erit. Nolo tñ & uſcꝫ quacꝫ germanos non indigenas fuiſſe teſtari,ac potius Francos ſemꝑ germanos,quā Troianos (reclamāte licet tot uirorū illuſtriū auctoritate) aſſerere,ac alias gentes,potius e germania ortū reuocaſſe,ꝗ ꝙ illa terra oīm antiqſſima ac fœcūdiſſima,ꝗ totū orbē,ut diluuio tam ſæpe inundauit,aliorū exordio fuerit gauiſa.Propius etiā id ueritati accedit,germaniā ſyncerā eſſe.Pius igiť lector id ꝗd ſibi plus arrideat foueat,nec ei deerunt confirmandarum utrarūcꝫ partiū aſſertatores ingenii, plures tñ referunť ꝗ quaſi genuinā ſobolē germanā, et incorruptā aſſerunt.Cornelius ipſe,ſententiæ illius caput ac fons,nulli tñ opinioni ſtatim calculū adiicere uoluit,nec .n.ſe ſcripſit refellere,nec argumētis cōfirmaturū cuiuſcūcꝫ ꝑtē.

Gotthorū antiqtas.

Duo hercules in germāia.

Germani indigenæ

De nouitate ac habitu Germaniæ noſtro ſeculo. Ca. III.

Germāia recens.

OMiſſa demū antiqtate,ad Germaniā æuo noſtro celebratā,orōnē cōferam,ꝗ nihil ꝗd amplitudinis eſt,cū ueteri ac priſco habitu germaniæ comune habet,queādmodū em̄ illa obſcura eſt,ita hæc,quā prȩſens ȩtas reſpicit,illuſtriſſima eſt,& quā Cor.Tacitus,ſi ab inferis reſurgeret, nec ueteri nomiſmate cenſeret.Nūc em̄ eā ſpecioſiſſimā papa Pius facit,ut terram,cui nulla regio totius orbis enumeratis ſingulis conferri queat,frugibus em̄ lætiſſimā,aruis atcꝫ ubere glebo nulli poſteriorē.Idē Pius Athenienſibus lacedæmoniis,Macedoniæ,longiſſimo dignitatis gradu, prȩſtare uoluit germaniā.Addit Dracontius ille,tot ædificiis ꝑditā fuiſſe patriam noſtrā,ut nec alterā regionē.Et eſto ꝙ Florentia uel Venetiæ,ciuitates germaniæ excedāt, ꝗbus nulla ſola ciuitas amplitudine reſpōdere poteſt,cunctis tñ collatis, nulla regio,urbiū ꝑſtātia,multitudine,ędificiis,germanię facile acceſſerit,Hęc Aeneas Syluius in epiſtola ad Martinū Maier ꝓfiteť. Id etiā nequaꝗ ꝑtereundū eſt

tot eccle

tot eccleſiis, delubris, Germaniã uniuerſam paſſim qua longe lateq; patet illu-ſtratam cõſpici, ut nec gallia, Italia, aut ſi pene aliarũ duarũ regionũ etiã conti gerit cõiunctio. Nullus eñ rerũ diuinarũ cultus apud ullos adeo exquiſit⁹ eſt, non tot anathemata, q̃t germaniæ exuperant, nõ ſine peculiari chriſtianitatis germanorũ argumento. Subſequens igitur oratio noſtra de cultu diuino ger manorũ habebit. Anteq̃ tñ ad p̃ſentia ſecula deſcendã, prius antiquorum ce remonia tranſcurram.

De theoſophia. i. antiquo deorum cultu ueterum germanorũ Ca. iiii.

GErmanię culturam & religionẽ quis primitus intulerit, ignorat̃. Par tius eñ his ſupſtitionibus utebant̃, abſtinuerunt eñ a ſacrificiis, ut ait Cæſar lib. vi.) Teutanẽ uero colebant, & humano ſanguine uicti mas ei obtulerunt, ut Lactant. inſtitut. diuina. li. i. ca. xxi. ait, quod & Lucanus illo carmine notauit lib. i. Et q̃bus immitis placatur ſanguine diro Teutanes. Peutiger hũc Mercuriũ eſſe uult, & optime, Mercuriũ eñ hoc no mĩe Galli noĩant, quẽ ægyptii Their uocant, ut Cicero lib. iii. de natu. deorũ ſcripſit. Sulpicius Teutanẽ mortis deũ interp̃tat̃. Luca. li. iii. de illis uictimis ita loquitur. Sed barbara ritu.

Summa deum, ſtructæ diris altaribus aræ.

Omniſq; humanis luſtrata cruoribus arbos.

Mercuriũ aũt Germanos coluiſſe Methodius in hiſtoria, & Paulus diaco nus, Cor. Tacitus, & alii ſcripſerunt, unde in primo Parthenices diuæ Odiliæ ita loquitur Mercurius. Tremuit quod irriget Iſter,

Quod Sueuus Rhætuſq; tenet, germania nobis

Subiuga, Pannoniæ nobis cecidere caterug. Apud Cor. Tacitũ in hiſto ria Hermonduri Marti ſacrificabant, Catti uero Mercurio. Hic Mercurius oracula apud Nouietenſes fudit, & totius Alſatiæ incolæ huc aduolauerunt. Diuus deinde Iulius (quaſſata Gallia) Mercurio arã erexit, quã B. Maternus penitus extirpauit, ut Nouietenſiũ annales dicunt. Noſtro q̃q; tp̃e Mercurius in elegio p̃dio Alſatię uidet̃. Ettlingenſes olim potentiores, cũ diis ſtuduerũt, Neptunũ colebant, q noſtro tp̃e adhuc antiq̃tatis gratia uidebat̃, uerũ p̃cib⁹ imp̃atoris ablatus eſt. Alemannũ q̃q; uenerabant̃ germani, cuius ſimulacrũ in Augia ad noſtra ſecula delituit, iuxta Conſtantiã, ibi non longe a ſuo noĩe uilla Alma uocat̃. Herculẽ q̃q; & Martẽ conceſſis aĩalibus placauerunt, ut ait Cor. Tacitus. Cęſar li. vi. Germanos ſolẽ, Vulcanũ, & Lunã honoraſſe ſcribit. Sueui olim Iſidẽ coluerũt, ut Cornelius ait. Rudigni, Amones, Angli, Varini, Eudoſes, Nerthuini, terrã matrẽ uenerabant̃. Naharuali Caſtorẽ & Pollucẽ. Aeſcii Martẽ. hęc Corne. Hos deos a germanis olim cultos legimus. Sacerdo tes tñ maxime coluerunt germani, illis eñ ſolũ licitũ fuit uincire, uel uerbera re aliquẽ, ait Tacitus. Deos q̃q; ad bellũ ſecum ſumpſerunt, & lucos nemora deorũ noĩbus diffinierunt, teſte eodẽ. In pluribus etiã Germanię locis ueterẽ conſuetudinem hodie uidemus. Franci olim, tunc germani, Martẽ colebant, ut Hunibaldus ſcribit. Huic religioni Gotthi, Iornande authore, ſtuduerunt.

Cultus germãiæ

Neptun⁹ apud Et tlingẽſes.

alludit Virgil. Grādæuūq; patrē geticis q̄ pſidet oris.Otto Cæſar,ut ait Sue
tonius,pugionē quo ſe occidit Marti dedicādū miſit ad Agrippinā.Cęterū to
ta Saxonia idolis fuit refertiſſima,quorū ueſtigiū adhuc in noībus Saxonię ci
uitatum reſeruat̃,de illis paulo poſt ſermo largior habebitur.

De auſpiciis,ſortibus & uaticinio Germanorū ueterū. Ca. v.

Auguria germanorum.

AVruſpices,q̄s græci τοὺς σπλαγχνοσκόπους nominant, apud Hetruſcos
oīm primi apparuerūt,ut ait Cicero de diuinatione li.i.Multa apud
Q.Curtiū,Virgiliū in æneī.paſſim conſtāt.Inde Germani Romāos
ſecuti,maxime per auguria uaticinati ſunt.Cor.Tacitus in germania author ē,
qui ex eq̄rum hinnitu ipſos augurari ſolitos ſcribit, & ab eorū hinnitu certiſ-
ſimū germanos cœpiſſe experimentū. In bello uero captiuū quoq; modo in
terceptū, cū electo milite armis cōmittebant.Hæc Cor.Tacitus ait.Plutarchꝰ
q̄q; tradit in uita Cæſaris,Cæſarē ideo germanos uiciſſe,mulieres eñ germa
norū noluiſſe uiros eorū in plīū ꝓcedere,niſi noua luna fulſiſſet. Tanta fides
germanis auſpicii fuerat.Conſentit & Frontinus lib.i. ſtrategematū. Corneliꝰ
fœminis hoc fuiſſe cōmiſſum ſcribit,et ſe ſub Veſpaſiano nouiſſe uates p̄ci-
puas extitiſſe fœminas.Cimbricæ mulieres ,ut Strabo li.vii.ſcribit,in bellum

vaticiniū germanorum.

aſſumunt̃,diuinarū rerū peritæ. Hę captiuis ſtrictis occurrebant gladiis,& ex
ſtillatione ſanguinis uaticinia fundebant.Hæc Strabo.Cor.Tacitus lib.penul
timo hiſtoriarū inquit,ueteri more germanorū qui plæraſq; fœminas uatidi
cas,&(lāgueſcente ſupſtitione)arbitrātur deas.Franci etiā,ut Hunibaldus ſcri
bit,uxorē Antenoris Cambriā ut deā coluerunt,fuit eñ aſtutiſſima. Itē Saxo-
nes dū cōtra Sueuos pugnauerunt.qui patriā eorū inhabitauerunt, Sueui cō
ſulebant fœminas,quę p̄dicebant,licet aliter q̄ futurū erat,ut Paulus Diaconꝰ
lib.iiii.rerū Longobardarū ſcribit.Eidem ſententiæ aſtipulat̃ Picus in ſecūdo
hymnorū cōmentario, allegans omnem germanorꝝ circa auſpicia morē, illis
(carminibus.
Captiuo & iugulo fundebat carmina uates
Cymbrica,quæ æripedum fremitus ſeruabat equorum,
Bellax rhipheo germania proxima cœlo.

Sortes germanorum.

Sortes uero deciſis uirgis
in ſurculos iactabant̃,temere & quaſi fortuitu,q̄ uirgulę ſpargebāt̃,mox,ſi pu
blice agebat̃,ſacerdos,ſi priuatim,pater familias,facta mentione ad deos, ſor-
tes interp̄tabant̃.Hæc Corne.Hunni uaria auſpiciorū genera habuerunt,un
de Attilę uaria augurando p̄tenſa fuerunt.Vt Priſcus.Sabellicus & Iornādes
ſcribunt.Similiter Franci apud Hunibaldū,Gotthi apud Iornandē, Lōgobar
di apud Paulū Diaconū.Fuit & Veledæ mulieris nomē peculiare apud Cor
nelium Tacitū,q̄ tp̄ibus Auguſti uaticinabat̃. Meminit illius Stati. li.i. Sylua.
Non uacat arctoas acies,rhenumq; rebellem
Captiuæq; preces Veledę,cui maxima nuper gloria.Celebrat̃ & clara memo
ria Catta mulier,ita ob regionē natiuam Cattorū appellata,cui imp̄ator nōni
hil credidit,referente Suetonio.Habemus & in græcis cōmentariis quandā
mulierē noīe Dryudā,Diocletiano imp̄atori,coronā impii p̄dixiſſe, q̄n aprū
occideret. Cæterū & auguriorū peritiſſimi fuerunt germani, unde Trogus

ac Iuſtinus

ac Iuſtinus hiſto.lib.xxiiii.Galatas in Illyricum tranſlatos fuiſſe,tãtum ob augu
riorum peritiam refert.

De ſacrificiis germanorum & Scytharum. Ca. vi.

ERit nunc nobis ſermo de ſacrificiis germanorũ & Scytharũ,quibus
olim ſummo opere abutebãt,Scythas uidelicet imitati ſeptentriona
les,q̃s ad lineã germanorũ aliq̃n reduximus.Scythæ em̃ illi Taurici
.i.ſeptentrionales,Lucillo Tarreo ſupra Apolloniũ ac Euſtathio græcis refe
rentibus,humano ſanguine hoſtias Dianæ immolabant,q̊d apud Lucianum
Mneſippus Scythis obiicit in dialogo φιλία inſcripto. οἵγε ἐπεὶ σφᾶς ναυαγία πε
ριπεσόντας,οἱ τότε σκύθαι συλλαβόντες,ἀπῆγον,ὡς τῇ ἀρτέμιδι καταθύσοντες,ἐπιθέμενοι
τοῖς δεσμοφύλαξι.καὶ τῆς φρουρᾶς ἐπικρατήσαντες.τὸν δὲ βασιλέα κτείνουσι καὶ τὴν ἱερέαν παραλα
βόντες.Hoſpites dũ naufragio eſſent eiecti,& ipſos Scythæ tũc cõprehẽdẽtes
abduxerant,ut Dianæ immolarent,deligebant eos carcerariis excubiis p̃me
tes,& regẽ eorũ trucidauerunt,ſacerdotale officiũ aſſumentes. Meminerunt
illius Ammianus Marcellinus lib.xxii. Solinus,Plynius in naturalibus,Rapha
el Volateranus lib. vii.Concordat Ouidius in triſtibus hac oratione.

Sacrificiũ germanorum.

Sunt circa gentes,quæ prædam ſanguine querunt,
Nec minus infida terra timetur aqua.
Illos quos audes hominum gaudere cruore,
Terra ſub eiſdem ſyderis igne iacent.
Nec procul a nobis locus eſt,ubi taurica dira
Cæde pharetratæ ſpargitur ara deæ.

Totam hanc elegiam ſcripſit
Ouidius de abominabili ſacrificio Getarũ.i.Germanorũ ac Scytharũ. Florus
lib.iii.& eundẽ litãdi abuſum,familiarẽ eſſe Tauriſcis germanis ſcribit. Potes
huc afferre, quę prius diximus de Teutane.

De iuramento Germanorum. Ca. vii.

IVramentum aũt Germanorũ dabat̃ & accipiebat̃ noibus eq̊rum,ut Me
thodius ait.Aut p̃ Dryudas,ac fœminas eorũ.Lucianus in dialogo qui
τόξαρις inſcribit̃,plura de Scytharũ ſeptentrionalium iuramentis retulit,
apud quẽ ita loquit̃ Toxaris Scytha. μᾶλλον δὲ πρότερον ὀμοῦμαί σοι τὸν ἡμέτερον
ὅρκον,ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἐν ἀρχῇ διωμολογησάμην,οὐ μὰ γὰρ τὸν ἄνεμον,καὶ τὸν ἀκινάκην,οὐδὲν
πρὸς σὲ,ψεῦδος ἐρῶ.i.Magis tibi noſtrũ iuramentũ iurabo,dũ & id in initio fue
rim pollicitus,per Ventũ ac Acinacẽ, nullũ mendaciũ dicam.Quis aũt fuerit
Acinaces, Mneſippus oſtendit dicens. καὶ ἄλλους ἂν ἔχοιτε πολλοὺς θεοὺς,οἷος ὁ ἀ
κινάκης ἐστὶ.τὸν οἰστὸν,καὶ τὴν λόγχην,καὶ κώνειον,καὶ βρόχον,καὶ τὰ τοιαῦτα. ποικίλος γὰρ
οὗτος ὁ θεός ὁ θάνατος,καὶ ἀπείρους τὰς ἐφ᾽ ἑαυτὸν παρέχεται ἀγούσας ὁδούς.i. Profecto mul
tos alios deos eſtis habituri tales,qualis eſt Acinaces, puta iaculũ,lãceã,uene
num,funẽ,& his ſimilia.Qñ quidẽ uarius eſt ille deus interitus,atq; innumera
biles aperit uias,q̃bus ad illum ſit aditus.Hæc ille.Qñ igit̃ ſeptẽtrionales iura
bant per Ventũ ac Acinacẽ,intelligebãt uitã ac mortẽ,dũ uentũ animã q̃dam
dixerint,initiũ uitę,quã Acinaces.i.Iaculũ claudit.Comptũ q̊q; habeo πρὸς τὴν
ἐλευθερίαν.i. p̃ libertatẽ germanorũ ueteres iuraſſe. Quemadmodũ Gotthi in
literis Iuſtiniano miſſis.Bellica uero cõiuratio ſic contigebat,in byrſam em̃ id

Iuramẽta germanorum.

Iurare p̃ Iaculũ ac Ventum quid

Iuramẽtũ militare.

eſt tergum bouis,cēs aſcendebant,qui ſe ſocios bellorū oſtenderunt, quēad-
modum in bello Marcomanico contra Antoninum Germani coniurauerūt,
& ita hunc ſeptētrionaliū uſum eſſe Lucia. in dialogo κωλία īſcripto ꝓdidit.

Quomodo germani olim aīalibus ſacrificauerint. Ca. viii.

Sacrificiū taurorū

PRius humano ſanguine in ſacrificiis conſueuiſſe germanos diximus, ꝑfuit tñ & melior uſus introductus,lapſu tēporū.Gotthi eñ impulſore Zamolxe,ab hoīm ſacrificio deterriti,tauros dis litauerunt, ut ſequēti capite patebit.Conſuetudinē Galatarū in ſacrificiis refert Athenæ.dipno.li. δ.θύματα ἢ καταβάλλεσθαι ταύρων, καὶ συῶν, καὶ προβάτων τὲ, καὶ λοιπῶν κτηνῶν ἑκάστης ἡμέρας πολλὰ, πίθους τὲ οἴνου παρασκευάσασθαι, καὶ πλῆθος ἀλφίτων πεφυραμένων, καὶ οὐ μόνον φησιν. οἱ παραγινόμενοι τῶν γαλατῶν ἀπὸ τῶν κωμῶν, καὶ τῶν πόλεων ἀπήλαυον. Methodius aliqñ equis in bello hoſtibus extractis,ſacra facere germanos aſſerit,& ex ſtillatione eorum auguria capere.

De germanorū ſacerdotibus,& qbus noībus appellent. Ca. ix.

Dryudes

NVnc ad ſacerdotes Germanorū deſcendā,fuerunt aūt Dryudæ germanorū magis ꝙ gallorū ſacerdotes.Claudius cæſar ob uanā eorū religionē eos expulit,hi in Germaniā cōſederūt,& Caroli ac Arnoldi tꝑibus chriſtianā religionē interꝑtati ſunt.Celtes nihil ꝑcioſius illis Hercyniam incolere dixit.Hi hoīes mactabant,& mortē contēpſerunt,ut Pōp.Mela li.iii.Cæſar li.vi. Diodorus li.vi. Poſſidonius græcus,Laertius li.i.Plynius lib. xvi. cap.iii. Strabo li.iiii.Seneca in ludo Claudii cæſaris.Marſilius Ficinus in libro de chriſtiana religione ca.x. & alii,multa de ſyderibus eos diſſeruiſſe retulerūt. Ammian⁹ Marcel.li.xv.in hęc uerba prorūpit.Inter gallos,inqt,eſuride

Loc⁹ ammiani.

(litera eſt deprauata,lege Dryudę) īgenii excellioris,ac auctoritatis Pythagoricæ diſciplinę extiterūt,qſtionibus occultarū rerū altarū ꝗ erecti ſunt.Ac deſpectantes humana,aīas dixerunt mortales.Hæc ille.Expunge textū,lege, immortales. Sunt etiam de ipſis Lucani hiſtorici uerba iſtiuſmodi lib.primo.

Vos quoꝗ qui fortes animas belloꝗ peremptas,
Laudibus in longum uates dimittitis æuum.
Et uos barbaricos ritus,moremꝗ ſiniſtrum
Sacrorum Dryudæ. Cætera Ariſtoteles in magico,ac Socion in ſucceſſionū

Gotthorꝝ ſacerdotes.

libro. Gotthorū etiā ſacerdotes oīm gentiū colendiſſimi extiterunt, quibus Xamolxis gotthus ꝑfuit, q eos in Pythagorica diſciplina inſtruxit,oīb⁹ pene ſuæ ætatis græcis ꝑſtantior,quem Laertius li.i. & Suidas tot laudibus extollunt,hic etiam diis tauros eſſe piandos cenſuit,extāt de eius ſacrificio duo Gregorii Nazianzeni uerſiculi illi.

καὶ γετικός ξάμολξις ὀϊστεύων δὲ ὁμίλου
πάντα θεῶν ταύρωντε κακὴ ξείνοισι θυηλή.

Et geticus Xamolxis iaculatus per cœtum.
Omnia deorum taurorumꝗ malum hoſpitibus ſacrificium. Multa Dion græcus,Ablauius,Iornandes,& reliqui ſcriptores, de Xamolxi ꝓdiderunt. Poſtꝗ uero e uita deceſſit,in deos abiit,referente Herodoto li.iiii. hiſtoriarū

cum in

cum inquit τὸν ζάμολξιν πρὶν ἔοντα ἄνθρωπον δουλεῦσαι ἐν σάμῳ .i.& Xamolxim hominē prius exiſtentē in Samo inſula coli dicunt.Habuerunt eñ patrio inſtituto Gotthi,ut ſacerdotes eorũ in reges conſecrarēt,ac mortuis ſacerdotibus diuinos honores largirent̃,ut & Strabo uolumine vii.teſtat̃.Habuerũt et zeritã gotthi atq̃ Comeſinũ ſacerdotes.Abyrim etiã,q̊rũ(p̃ter Dionē ac Iornandē) honeſtiſſime mētionē faciũt Strabo,Suidas & Chryſippus. Diceneus etiam gotthorũ rex,oēm ſubditã plebē,ad Pythagoricæ diſciplinæ religionē traduxit,uir iuſtus ac conſtans,oēm philoſophiã gotthos docuit,conſcriptã in libro qui græce Bellagines inſcribit̃.Tēporibus Valētis doctiſſimũ quendã gotthorum ſacerdotē Sozimenus ac Socrates hiſtorici allegant,& Theodericus epiſcopus. Sclaui q̊q̃ licet crudeliſſimi,maxime tñ coluerũt eorũ ſacrorũ p̃ſides, q̊s & Sporos appellabant,ut ait Procopius græcus.Ita de Gallis dicit̃,ſub q̊b⁹ germanos cõp̃hendit Diodorus Siculus li.vi.q̊s Bardos uocauit,cuius uocabuli Beroſus ac Lucanus meminerunt.Heruli etiã populi,q̃uis chriſtiani,multa tamen gentilitatis ſeruauerunt in ſacrificiis,ait Procopius.

Sclauorũ ſacerdotes

Spori

Bardi

De chriſtianitate Germanornm. Ca. x.

EXacta priſcorũ ſuperſtitione Germanorũ,uirtus ueræ religionis eorum ad memoriã noſtrã accedit,in q̃ tota uirtus conſiſtit,uirtutũ uero chriſtianorũ ſumma eſt,Lactantio referente,dei cultus,cuius hactenus ſtudioſiſſimi fuerunt germani,adeo etiã ut ea ſola cæteris p̃ſtabãt animantibus. Excudent alii ſpirantia mollius æra. Orabunt alii cauſas melius, cœliq̃ meatus deſcribent.Verum dempto etiã illo q̃d regnamus impio,nulla gens totius orbis Germanis religioſior eſt.Teſtant̃ primo id tot delubra honeſtiſſima,tot inſignia altaria,q̊bus nihil in tota Francia,Italia,reſpondet,ſicuti Aeneas Syluius ait.Verũ nõ authoritate opus eſt,q̃tidianis id oculis ſubiectũ eſt.Nam quicunq̃ Galliã ac Italiã uiderunt,nullo pacto germanis iſtorũ delubra conuenire teſtantur.Dracontius ille prætulit eccleſiam diuæ uirginis,Heremiticã dictã,pene (Romanis exceptis) italiæ uniuerſæ.Quid ante Huſſitanorũ inſanias,eccleſiaſticis Bohemorũ ornamētis ſpecioſius? Quid nobili⁹? referente Aenea Syluio.Tot demũ ſacerdotibus tota ſcatet Germania,tantæ rerũ diuinarũ opes,tot urbib⁹ prouinciis conſtant epiſcopatus,q̊rũ quinquaginta numero,recitat Aeneas.Nec Galliæ duces tantis referunt̃ opibus,q̊bus tñ eccleſia nobilitat̃ germanica.Nunc de germanorũ religione noſtra erit oratio,q̊bus etiã pari argumento,nil ĩnocentius, ut in pluribus locis Cãpanus ille oſtendit. Primo id de Carolo Magno germano cõſtat,qui tot gentes ad legē chriſtianã traduxit,tot conſtituit epiſcopatus.Tot etiã Pipinus german⁹ Henrici,Ottones,Fœderici,q & toties papã liberauerũt,eccleſiæ ſuccurrerũt Vt tempore Gregorii iii.Carolus Marcellus,Gotfrido authore. Pipinus Stephanũ papã ab Aiſtulpho, Carolus Magnus Hadrianũ a Deſyderio,& Herigeſto,Leonē demũ a tota Italorũ inſania liberauerunt,ut in tractatu de iurib⁹ regni & imperii Lupoldus ait cap.i. Ita formoſum papã Arnulphus ultus eſt, a genere Caroli natus.Otto primus,Ioañē xii. contra Berengariũ defendit.

Nulla germanis gens religioſior.

Idem Otto contra Benedictũ tyrannũ Leonẽ papã abdicatũ,eccleſiæ romanę p̃fecerat.Henricus tertius Suiggerũ,qui Clemens ii.dictus eſt,ſublimauit,deponendo Gregoriũ,cuius iuſolentia Roma. eccleſia p̃mebaẗ,ut xxiii.diſt.in nomine dñi,in glo.eñ habeẗ.Lotharius etiã Saxo a Rogero Siciliæ tyranno,In/

Vrbes a germanis papis donatas.

nocẽtiũ II.ꝑtexit.Tantus germanorũ in ſummũ põtificẽ honos,tñ ſuffragiũ ad res diuinas.Nulli etiã ſummæ eccleſiæ Ro. tot ſubiecerunt ciuitates, quot germani.Pipinus Rauennas,adiunctis quinqꝫ ciuitatibus,papæ donauit.Idem Carolus Magnus Hadriano.Inde alii germani cæſares Bononiã, Romandiolam Ro.eccleſiæ contulerunt,ut de reſcrip.p̃ſenta.para.ratione cenſ.ver.& de iur.iur.Roma.v̈.idem in Clement.Quid Rudolphi Habſpurgeñ.dona in pontificatũ meminero? Verũ hæc remittamus,cũ Lupoldus ille Babenbergeñ. ꝓprios libros de iſta ſola uirtute Germanorũ reliquerit.Tam pie ergo hi Cęſares germani operati ſunt,dũ ſtudio defendendæ eccleſiæ exarſerũt,ad q̃d ex debito & iure obligabãẗ,ut xxiii.q.v.c.principes,& lxiii.diſt.c.Hadrianus.iuuerunt ergo papas,opemqꝫ ferebant iuſticiæ,ut merito ipſi chriſtianiſſimi

Qꝫ Germani merito dicantur Chriſtianiſſimi. Ca. xi.

OB tam abſolutũ Germanorũ officiũ in pontificẽ romanũ,merito germani ὀρθοδοξότεροι chriſtianiſſimorũ hoĩm appellationẽ acceperunt. Ita eñ eos Cãpanus ac Pius papa noĩauerũt.Meruiſſent plane ex eo ſolo tanti noĩs dignitatẽ,dũ poſtq̃ fidei chriſtianæ ceſſerũt, nunq̃ a ſano chriſti dogmate,ueluti alii gentiũ,declinauerũt.Vt Lupoldo Babẽbergio placet.

Germanorũ ꝑſeuerantia in fide

Romanorũ aũt q̃dã per Leonẽ papã ſeducebanẗ,xxii.q.iiii.c.actione,& de conſe.diſt.iii.c.prælatũ. ubi multa de Leonis ꝑfidia referunẗ.Quid Anaſtaſiũ,Cõſtantinũ,Aphros,græcos & cæteros adducã.Germani uero ſemꝑ ꝑtinaciter fidei noſtræ adhæſerunt,q̃rũ nulli referunẗ,qui pectora eorũ a ſaniori religione habuerint remota,niſi Vandali cũ rege eorũ Hunnerico. Vt Suidas,Gregorius in dialogo,Mar. Ficinus,& alii aſſerunt.Ex Viſogotthis Hermigildus ob fidei diuerſitatẽ a patre occidebaẗ,ut xxiiii.q.pri.c.cœpit,& q.pri.c.ſupueniente legiẗ.Meminerunt & Theoderici Oſtrogotthorũ regis defectionẽ Canones de conſecra.diſt.pri.c.Eccleſias.Adde his Bohemos.Alios germanorũ haud facile reperies,qui in peruerſam hæreſim inciderint.

Qua tempeſtate quælibet Germanorum regio chriſtianis legibus fuerit imbuta. Ca. xii.

PRoximis capitibus ueræ religionis ſacramenta Germanorũ deteximꝰ, nunc uero tp̃is calculus nobis quærentibus,qua tẽpeſtate uidelicet orthodoxã fidẽ noſtri induerint.Accepit aũt patria noſtra chriſtianas leges ſatis ſero,ob eorũ eñ ferocitatẽ & bellicã uirtutẽ gentibus oĩbus r̃epugnauerũt.Mature tñ uerbi diuini ſacramẽta illis exponebanẗ.Aiunt q̃dã decimo a dñicæ paſſionis anno B.Maternũ S.Euchario ac Valerio comitibus,ſacras literas Argentinenſibus,Treuereñ.Tungris,ac Colonieñ. interp̃tatũ fuiſſe,ac mortuos quoſdã in pago Illeſatha ad priſtinã uitã reduxiſſe,q̃ miraculo ab oĩ gentilitate ac deorũ cultura Alſates exuiſſe Maternũ referunt.Verum ob tot

Germãia q̃ñ ad fidẽ cõuerſa.

impera

imperatorũ perſidiã,Germanos rurſus ad ueterẽ culturã rediiſſe.Cõſtat hoc periculo epõrum tredecim Treuerorũ,qui pene oẽs in martyrio inuicẽ ſibi ſucceſſerunt.Nec potuit ſe Athanaſius ille Magnus penes Treuiros morã trahens,a gentilibus defendere.Sũt qui honorẽ fidei chriſtianę germanorũ Gregorio ſui noĩs quinto deferunt,in cuius uita Platina ſcriptor in hanc orõnem euaſit.Huius,inquit,peculiaris laus eſt,ꝙ eius opa,germani ad noſtrã fidem ſunt conuerſi,omiſſo Bonifacio illo,qui ꝓpoſita ueritatis luce,germanos in fide inſtruxiſſe dicit.Hæc ille.Nec deſunt,qui egregiũ facinus illud in Bonifaciũ referant,& Gregoriũ III. anno ſalutis DCC. XIX. ut ſacratiſs. Canones xi.quæſt.iii.Anteceſſor.Gotfridus Viterb. Lupoldus ca.ii. Ego uero multo ante Bonifaciũ,Germaniã noſtris legibus uſam fuiſſe puto, dum Hieronymi ætate uiderim uerã religionẽ germanos ſumpſiſſe,ipſo referente Hieronymo in epiſtolis.Quis crederet? inqt,ut barbara Getarũ lingua Hebræã ueritatẽ qreret,& nobis dormitãtibus et cõtẽdẽtib9,noſtra Germãia ſpũs ſancti eloqa ſcrutaret,Hæc ille.Procopius græcus in lib.de bello Getico. Iuſtiniani tpibus germãos ĩ chriſtianos iniciatos fuiſſe refert,& ideo inter eos ac gotthos Arriana hæreſi ꝑcitos,bellũ fuiſſe obortũ,dũ germanorũ rex filiã ſuã chriſtianam Gotthorũ regi τῷ ἀρειανίζοντι in matrimoniũ collocaſſet.Neſcio igit qd illorũ ſententię debeã,ꝗ Clodoueũ primũ regẽ chriſtianorũ penes Frãcos extitiſſe referunt,& hunc dũ ſe noſtræ fidei deuouiſſet,Alemanos tunc gẽtiliũ ꝑfidia raptos bello ſupaſſe.Contraria huic Procopii fert opinio. Nunc ad ſingulas germanorũ gẽtes deſcẽdã.Primos oĩm germanorũ gotthos chriſtianitate functos referunt,& Valentis tpe,ad gratificandũ impatori,ad hæreſim Arrianã euocatos,ut Suidas,Aurelius uictor,Socrates hiſtoricus,& alii prodiderunt. Sueuos aiunt ductu Ludouici primi ab Anſgario Hamalburgenſi,ad ueri cultus rõnem ꝑueniſſe,in qrũ numero Lupoldus eſt,cui ego minus auſculto,ob Caroli Magni,Pipini,& eorũ integritatẽ,qui Sueuos ſubdiderunt,hi moleſte tuliſſent eorũ ꝑfidiã.Bauari uero adiuncto eorum duce Teudone, a Rupto epõ Saltzburgenſi in fide inſtruebant.Friſios tpib9 Leonis,& Vuolfranii epiſcopi cũ duce eorũ Ridodo noſtra ſacramenta iurauerunt.Lupoldus Babenbergenſis illos a Carolo armis ad unius dei cultũ cõpulſos ſcripſit.Immiſit eñ Carol9 eorũ regioni quatuor epõs.S.Vilebaldũ Bremeñ.S. Hildegrinũ Halberſtadieñ.S.Lindeiũ & Vuilebrordũ.Eodẽ tpe Saxones conuerſos fuiſſe a Carolo mens oĩum eſt,cum duce eorũ Vitikindo.Herulos germanos Iuſtiniani tpibus in chriſtianos abiuiſſe,Procopius li.ii. τῶν γοτθικῶν aſſerit,& multa tñ gentilitatis eorũ fidei miſcuiſſe,nondũ penitus expolitos ac ſynceros extitiſſe. Titulũ conuerſæ Panoniæ ſalutis anno DCC.XCVI. Carolo Magno tribuerunt.Bulgaros Nicolai primi tẽpeſtate Chriſti militiã conſecutos Platina in ꝑdicti pontificis uita aſſerit.Illis Hadrianus II.tres epõs deſtinauit, qrum ductu in fidei noſtræ elementis erudirent,Syluestrẽ uidelicet ſubdiaconum, Leopardum & Dominicũ Taruiſium. Lupoldus uero Babenbergius duos epõs ad eos deueniſſe aſſeruit,ductu Ludouici primi,cuius ſententiæ ſubſcri-

Germanorũ gentes qñ cõuerſæ.

bit hiſtoria Francorū,q̄ & anno Incarnationis octingenteſimo ſupra octuageſimum ſecundo eos baptizatos ꝓbat.Nortmanni inde per Carolū III.rege eorum Rothifredo,fidē noſtrā ſuſceperunt.Roberto Gaguino referente ac Sabellico,Platina q̄q; ꝓbante idem in uita Ioānis viii.Bohemos Spireneus dux ſecum baptizari fecit,ut Platinæ in uita Stephani vii.placet.Alii ductu Ludouici,xiiii.Bohemię duces ſimul pedibus in noſtrę fidei doctrinas abiiſſe dicūt. Papa Pius huius rei euentū noningēteſimo nonogeſimo quinto anno uiſum aſſerit.Vngaros aūt ſub Henrico primo ab idolatria exceptos,ductu Hadriani III.Platina teſtat̄ in uita Ioannis xiii. Alii in S. Henricū id referunt,q̄d plus placet,qui ob id Stephano regi Vngarorū ſororē eius in matrimoniū addixerat.Aſſerunt huic ſententiæ robur Otto Friſing.lib.vi. Chron. Lupoldus,Sabellicus,qui tñ S.Henricū primū noīauit.Itali eñ Henricū Ottonis parentē a Catalogo impatorū excluſerunt.Platina in uita Dñici,Adelberto epō,a ſalutis tpe anno M.II.Vngaros chriſtianis legib⁹ addictos fuiſſe indicat.Ab eodē Adelberto tā Poloni q̄ Pruſii in religione noſtra firmati ſūt, omniū cōſenſu. Liuoniā Innocentii II.tpibus chriſtiana eccleſia ſubdidit,nec deſunt qui chriſtianiſſimos illos fratres B.Mariæ Teutonicos,uiribus tā Pruſiā q̄ Poloniam ad noſtrā eruditionē imbuiſſe contendāt.Daniā Humoldus,quē alii Haraldum, poſtq̄ octingēteſimus trigeſim⁹ ſecūd⁹ ann⁹ agebat̄, ueræ religiōi reſtituit.Hi aūt a fide poſtmodū deficientes,ductu Henrici primi cæſaris,& rege eorum Mulbano,priſtinæ fidei puritati reſtituebant̄. Procopius Sclauos Iuſtiniani tpibus barbaros adhuc extitiſſe ꝓfitet̄,hi tamen fidei cognitionem partim ab Henrico primo,partim ab Ottone exceperunt,& tandem de illo

De humanitate & xenia ueterum Germanorum. Ca. xiii.

Humanitas germ.

Chriſtianitatis uirtuti humanitatē germanorū annectere uolui,ut eminentiſſimū acp̄cipuum ueræ religionis indicium. Nec quidq̄ aliud maius humanitate Chriſtiano militi imputari poteſt.Fuerunt aūt gentium omnium Germani olim φιλοξενώτατοι,referente Tacito,cuius uerba ſunt. Germani conuictibus,inquit,& hoſpiciis alia gente eff uſius indulgebāt,ita ut quemcunq; mortaliū tecto arcere nephas habebat̄,pro fortuna quiſq; apparatis epulis hoſpitē excepit,cum inde defecere qui modo hoſpites fuerant mōſtrator hoſpicii & comes inuitans erat.Hi igit̄ proximā domū non inuitati etiā adeunt,nec interfuit quidq̄,pari eñ humanitate acceperunt notum ignotūq;. ac quantum ad ius hoſpitis,nemo diſcreuit.Abeunti (ſi quid popoſcerit) concedere moris eſt,& poſcendi inuicem eadem facultas.

Munera german.

Gaudent itaq; muneribus,nec data imputant,nec acceptis obligantur.Hæc Cornelius, cuius uerba etiam Petrus Crinitus non ſine ſumma admiratione ac laude proſequutus eſt libro duodecimo capite ſeptimo & Sabellicus in ſuis Eneadibus.Eiuſdem humanitatis gloria germanos Zacha.Lilius et Pōponius Mela libro ſecundo extollūt.Cæſar quoq; commentariorū li.vi.penes Germanos hoſpitē uiolari nephas eſſe dixit,uenientes quoq;,a Germanis iniuria prohiberi, omnibuſque etiam domos omnium patere,uictum etiam benigne communicari ſingulis.

Cui igitur nationi totius terræ,tã inſignis humanitatis titulus,quantus Germanis arrogatus eſt,p̃ſertim alpinis,quibus accolas uiarũ expertes,ad miliare deducere mos eſt,nulla gens peregrinis tam p̃ſens,nemo paupibus benignior,egenis dexterior,laborantibus ac prorſus ualetudine quacũqꝫ conflictã tibus propicior, germanis eſt.Cæterũ apud alios pene oĩs deperiit humanitas,deſiit erga proximũ amor,imbecilitatis em̃ propriꝫ illi inſcii,nec uia aberrantẽ reuocare,ac conſulenti opẽ oſtendere dignant̃, gaudent Germanorum plus cæterarũ gentiũ miſeriis,offendunt̃ fortuna noſtra,ubi noſtris incõmodis iniquior fortuna acceſſerit.Hi a tergo rident,ſecus germano pſuaſum eſt, qui fragilitatis humanæ non ignarus,metu ac conſcientia ꝓpriæ infirmitatis, affectis conſulit,ac oẽs ſibi neceſſitate coniũctos exiſtimat,unde illi ueri homines dici merent̃,hi uero hoĩm appellatione diſpoliati,in pecora abeuntes, brutalẽ potius humana uitã ſimulare agnoſcunt̃.Maior humanitas pecoribus a deo ꝓpoſita eſt,qui uicinitate,affinitate deuicti,alterno p̃ſidio freti,ſibi inuicem opẽ conferũt,ac inſidiatores ultũ eunt,incõmodo alternatim monentur. Athenæus in.λ.dipnoſophiſtarũ uolumine idẽ ꝓdidit de Gallis,ex Philarchi græci authoris relatu,& hos Gallos penes Athenęũ,nũc ĩ germanos abiiſſe clarum eſt. Veritati igitur pepercit Campanus ille,dum nullum humanitatis uinculum inter Germanos eſſe hallucinatur.

Externorum inhumanitas

Cõtra Cãpanum.

De latrocinio Germanorum. Ca. xiiii.

NIl plus hiſtoriæ deſcribendæ accõmodatũ dedecet,quã animũ ab hiſtorica ueritate ad aſſentandũ,aut πρὸσ χάριν,aut odii exercendi licentiam applicare. Cædit em̃ huic hiſtoriæ maieſtas,ac ille non aſſertoris,uerũ corruptoris hiſtoriarũ nomen meret̃,dũ ob nullũ aliũ uſum hiſtoria icepta ſit,niſi dũ ueritati patrocinat̃,illic optimos doctorũ immortalitas,hebetes uero æterna infamia bonitate hiſtoriæ conſequat̃.Cor.oẽs ante ſe hiſtoricos,uel ob metũ aut gratiã multa finxiſſe ſcribit,q̃d uitium nec ipſe,Oroſio ac Tertuliano referentibus,aufugit,nec Oroſius auctore Blõdo.Ego uero q in ære nunc germanorũ ſum,illorũqꝫ laudi enarrandę deſtinatus,ut hiſtorię ueritatẽ integrã ſeruaturus uidear,nõ tm̃,q̃ amplitudinis ac honoris eorũ cumulo accedunt. Verũ & q̃ uitio ipſis(ut uitã eorũ corrigãt)uertẽda ſunt,adiecturus ſum.Modo ſummã germanis humanitatẽ cõceſſimus.Nũc uero id q̃d oĩs humanitatis expers,oĩ ſocietate uacuũ eſt,latrociniũ .ſ. illis ĩpigemus. Quod Põp.Mela li.ii.& poſt eũ Zach. Lilius germanis aſcripſerũt.Facile tñ dicta illorũ reuincẽda eſſent,a tot auctoribus de humanitate genuina germanorum ſcribẽtibus,niſi noſtro ſeculo(proh dolor)nõ minus uerũ illud q̃ ueriſſimũ eſſet,latrocinia em̃ paſſim in tota germania nũc edunt̃,& laudi nũc debet̃, ſi q̃s antiquã ciuitatẽ, aut maximũ principẽ incurſiõibus ac p̃dis egerit, uerum optimus uindex dex oĩm maximus,olim modũ iſtis ĩponet,dũ multi principũ q̃rũ cõditionis eſt,libera tutari oĩa,a tergo rideãt,ac ꝑpetrãdis tã effrenis ac deteſtabilibus facinoribus,uires ſufficiant.

Hiſtoriographorum mendacia.

Latrocinia germ.

De Amicicia Germanorum & Scytharum Ca. xv.

Amicicia germanorum

NVnc ad amiciciã ac popularitatẽ Germanorũ deſcẽdã, qua nulla alia gẽs effuſius utebat̃, cuius uincula uiolare ſummũ nefas ſemꝑ habitũ eſt apud germanos. Extat de amicicia dialogus pulcherrim⁹ Luciani fabulatoris cõptiſſimi, q totus de Scytharũ ſeptẽtrionaliũ amicicia cõſcriptus eſt, q̊s nos in primo operis noſtri libro, germanos fuiſſe conuicimus. Sed cur nõ deſyderãti ꝟba Luciani detegam⁹, ubi publicas ſtatuas illorũ memoriȩ cõſecratas refert, q uerȩ amiciciȩ ſacramẽta penes Scythas cuſtodiuerit, & addit οὐδὲν Σκύθαι φιλίας μεῖζον οἴονται εἶναι, οὐδὲ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ ἄν τις Σκύθης μᾶλλον σεμνύναιτο, ἢ ἐπὶ τῷ συμπονῆσαι φίλῳ ἀνδρί· καὶ κοινωνῆσαι τῶν δεινῶν· ὥσπερ οὐδὲν ὄνειδος μεῖζον παρ' ἡμῖν τοῦ προδότην φιλίας γεγενῆσθαι δοκεῖν. διὰ ταῦτα Ὀρέστην καὶ Πυλάδην τιμῶμεν, ἀρίστους γενομένους τὰ Σκυθῶν ἀγαθά, καὶ ἐν φιλίᾳ διενέγκοντας. ὃ πρῶτον ἡμεῖς ἁπάντων θαυμάζομεν καὶ τοὔνομα ἐπὶ τούτοις αὐτῶν ἐθέμεθα, Κοράκους καλεῖσθαι. τοῦτο δὲ ἐστὶν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ. ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι. φίλιοι δαίμονες. Nec quidq̃ mai⁹ amicicia Scythȩ eſſe putãt, neq̃ qdq̃ amico plus uenerat̃ illic, q̃ adiutare amicũ, atq̃ cõicari amico in rebus aduerſis. Queãdmodũ nullus apud nos plus uituperat̃ illo, q amiciciȩ deſertor eſſe uidet̃. Ob hęc itaq̃ Oreſtẽ ac Pyladẽ colimus, ut eos, q optimi fuerint circa Scytharũ uirtutes, ac in amicicia celebres, id em̃ nos maxime laudamus, & amicicia ꝑditis nomẽ imponimus, Coracos uocamus. Q̃ꝫ in lingua noſtra tm̃ ualet, ut ſi q̊s dixerit amiciciæ ꝑſides. Hactenus Lucianus. Et paulo poſt. Scythas oĩbus grȩcis πολυπιστοτέρους eſſe ſignificat. καὶ πρὸς τοὺς γονέας ὁσιώτεροι inqt, & pietate erga parentes plus cæteris enitemus. Et ſi (ſubiũgit) aliqñ nobis ſimultates cum exteris oriunt̃, ſemꝑ tñ a ciuiũ ac amicorum iniuria abſumus. Erat aũt oĩm ſeptẽtrionaliũ is uſus ineũdȩ amiciciȩ, digitos em̃ abſcindebãt, ac ſanguinẽ in calicẽ diſtillãtes, ſummis gladiorũ intinctis, ambo pariter amiciciã ꝑcuciẽtes, labris admouẽtes totũ calicẽ ebiberũt. Hęc ex Luciano. Cæterũ in q̊ amiciciȩ elemẽto plus cȩteris germani ꝑſtiterint, penes autores repire nõ potui, niſi q̃d Methodius priſcis germanis ſacram fuiſſe amiciciã aſſerit, nec eam Cæſar lib. vi. commentariorum a nobis excluſit amiciciam.

De fide Germanorum. Ca. xvi.

Fides germanorũ

FIde uero Germani maxĩe a Gallis differebãt, Galli mobiles em̃ fuerãt ut Cȩſar li. i. & vi. ait. Germani enim interfecto C. Cȩſare uno impetu Capitoliũ irrruerũt, ad ulciſcẽdũ Cȩſarẽ, ut Ioſeph⁹ li. xix. ſcribit. Germanos q̊q̃ legatiõe functos Romȩ Põpei⁹ cũ repiſſet, q eſſent, ĩterrogãs. Germanos dicẽtib⁹ rñdit, ſolos ipſos fide & armis oĩb⁹ gẽtib⁹ ꝑſtare, Cornelio, & Iacobo Carmelitão autorib⁹, & inde eos ad patres duxit. Cor. Ta. gẽtẽ nõ aſtutã, nec callidã fuiſſe refert, uerũ ſecreta pectoris ſꝑ apire, ita detectã, & nudam oĩm eſſe mẽtẽ. Et idẽ Corne. ait, cũ apud ipſos de corpe uel libertate agat̃, uictũ uolũtariã ſeruitutẽ ȩq̃ aĩo adire, q̃uis iuuenior & robuſtior ſit, q uictus fuerit alligari q̊q̃ & uĩcire ſe tñ hũc pati, ob eã rẽ, prauã ꝑuicatiã germanorũ fidẽ uocari ait, Hæc Cornel. q prauã pertinaciã uocat germanorũ fidẽ. At ego Val. Maximi auctoritate aĩatus, iuſtã perſeuerantiã noĩabo. Maximin⁹ imperator potiſſimũ ſe germanorũ fidei ſubiecit, q & mortẽ eius acerrime ulti ſunt. Vt placet Herodiano li. viii. Celtes de Germanis ita inquit.

Quiq; fidem ſancto & conſtanti pectore ſeruant.

Fidem Germanorũ maxime noſtra ſecula retexerunt in bellis, ut ſicuti prouerbiũ in deteriore partẽ fidei græcis imputamus, ita in meliore germanis. Nam apud Cæſarẽ lib. v. belli ciuilis. Labienus cũ Cæſare conflixit, & re inſecta effugit. Germani uero & galli ſoli fortiter bellantes, & circunuenti reſtiterunt uſq; ad necẽ. Hæc Cæſar in loco pdicto ſcribit, ita fidẽ ſeruandã putabãt germani. Fidem Germanorũ Volateranus lib. v. ita innuit, deteſtãs pditionẽ quondam, ſi uerũ eſt, Nup, ait, inclytũ fidei nomen germanorũ, Heluetii infamauerunt, prodito Ludouico Sfortia Mediolanenſiũ duce. Mamertinus ad Conſtantinũ etiã adulando ita loquit. Ruperat fidẽ gens leuis & lubrica barbarorũ, robore & audacia. Verũ loquit ut panegyricis mos eſt, quis aũt mos ille ſit, Aelius Spartianus in Poſcennio ſcribit. Eodem more utit Ammianus Marcellinus lib. xviii. Vt ſunt, inquit, fluxiores ingenio barbari, & li. xxii. Gothos fallaces & pfidos hoſtes dixit. Fidẽ tñ in impatores germanorũ ueterũ copioſius alii allegant, ut Egeſippus li. iiii. ubi de Domiciano loquit, quẽ Germani ulti ſunt, dũ in ei⁹ ære fuerãt. Erat puerbiũ apud Martialẽ, Das catis Daciſq; fidẽ. Verũ ut adulator corruptiſſimus oĩm loquit Martialis, cui ſi qs fidẽ dederit, nõ hoĩbus ſimplicibus, ut Dacis, uerũ pditiſſimo aſſentatori pſtat. Vtinã Catis, Dacis, ac oĩbus Germanis in tanto pcio perfecta fides eſſet, ut ſpurciſſimo poetæ Martiali fidem non darent. Volaterani dictũ

De uictu Germanorum, & uſu Scytharum, & de uerbo Epiſcythiſæ. Ca. xvii.

Victus Germanorũ, ut Tacitus ait, comis eſt, laute aũt cibũ capiunt, ſeparatę ſingulis ſedes, & ſua cuiq; menſa eſt, & ſæpe ad cõuiuia armati pcedũt, Hæc Corne. Cibus aũt eorũ cruda caro fuit, teſte Zacharia Lilio, & Põp. Mela li. iii. Cæſar uero li. vi. lacte, carne, caſeo ueſci germãos ait. Strabo lib. vii. tenuitatẽ quoq; ciborũ germanorũ pbat, multos indigentia laborare ait. Cor. Taci. cibos ſimplices eſſe, agreſtia poma, cõcretũ lac, ſine apparatu, ſine blandimentis ad expellendã famẽ. Et in alio loco Corn. patientiſſimos fame dixit germanos. Corne. riualis in hoc eſt Sabellicus lib. ii. Ene. vi. Falſo ergo τοῦ λύχνου καὶ λεκύθου luxurioſiores germanos colophonia cõtumelia externorũ inuidia affecit. Appianus Alexãdrinus in Celtico ſcribit, Germanos in neceſſitate pabulis ciborũ loco uti. Cauci quoq; germani lacte carneq; carentes, ſolũ terræ fructibus ueſcunt, ut Plynius li. vi. c. ii. ſcribit. Gotthorũ quoq; ciborum tenuitatem Horatius lib. iii. carminũ, Oda xxiiii. innuit. Cib⁹ germanorũ

In montana quibus iugera libertas
Fruges & cererem ferunt.
Nec cultura placet longior annua.

Eſt tñ Germania terra ſatis lęta arboribus, uitibus ſatis ſuperq; conſita, ut li. viii. explicabimus. Cornelius diem noctemq; potũ continuare, Germanorũ nulli pbrũ dixit, etiã inter uinolentos rixas, raro conuicia ſequi, ſæpius cædes & uulnera. Idẽ quoq; Tacitus de reconciliandis inuicẽ inimiciciis, uel iungendis affinitatib⁹, ſiue aſciſcẽdis principatib⁹,

de pace deniq; & bello plærosq; in conuiuiis consultare ſcripſit. Appianus Alexandrinus belli ciuilis lib.i.ſcribit Germanos in bello Cæſaris uino referctos fuiſſe, eius uerba illa ſunt. Inter hos Germani potiſſimũ ridiculo fuiſſe dicunt, cũ a uino uexarent̃ adeo, ut aduueniente celerius Põpeio, facile deleri potuiſſent, Hæc ille. Itẽ Germani quanq̃, contra Appianũ, potui fuerint deditiſſimi, tñ uino abſtinebant, quia eneruare uires uinũ putabant. Cæſare authore. Alludit & Beroaldus in ebrio, germanos uinũ non guſtaſſe. Si ergo Appiani dicta ueritati congrua fuiſſent. Cæſar germanos nõ illuſtraſſet in eo, qui tñ illo tp̃e eorũ imp̃ator erat. Cor. Taci. potũ germanorũ humorẽ ex hordeo aut frumẽto in quandã uini ſimilitudinẽ cõpactum ſcribit. Et addit, ripæ ꝓximos uinũ mercari. Noſtro uero ſeculo, q̃a Bacchũ natura, & bonitate terrę naſcẽtem habent, uinũ q̃q; non bibunt, ĩmo ingurgitant. Fuerunt olim Germani, q̃rũ potus tm̃ hymbrorũ aqua reficiebat̃, ut Cauchi, de q̃bus Plyn. li. xvi. na. hi. ca. ii. Hũni olim, ut Rhegino ait, crudis carnibus ueſcebant̃ & hoĩm corp̃ib9, multa Iornandes. Cor. Tacitus li. xix. ait Germanos ſeſe longis epulis & uino ſopitos, clauſis foribus cremaſſe, Hæc ille Corne. qui prius apud Germanos uinũ rarũ, & inſuetos uini dixit germanos. Hieronymus contra Iouinianũ lib. ii. epiſt. iii. Septẽtrionales populos, inquit, ſi ad eſum aſinorũ camelorũq; compellas, ſimile putabũt, eorũ ueſci carnib9, Nomades, troglodytę Scythę, ac hũnorũ noua feritas, ſemicrudis ueſcunt̃ carnibus, Sarmatæ, Quadi. Vandali, & ĩnumerabiles gentes aliæ, uulpiũ carnibus ueſcunt̃. Hæc ille. Neſcio plane q̃ portenta uetuſtas cõmentata eſt, de ſeptentrionaliũ uictu. Fuerũt q̃ hos humana carne ueſci conſuetos dixerint, nec unq̃ peius audiuiſſe putes ullos mortalium, q̃ illos ſeptẽtrionales, in tm̃ eos priſcorũ affecit authoritas. Claudianus Hunnorũ morẽ ſcripſit, pulchrũ eſſe, ſecare parentes, & eorũ uiſcera in menſam parare, ni fallor de Herulis idẽ Procopius ſcribit, iniuria afficiunt̃. Videat̃ de Getis Strabo li. vii. ex Menãdri græci ſententia, uideat̃ Horatius in odis de Scythis. Si germanis Scythas illos adducendos exiſtimas. Hæc Athenæi gręcorũ doctiſſimi uerba ex. δ· uolumine dipnoſophiſtarũ erogata ſunt, cũ inq̃t. γερμανοὶ δὲ ὥς ἱστορεῖ ποσειδώνιος ἐν τῇ τριακοστῇ, ἄριστον προσφέρονται κρέα ὠπτημένα, καὶ ἐπιπίνουσι γάλα, καὶ τὸν οἶνον ἄκρατον .i. Germani ut Poſſidonius teſtat̃ in xxx, carnẽ apponebãt in conuiuiis aſſatã, & bibebãt uinũ meracũ atq; lac. Hęc ille, idẽ Poſſidonius getas γαλακτοφάγους .i. lactis comeſtores, et q̃ſdã germanorũ appellabat, q̃ & ἄβιοι dicti ſnnt, Euſtathio referente, dũ a comuni cibo mortaliũ ſegregati ad carnẽ tm̃ lac ac caſeũ ſe cõtulerint, ut em̃ βίος græcis uitã, ita & uitæ ſuſtentacula denotat. Nec Ciceronis ſententia nobis in portu remittenda eſt q̃ in v. Tuſcul. quæſti. lib. Scythas pulmento, carne, caſeo, ac lacte uitã tutatos ſcribit. Eiuſmodi ſententiã ipſe natiõe Scytha Anacharſis in epiſtola græca ad Hanonẽ ac Cratẽ teſtat̃. Cætera ex Q. Curtio, Arriano, ac cæteris nota ſunt, quanta parſimonia præditi fuerint Scythæ. Non ergo ueritati conſonat, q̃d A. Gellius ex Oneſicriti, Ariſtei, Iſigonei, Cteſiæ, Polyſtephoni, Hegeſię, li. x. ca. iiii. ſententia ſcribit. Scythas illos τοὺς ἀνθρωποφάγους .i. carniũ crudarũ uoratores, dum

Conſultatio germ. in potu.

Germani uino ab ſtinebant

Scytharũ ebrietas

res,dū Scythæ,maxime germani,cōtinentiſſimi fuerint,q̊d nemo Ouidio melius cognouit,apud illos uiuente.Nō epulis oneror,inqt,quarū ſi tangar amore,Eſt tn̄ in geticis copia nulla locis.Mouit etiā mihi non mediocriter ſtomachū Athenæus,qui contra,Scythis τὴν ἀκρατοποσίαν immerito aſcribit,in dipnoſophiſtarū uolumine q̊d iota inſcribit,ex Herodoti ſententia. κλεομένη τὸν βασιλέα σκύθαις ὁμιλήσαντα, καὶ ἀκροποτὴν γινόμενον, ἐκ τῆς μέθης μανῆναι, καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ λάκωνες, ὅταν βούλωνται ἀκρατέστερον πίνειν ἐπισκυθίσαι λέγουσι.i.Cleomenē regē Scythis conuerſantē,& eorū ebrietatē imitantē,ad inſaniā uerſum,unde ipſi lacones auiditatē bibendi uocauere epiſcythiſæ,ecce prouerbium ex ebrietate Scytharū in uulgū abiiſſe.Meminit huius uerbi Heracleotes in libro de ebrietate,& Atheus græcus author,in Aithoni ſatyrico,ſic dicens.
καλῶς μὲν οὖν ἄγειν σκύθιστι πίνειν.

Cætera q̄ ad huius parœmiæ venerē condonabunt,Eraſmus noſter feſtiuiſſimis ſcholiis abſoluit.Ecce q̄tæ ſcriptorū factiones,hi Scythas temulentiæ, illi uero ſobrietatis arguunt.Hæc aūt uolui reponere,dū nouerim,germanorū plurimos olim Scythas nūcupatos,& ubi de Scythis Europā habitātibus orō conſecratur,illic & de Germanis rem agi manifeſtiſſimum eſſe. Epiſcythiſæ.

Ebrietatem non tantum Germanis,uerum & omnibus gentibus aſcriptam. Ca. xviii.

PEculiari diuerbio id diuulgatum eſt,nullos tantæ ebrietati obnoxios, q̄tum Germanos,tanq̄ nulla ætate a germanis ebrietas deſiderata fuiſſet,ac nullis aliis nationibus conceſſa.Primus eiuſdē iniuriæ aſſertor. Pontanus fuerat,qui tantā uini indulgentiā germanis attulit,ut paſſim omnia longe lateq̄ nihil aliud patriā noſtram occupauerit q̄ temulentia. Modeſtius paulo Franciſcus Philelphus rē tractauit.Non ob unū uel duos germanorum ebrios,italorū inceſtos,Gallorū fidefragos,tantis criminib⁹ uniuerſam regionem cenſeri uoluit.Aegre fateor,doleo,immo offendor,q̄rundā noſtrorū bibēdi licētia,pœnitet oīa Syracuſanarū mēſarū eſſe in germaniis refertiſſima, ac Rhenū tantā non baccho traxiſſe uicinitatē,ut penes eū Neuia ſex cyathis ſeptē Iuſtina bibat, p̄cipue q̄ mari approximat Rhenus,ubi tā miſeros p̄dito bibendi uſu deditos mortales p̄terfluit.Gaudeo tn̄ in iniungendis criminū uitiis,illud q̊d minus,q̊d tolerabilius eſt,Germanis cōtigiſſe,nec q̊d fidē puerſā aut incōceſſa furta,aut reliqua ſapiat, q̄ p̄ter ius piūq̄ natiōibus īputata ſunt, ſorte germāis obuiaſſe.Vt tn̄ eorū iniuriā ex ſuſcepti muneris officio ultū eā, uideamus qui hi fuerint, qui citra æquitatem plus cæteris gentibus,germanis ebrietatē addixerunt.Primo hi igitur (q nulla conſciētia uini indulti detorquētur,nec uel in ipſis, nec in maioribus defraudati genii titulos ferunt, accedāt, Et primis lapidibus aduerſus germanos graſſent. Verū q̄ regio tam abſoluta eſt,cui non temulentię crimen a ſcriptoribus rerū inuſſum ſit,dēptis in hoc ſolis Germanis,q̄bus tp̄ib⁹ priſtinis om̄e q̊d uinū ſaltē olebat,denegatū eſt.Nō te fugit, qua potandi uoluptate ueteres græci fruebant,in quā uinolentiā inciderint Romani,ut illis ex frequenti uſu temulentiæ in prouerbium abiuerit.

Contra Cāpanū

Inferior. germ. populos uinolentiores

πῶς δὲ καὶ κεκραμένον πίνειν τὸν οἶνον δεῖ μετὰ τέτταρα. Meminerũt huius adagii Diocles ἐν μελίσσαις, Athenæus in nono dipnoſophiſtarum. Et Ion poeta græcus ac tragicus hæc de potibus græcorum ait.

Ebrietas quarũdã gentium

Εὑρὼν ὁ μάντις παλαμήδης ἐμαντεύσατο
πλοῦν ἔσεσθαι τοῖς ἕλλησι πίνουσι, τρεῖς
πρὸς ἕνα κυάθους.
Sciens uates Palamedes uaticinabatur
Nauigationẽ futuram græcis bibentibus, Tres
Cratheras ad inuicem.

Et Toxaris Scytha apud Lucianũ grę̄cis uſum eſſe ſcribit, in cõparandis amicis, uino parare amiciciã. Quibus couiciis Italorũ ebrietatẽ damnet Plato, ex eius epiſtola ad Dionẽ liquet, & Tullius in v. Tuſc. meminit. Si Syracuſanarũ mẽſarũ lectio placet? Idẽ Cicero de finib⁹ li. ii. Plutarchus, Aemilius Probus, Laertius in uita Platonis, & multi p̃ſtantiſſimi uoti te compotẽ reddunt. Quis Siciliæ uentres ignorat? qui Macrobium uiderit. Ab aliorũ temulẽtia mihi tẽperabo, ne oblitũ officii mei, ad uini ſtudioſos me ſtilũ conuertiſſe putes, uel me ipſum in eo largius, aut plus ę̄q̃ potui indulſiſſe exiſtĩes, ac me uini cupiditate adeo deuictũ, ut illo alligatus, pedẽ ad ĩſtitutũ referre ignorẽ. Deniq; olim uino abſtinuiſſe germãos reperies, quid Galli? a qbus Beroaldus in v. ſupra Tuſculanas q̃ſtiones cõmentario puerũ ſe, q̃tidie e publico lectorio ad Bacchi ſacrificiũ uocatũ ſcribit, ac ita cœnis ac uino diſtentos Gallos facit, ut farti ac ſepulti baccho, dũ uinũ nocturnũ edormire non poſſint, nec orientẽ ſolẽ aliqñ, nec occidentẽ cõtẽplare. Oh dii boni hoĩ infœliciſſimi, qui miſeriarũ ad ſubeunda tormenta nati, bibendi certamine adeo ludunt, ĩmo ludunt, ultra corporis menſurã, ultra uentris capacitatẽ, ad ꝑdenda uina oriunt̃, ut ſi bibere recuſaueris, eos continuo, ac honorem læſum eas, excandeſcentes, ĩdignanteſq; tibi paraueris, demũ ita penes eos obtinuit, ut q uerecundius ac remiſſius bibit, ſub aliorũ cenſurã cadit, quaſi affectatæ alterius famæ particeps, aut Parricidio ꝑditus, animaduertit̃, qui corpori ſeruiunt, nunq̃ liberi erunt. Et ut ego demũ me a uini memoria liberũ experiã, id ueritati adeo uicinũ eſſe ſcio, ſupiores Germanię populos eſſe uino liberos, ut olim liberrimos, nũc exteris q eos impugnant liberiores eſſe. De cæteris Germanis potius ſilere q̃ quidquam dicere honeſtius duximus.

Gallorũ ebrietas

Quí uino ſeruiunt minus liberi.

De cultu menſarum ac præparatione, & comedentium conſuetudine ueterum germanorum Ca. xix.

VEterũ Germanorũ uſum nec Cor. Tacitus, nec alii expreſſerunt, niſi tenuiter, & quaſi in tranſcurſu, ac digitis extremis, ut uulgo dicimus, rem illã libauerunt. Athenæus tñ grę̄corũ grauiſſimus, eo attentius, q̊ cæteri omiſſius, id ꝓſecutus eſt, multa memoria ac feſtiuitate. Eius em̃ orõ ex Poſſidonii græci hiſtorici ſentẽtia ꝓfecta, tandẽ iſta de Celtarũ cõſuetudine lib. Dipnoſophiſtarũ. Λ. ꝓdidit, loquit̃ aũt de Celtis germanicis, non gallis, q̊s p̃miſſæ eius orõnes ac ſequentes oſtendunt germanos fuiſſe, ubi alpes ac cę̄tera inhabitare eos dixit, adde ꝙ & uinũ eorũ ἄκρατον, itẽ bellorũ penes eos

ſublimitas ſit,ac plæraq; illis Celtis Athenæus conceſſit,Quæ Gallis tunc re
motiſſima,Germanis uero ſemp̃ ꝓpria paſſim ab oĩbus aſſerunt,uerba græ
ca adieciſſem,niſi locus ille diffuſus extitiſſet,ob leuandũ igit̃ lectori tediũ,lati
na ſubſcribã a nobis ſic interp̃tata.Celtę,intellige Germanos,Choas,ut Poſſi/
donius inqt,apponebant,& graminibus prius ſternebant ligneas mẽſas, pau/
lulũ a terra eleuatas.Nutriebãt aũt modico pane,ac plurima carne,in aqua eli
xata,ac carbonibus ac uerubus aſſata,Quã qdẽ non faſtidioſe apponebant,ac
ambabus manibus eleuantes,mẽbratim mãducabãt.Dũ uero caro δυσαπόσπαστον
.i.ſeperatu difficilis fuerat,exili cultro eã diſciderũt,q culter & cũ uagina in ꝓ
pria lance circũferebat̃.Piſces q̊q; apponebant,cõſuetos fluminibus marinis,
q̊s ſale aceto ac cumino aſſatos cõdiebant,qbus & ad potũ utebant̃.Oleo ue/
ro non fruebant̃,ob rarũ olei uſum,nã ob deſuetudinẽ oleũ eis iniucũdũ uide
bat̃.Qñ aũt multi ſimul cœnabant,circuli inſtar conſedebãt.In medio uero p̃
ſtantiſſimus,quẽadmodũ coryphæo cõuenit, q ab aliis differt,uel κατὰ τὴν πο
λεμικὴν εὐχέρειαν uirtute belli,aut genere,aut diuitiis.Inde ex utraq; parte iuxta
dignitatis ordinẽ & p̃ſtantiã, ſibi inuicẽ ſuccedebant,quas conſecutus erat q
libet.Hi ſimul & clypeos armatos a tergo ſiſtebant.Satellites aũt illorũ e regio
ne in modũ circuli,quẽadmodũ & dñi conuiuabant̃.Hæc Athenæi uerba la
tina breuiter obambulauimus,græca ſi qs deſyderat;ipſum auctorẽ requirat.

De uaſis fictilibus ueterum germanorum Ca. xx.

ERat aũt χόα uas fictile,q̃ uocãt,Suida referente, ἐκχύσεις ἐναγίσματα
ἐπὶ νεκροῖς ἢ σπονδάς.i.Inſtrumẽta infuſoria ſiue libatoria mortuis,aut Choa
calices aptos ad libãdũ,qbus æthcli uſi fuerant, ut Sophocles teſtat̃.
Sunt etiã iuxta Suidæ ſententiã,cratheres coronandis uinis congrui,ac mẽſu/
ræ genera,ſiue uaſa uinaria,qbus germanorũ ac Celtarũ ueteres fungebant̃ ,
& Romani q̊q; ut Plutarcho placet in Romicis uolumine inſcripto. διατὶ τῶν
ῥωμαίων ἐν τῷ φεβρουαρίῳ μηνὶ πιουμένων χοὰς καὶ ἐναγισμοὺς τοῖς τεθνηκόσι, δέκιος βροῦ
τος, ὡς κικέρων ἱστόρηκεν, ἐν τῷ δεκεμβρίῳ τοῦτ᾽ ἔπραττεν.i. Cur dum Romani in Fe
bruario menſe Choas & uictĩas defunctis faciebãt, Decius Brutus, ut Cicero
ait,in Decẽbri iſtiuſmodi exequias p̃egerit.Fuerunt & alia uaſa germanis pe/
cularia,q̊rũ Athenæus lib.dipnoſophiſtarũ .δ. meminit,cũ inqt. τὸ δὲ ποτὸν οἱ
διακονοῦντες ἐν ἀγγείοις περιφέρουσιν, ἐοικόσι μὲν ἀμβίκοις ἢ κεραμέοις ἢ ἀργυροῖς,καὶ οἱ δὲ
πλεκτά τό δε πινόμενόν ἐστι, παρὰ μὲν τοῖς πλουσίοις οἶνος ἐξ ἰταλίας καὶ τῆς μασσαλιητῶν
χώρας παρακομιζόμενος.Vbi Germanorũ ac Celtarũ pocilatores, in uaſculis cor
nu argento,aut ære p̃ditis,uina inferre ait,& illa diuitũ uaſa eſſe,q̃ ex Italia aut Vaſa ger
Maſſylia euehant̃.In oĩbus ueritatẽ ꝓfeſſus eſt,tũ qa tã ſplendida uaſa tm̃ di/ manica.
uitibus conceſſit,habet igit̃ Cor.Taciti ſententiã ſibi reſpondentẽ,q germãos
ignorare aurũ dixit,& apud paucos aurea uaſa reperiri,ac penes nullos etiam,
niſi qbus a magnatibus dono id p̃ſtitũ ſit.Bene ergo Athenæus ſubdit e Ro/
manis uaſa iſtiuſmodi tranſportari.Idẽ Athenæus ibidẽ.Cæteris germanis &
Celtis κανέα ξύλινα,ut eius uerbis loquar,eſſe.i.lignea caniſtra,ac πλεκτά.i.flexi
bilia,ut eñ Suidas exponit πλεκοῦν τὸ συστρέφειν παρὰ τὸ πλέκεσθαι.a flectendo,ha
bemus & adhuc noſtro ſeculo ſimilia uaſa,q̃ ſpeciẽ p̃dictã rep̃ſentant. Memo

moratˀ a Ply.li.xxxvi. c.vi. gēmā ī familiari uſu germāis obuiā fuiſſe,quā græci onychē appellāt, quā ad fingenda uaſa,ſellas,lectos germani uſui habuerūt,q̃ et fabricādis pedibus admodū cōuenerat.Mihi etiā multorū autoritate cōptu eſt,lentulū ſpinterū amphoras mira magnitudine ex gēmis p̄dictis congluti naſſe.Quod & Cor.Nepos palā oſtendit.Accedat Iulius dictator,q̃ lib.cōmē tariorū Gallicorū vi.ex urorū.i.taurorū labris, pocula ac fictilia uaſa formare germāos cōſueuiſſe,pfitetˀ.Sētentiæ ſuę riualē hēt Iuliū Solinū in collectaneis mirabilibus ca.xxix.Thraces ac Scordiſcę olim,referente Floro lib.iii.e craniis hoīm ſitim leuauerunt,queādmodū & Hunni apud Methodiū. Peculiare il lud barbaricę q̃rundā leuitatis argumentū erat,q̃d Longobardorū rex Albo inus apud Barnefridū,Sabellicū,Blondū Flauiū,& cæteros molitus eſt, q̃ ex cranio Chunimundi Gepidarum regis, crathera multo auro diſtentū fabrefi eri uoluit,ex q̃,& non niſi ſummis natalibus libare conſueuit,ut ait Paulus Di aconus,id more barbarorū tentatū fuiſſe Alboinū, quibus moris eſt,ex capi tibus hoīm ſitim ſedare.Verū poſtpoſita antiq̃tate,luxuria illa ex Italiæ ſinibꝰ in germaniā ſubrepſit,effecitq̧ ut nihil q̃d p̄cioſi q̃ddā ſapiat,in germania de ſyderetˀ.Sunt pocula germanorū q̃ priſtinā nunc uaſorū elegantiā,longe ex cedunt,non aurea,non argentea,aut ſuccino uel electro cælata,neſcio q̃d ho neſtius inſula recens inuēta,produxerit. Vidi ipſe uaſcula maximo auro nobi liora Nurēbergæ penes Bilibaldū Pyrkaimerū,patriciū,Cæſareæ maieſtatis conſiliariū,ſenatorio ordine p̄ditū,& q̃d dignius eſt,uirū oīm diſciplinarū in ſtructiſſimū,cui oē q̃d uetuſtatē aut uirtutē propriā cæteris mortalibus incog nitā ſapit,charū eſt.Vidimus apud hunc uaſa iuſta denſitate p̄dita,ut digiti dē ſitatē excedant, oīno tñ tranſparentia, & q̃ radios de ſe inſtar uitri reflectūt, ac ſpeculi,& ſunt tñ tota terreſtria,nil p̄ter humū rep̄ſentantia,& q̃ centū an nos ī terræ uiſceribus delituerūt,uſq̧ terra terrā penitus expoliret,meminit il larū formularū Plynius.Cæterū id uirtutis hn̄t,ut oīs ueneni ſpeciem nō ſuffe rant,& ſi uenenū fuerit introductum,niſi mox auferatˀ,continuo dirumpūtur.

Varia uaſorum genera

vaſa Pyrkaimeri Norici.

De iure,iudicio,conſiliis,& pœnarum inflictione. Ca. xxi.

NVnc de iure maiorū noſtrorū dicturus ſum,oīne Germanorū olim ius cohercendi populū apud ſacerdotes ſitū erat,horū interfuit uin cire,uerberare,uel anīaduertere,ut ait Cornel.& Sabel.li.ii.Enei.vi. Mox deinde rex uel princeps,prout ætas cuiq̧ uel facūdia eſt,auditˀ,& magis ſuadent auctoritate q̃ iubent poteſtate,& ſi ſententia diſplicuit, fremitu aſper nantur,ſin placuit frameas cōcutiunt,auctores ſunt Cor.& Sabellicus, uerba Illa etiā recenſet Phil.Beroal.in cōmētario Aſini aurei.Eligūtˀ(ut ait etiā Cor.) in iiſdē conſiliis q iura per pagos uicoſq̧ reddunt,& armati conſulunt.Leges primus apud Rhenum.i.Germanis fundauit Tuiſcon,authore Beroſo.Leges paucas habuerūt antiq̃tus Germani,plus em̄ illic boni mores,q̃ alibi leges ua lebant,refert Tacitus.Iura tñ punitoria ita exercebant,proditores & transfu gas arboribus ſuſpenderunt,ignauos & imbelles,& corp̄e infames,cœno uel palude deſup̄ iniecto,immerſerunt,in leuioribus delictis eq̃rum uel pecuniæ mulcta

De iure german.

mulcta ſufficiebat. Adulteræ etiam uxori maritus abſciſſis crinibus nudæ uerbera iniicit, Hæc Corne. Noſtro uero ſeculo legibus impialibus utunt̃. Eſt & iudiciũ penes Germanos ab aliorũ moribus amotũ, apud Sycambrorũ gẽtes, Vueſtualos, ubi iudices (conſcii dicti) oblatis conditionibus, ſine omĩ macula, reos arboribus (q̃cq; iure & omine) ſuſpendẽdi facultatẽ nanciſcunt̃. Illud iudiciũ Carolus Magnus primus inſtituit in Germania, dũ gẽtes mobiles Saxonũ domuit, ſtatuit iudices, q quęcunq; conſciũ defectionis ſcirent, cõtinuo occiderent, ut ait Aeneas Syluius in deſcriptione Europæ. Põp. Mela li. iii. Cauſas, inquit, ex eorũ libidine accerſunt, neq; impandi, platãdiq; uim poſſidẽt, ius in uiribus habent, adeo ut ne latrocinii eos pudeat, Hæc ille. Põponio aſtipulat̃ Ammianus Marcellinus li. xvii. Audiãt hi Tacitũ dicentẽ plus apud hos ualere bonos mores q̃ apud alios bonas leges. Hanc conſuetudinẽ Petrus Crinitus li. xii. ca. vii. in tantum extulit Conſcii iudices.

De exercitio uenationis ueterum Germanorum. Ca. xxii.

EXercitatio continua q̃tum ualeat Vegetius de re militari, Modeſt9, Onoſander, & alii q̃ plurimi literis mandauerunt. Germani ergo (ut bellicoſiſſimi fuerũt) aſſiduę exercitationi ſe dedebant. Ingrata erat genti huic quies, ut Corne. ait. Hoc igitur frequẽs ſtudium Germanis tribuit epithetũ exercitatiõis apud ſcriptores. Egeſippus & Ioſephus aſſidua exercitatione ipſos ſcribũt exercitatos. Similiter Seneca li. i. de ira. Cor. Tacitus in hiſtoria ubi de Cecinna loq̃tur. Rhœtorũ eq̃tes aſſiduę exercitationis dixit, Oroſi9 li. vi. Sueuos, Põ. Mela li. iii. aĩos & corpa Germanorũ exerceri aſſerũt in bello, Etiã aduerſus Alanos Hadrian9 ſecũ habebat Maſorẽ germanũ, maxima amicicia ſibi deuictũ, qa peritiſſimus erat uenationis, ut Dion græcus in uita eius teſtat̃. Laboris etiã patientes erant germani conſuetudine laborũ. Mãtuanus. Exercitiũ german.

Solenni reſonans Germania plauſu.
Indicat, eſt ſolitæ gentis ſudare ſub armis.

Venationi aũt maxime incubuerunt, ut Cæſar li. vi. ſcripſit, cuius hæc uerba ſunt, de Germanis loquens. Oĩs uita eorũ in uenatiõibus & re militari exiſtebat, ut Celtes illo carmine ſcripſit. Venatio german.

Comune his ſtudium uenari equitare uagari
Atq; ſuum uarias uictum quæſiſſe per artes.
Nec patrio tepuiſſe ſolo.

Aeneas Syluius etiã uenatiõis eorũ meminit. Mantuanus ad Cęſ. de germãia.

Aſſueta per alpes
Frigora agens, certare urſis, niue candida ſemper
Per iuga ueloces curſu præuertere ceruos.

Gotthi ſunt etiã uenationi deditiſſimi. Nam & Hũni ipſos primo ĩ uenatu ſollicitauerunt, ut apud Iornandẽ habemus. Venatores aũt horoſcopũ in quarta parte leonis hñt, ut ait Maternus Firmicus. Beroaldus in orõne puerbiali, de illo ſigno diſſerẽs, Germanorũ meminit. Cor. Taci. (quanq̃ ab Tortelio & Marſilio Ficino mẽdacii arguat̃) ueriſſime tñ de Germania ſcripſit, excepto illo loco, ubi de uenatione agitur. Verba Cornelii ſunt, q̃ties bella non ineunt, non multũ uenatib9 Locus Cornelii.

plus per ociũ tranſigunt dediti ſomno,ciboq́ꝫ, fortiſſimus qſq́ꝫ ac bellicoſiſſimus nihil agens.Hæc ille.In contrariũ uerba Cæſaris p̄dicta intendunt,cœlo etiã apto res ipſa eſt, Germanos uenatui deditiſſimos fuiſſe.Maior etiã fides Cæſari hac in re debet̃,q̃ Germanos uincere quid ſit didicit,& continuo uſu ſecũ habuit,nõ tñ minimus honor fuit apud antiq̃s uenatus laudatio, ut apud Platonẽ de legibus liquido conſtat.Herodianus li.iiii. imꝑatorẽ Italia diſceſſiſſe ſcribit,ad Iſtrũ ueniſſe,corpuſq́ꝫ exercuiſſe uenatu.Nec ſacri Canones deſunt,ubi papa epiſcopum quendam Germanorũ ob uenat⁹ ſtudiũ caſtigauit.

De ſtudio natandi,& aliis exercitationibus eorũ. Ca. xxiii.

Natandi ſtudium

LAbor deinde ꝓximus fuerat,cũ ſub toga Germania gerebat̃,natãdi conſuetudo,q̃ta aũt illa fuerit,ex eo conſtat,cũ Germania aquarum referta fuerit,ut li.viii.oſtẽdã.Nam ut ſcribit Herodianus li.vii.hiſt. Germani peritiſſimi ſunt natando,qui tm̃modo in fluuiis lauant̃,& idẽ hiſtoriographus viii.uolumine ſcripſit ipſos natando ſe tradidiſſe fugæ. Sæpe em̃ legimus Germanos nataſſe,& ſe ipſos in fluuiis lauiſſe.Cimbri qnoque fluuium tranſgreſſi,ſe flumine lauerunt natantes,ut Plutarchus noſter ſcribit.Cornelius etiã hiſtoriarũ li.xx.fluminibus ſuetos germanos dixit.Cæſar li.vi.Põp. Mela li.iii.etiã in hyeme flumina traieciſſe Germanos natando oſtendit. Frãci q̃q́ꝫ(tunc Germani)in bello q̃d contra Gallos geſſerunt,tp̃e Antenoris regis eorũ,ad extremã neceſſitatẽ adducebant̃ a Gallis, unde in flumen ꝓſilire cõpulſi ſunt,multi uero eorũ ad littus natando emerſerunt,ut ſcribit Hunibaldus.Idẽ in bello contra Iulianũ Germani moliebant̃.Marcellino auctore, cui⁹ uerba illa ſunt.Fugentes tñ aliq̃ tela incẽdiorũ,magnitudini amnis ſe remiſere & gurgitibus,peritia natandi ripas ulteriores occupare poſſe ſperantes.Ratio huius aſtrologica ẽ apud Iuliũ Firmicũ,quã & Beroaldus adducit, & Manili⁹ li.iiii.ſic dicens. Vltima q̃s gemini ꝓducunt ſydera piſces His erit in põtum ſtudium,uitãq́ꝫ profundo. Erat aũt longe excellentiſſimũ,q̃d idẽ Ammianus Marcellinus aperte teſtatur.Fugatos Germanos in armis ſeruato eodem etiã ordine,fluuiũ tranſtuliſſe ĩnoxios,nec unũ ex ipſis fuiſſe deſyderatũ.Cornelius q̃q́ꝫ Tacitus Batauos aquis inſultaſſe,lib.ii.refert,ac artẽ natandi oſtentaſſe.Idẽ Tacitus lib.i.hiſto.recens inuento.Cecinna,inquit,fragiles ſexus(germanorũ intellige)trucidauit.Iuuentus aũt nando fluuiũ tranſmiſit. Nec illud remittẽdũ ẽ, q̃d Capitolin⁹ in uita Maximini ſcribit,Cæſarẽ tunc Germanos oẽs trucidaſſe,niſi q̃ nando per paludes aufugiſſent.Idem Herodianus addit. Εἰσὶ δὲ καὶ πρὸς τὸ νήχεσθαι ἐγεγυμνασμένοι, ἅτε μόνῳ λουτρῷ τοῖς ποταμοῖς χρώμενοι. i. Sunt enim Germani nauigando uel nando exerciti,qui tantummodo, in fluminibus lauantur.Idem Herodianus lib.ultimo, γερμανοὶ δέ τινες οὐκ εἰδότες τῶν ἰταλιωτῶν ποταμῶν τὰ σφοδρὰ. καὶ καταρρηγνύμενα ῥεύματα, οἰόμενοι δὲ χολαίτερα ἐπινήχεσθαι τοῖς πεδίοις, ὥσπερ τῆς αὐτοῖς, διά καὶ πήγνυνται ῥαδίως, μὴ σφοδρῶς κινουμένου τοῦ ῥεύματος. ἐπεισπηδήσαντες ἅμα τοῖς ἵπποις, διανήχεσθαι εἰθισμένοις. Quod ferme idtonat.Germani quidẽ rerũ ignari,ꝙ rapido ruptoq́ꝫ impetu italiæ flumina deferant̃,ratiq́ꝫ ſenſim cãpos influere,quẽadmodũ penes eos cõſueuerũt, ubi

flumina

flumina nihil cõcitãt,facile congelaſcũt. Auſi itaq; Germani ſe ſimul & eqs natandi peritos,alueo credere,Hæc ille.Scythæ etiã ſeptẽtrionales in bello cum Sarmatis geſto,effugerũt natando,referente Luciano, πλὴν εἴ τις ἔφθη, διανηξάμενος εἰς τὸ πέραν τοῦ ποταμοῦ, ἔνθα ἡμῖν τὸ ἥμισυ τοῦ στρατοπέδου.i.Niſi qs fluuiũ tranãs natãdo effugerat,ad aliã ripæ partẽ,ubi dimidium exercitus noſtri erat.

De aliis exercitationibus Germanorum Ca. xx.

SVnt & alia Germanorũ gymnaſmata. Vt eñ Cor. Tacitus ait, iuuenes eorum inter gladios,ac infeſtas frameas ſeſe ſaltu iniecerunt,ita exercitatio artem parauit & decorem.Hęc Cornelius Tacitus.Fuit et Germanis familiare,in gyrum equos uertere,ac in altum leuare.Oſtendit huius rei argumẽtũ Maximinus Cęſar, q a Germãis utriſq; parẽtibus ortus (patre.n.gottho ac matre alana)hoc uſu tenebat.Nã eqs ĩ circulũ uertere barbarica cõſuetudĩe ut Symmachus lib.hiſt.v.ac Iornandes teſtantur,ſemper experiebatur. *Iuuenũ in haſtis gymnaſmata.*

De Nomiſmate ueterum Germanorum. Ca. xxv.

FVit tpibus priſcis paucis cõceſſa cõflandi æris facultas. Germani id uirtute belli emeruerũt.Tẽporib9 Iuſtiniani,referẽte Procopio græco auctore li.iii.dũ inqt.Habuerũt Germani Italiæ loca,& toti9 oræ maritimę ſeceſſu potiti ſunt,Maſſyliã Focẽſiũ coloniã circa mare in ditionẽ acceperũt,unde & in loco (Arelate ubi nũc eſt)reſiderũt.Hi,inqt,aureũ numũ cudẽt,e natiuo galliarũ metallo,ſua imagĩe impſſa,licet Perſarũ rex numiſmata faciat,nõ tñ ut illis,phas eſt huic imaginẽ ſuã imprimere,nec alius quiſquã barbarorum auſus eſt. Methodius quoq; ſuo tempore Saxones leonem in nomiſmatibus circuntuliſſe aſſerit. *Nomiſma germ.*

De labore & agricultura Germanorum. Ca. xxvi.

LAborioſos Germanos ſcriptorũ doctiſſimus quiſq; tradidit, ſicuti Põp.Mela li.iii.quẽ ſequit̃ Lilius in ſua geographia,& Cęſar li.vi. q eos a paruulis labori et duriciei ſtudere ſcribit. Vellẽ Corneliũ (q̃d alii) tm̃ Germanis exercitatiões uidelicet laborẽ & uenatũ pſtitiſſe,quas eis exclusit. Nã Germanorum fœminis tm̃ & infirmiſſimo cuiq; ex familia,agrorũ curã cõmiſſam ſcribit.Cæſar q̃q; Germãos in agricultura negligẽtię accuſat, li.vi.mediũ .n.germanorũ numerũ annuatĩ bello,reliquã agriculturæ tribuit, ne ruris cõſuetudĩe,belli ſtudiũ minuerẽt.Claudian9 itaq; Gotthos.Procopi9 gręcus Herulas ac Sclauos nil arare aſſerũt,tantũ præda uitam ſuſtentare,q̃d de Getis Ouidius in Triſtibus idem ſcripſit. *Labor german.*

De Ludo Germanorum. Ca. xxvii.

INter oĩa aleæ ludum Germani exercebãt,& ſobrii inter ſeria tractabãt, tanta lucrandi,perdendiq; temeritate,ut cum omnia defecerũt, extremo & nouiſſimo iactu,de libertate & corpore contendebant.Cornelius hęc. Ipſumq; ſecutus eſt Sabellicus lib.ii.Enei.vi. & Philippus Beroaldus in Aleatore.Luſores autem tales horoſcopum propriũ (ut Iulius Firmic9 ait) in aliq b9 librę partib9 hñt.Beroaldus eius meminit,ubi de germanis loquitur. *Ludus aleę ger.*

De Coniugio & matrimonio Germanorum. Ca. xxviii.

Cõiugia germanorum

AD germanorũ nunc cõiugia deſcendã, q̃bus uarius erat uſ9, p̃cipue ſeptẽtrionalibus Scythis, q̃s ſemp̃ germanorũ inſtar coluimus, ad q̊rum coniugia deſcribenda nonnihil nobis Luciani dialogus φιλία inſcriptus confert, uerba eius ſunt de Scythis Boſphorinis & ſeptentrionalibus, δεῖ δὲ τῶν μνηστήρων ἕκαστον προσαγγείλαντα ἑαυτόν, διότι μνηστευσόμενος ἥκει, δειπνεῖν ἐν τοῖς ἄλλοις, κατακείμενον ἐφ᾽ ἡσυχίας· ἐπειδὰν γὰρ παύσωνται δειπνοῦντες, αἰτήσαντα φιάλω, ἐπισπεῖσαι κατὰ τῆς τραπέζης, καὶ μνηστεύσασθαι τὴν παῖδα, πολλὰ ἐπαινοῦντα ἑαυτόν, ὅστις ἢ γένους, ἢ πλούτου, ἢ δυνάμεως ἔχοι .i. Oportet aũt unũquẽq; procorũ, ubi quis dixerit, quis fuerit, & qua fiducia ad ambiendas nuptias acceſſerit, cũ reliquis conuiuari, tacitũq; accũbere, inde pacto conuiuio poſtulata phiala, uinum in menſam effundere, ſpõſam ambire, multũ ſe cõmendare, q̊ genere, q̊bus opibus, qua potentia, ualeat. Hæc de ſeptentrionalibus. Cæterũ barbarorum fuit plures uxores ducere. Germani uero talẽ morẽ p̃ ſe ferebant (ut Tacitus ſcribit) ut prope ſoli ſingulis uxoribus contenti fuerint, exceptis admodum paucis, qui non libidine, ſed ob nobilitatem plurimas nuptias ambiebãt. Sicuti de Arouiſco Germanorum rege patet, qui duabus uxoribus contẽtus, utraſq; bello amiſit. Cæſare in .i. & Euſebio referẽtib9. Getæ q̊q; hanc conſuetudinem tenuerũt. Dos aũt uxori a marito offerebaẗ, cuiq; munera nõ ad muliebres delitias, uel ad nouę nuptę comptum parabãtur. Nam frenatum equũ, boues donabant, & ſcutum cum framea. Ipſis autem incipientibus matrimonium auſpiciis admouentur, uenire ad eũ laborũ periculorumq; ſociam cõiugẽ ſpondent, idem in pace, idem in bello, paſſuram, auſuramq;. Hæc Cornelius. Ecce chriſtianę religionis cõſortio cõſentaneũ? q̃d & Cãpanus ille late exeq̃t.

De Caſtitate Germanorum. Ca. xxix.

Caſtitas germanorum.

CAſtitatem aũt germani ita uenerati ſunt, ut uix alia gentiũ, ante uigeſimum em̃ annum fœminæ habuiſſe cognitionẽ, turpiſſimũ iudicabant, ut ait Cæſar li. vi. cui adhæret Tacitus, his uerbis. Sera iuuenũ Venus, eo ꝙ inexhauſta eſt pubertas. Caſtitatem quoq; in coniugio alia gente firmiorẽ cuſtodierunt, q̊d Horatius noſter oſtendit, ubi Getarum pudiciciã libidinibus Romanorum prætulit, libro iii. carminum ode xxiiii.

Viuunt & rigidi Getæ
Nec dotata regit uirum
Coniunx, nec madido fidit adulterio
Dos eſt magna parentum
Virtus, & metuens alterius uiri
Certo fœdere caſtitas.

Lucianus tñ in dialogo τόξαρισ ĩſcripto Scythis cõcubinas aſcripſit. C. Taci. Horatio aſſerẽs ita loq̃t. Pauciſſima in tã numeroſa germanorũ gente adulteria, q̊rũ pœna maritis p̃ns p̃miſſa eſt. Septa ergo pudicicia agũt, nullis ſpectaculorum illecebris, nullis cõuitiorũ irritatiõib9 corrupti. Hec Corne. Certis .n. dieb9 (ut cũ luna ĩchoaẗ) coierũt germani, autore Corne. Nec etiã cupiditatib9 adeo illiniti fuerũt, nec uiſu cõmouebãẗ. Quod Pogi9 teſtat9 eſt ad Leõhardũ aretinũ ſcribẽs de balneo Badẽſi, ait. Publica duo balnea ſũt, ubi ĩnuptę puellæ, pueri q̊q; deſcẽdũt, ubi adoleſcẽtes & fœĩas uidere eſt, oĩb9 nates oſtẽtãtes. Balnea uero domorũ p̃polita, ubi p̃ feneſtrellas colloq & potare licet, ſæpe fœĩę nudę nudo uiro obuiã ire, nulla ĩhoneſti ſuſpicio, maſculi cãpeſtrib9, fœĩę linteis ĩduũẗ

ueſtibus,crurũ tenus a latere ſciſſis,neq̧ collũ,neq̧ brachia uel lacertos tegũt. Cernũt uiri uxores tractari, cernunt alteri colloq̧, Eſt q̃dẽ ipſis ſolatiũ,nihil his cõmouẽt,nihil admirãt,oĩa bona mẽte fieri putãt,neq̧ ẽ ex iis q zelotypꝰ eẽt. Hęc Pogius.Et addit inde,tragico clamore aduerſũ Italos dicẽs.O mores nr̃is diſſiles,q ſp̄ res ĩ deteriorẽ p̃tẽ accipimꝰ,q uſq̧ adeo calũniis delectamur, & obtrectatiõibꝰ,ut ſi q̃d uidemꝰ p̃ ullã cõiecturã,ſtatĩ ꝓ manifeſto crimĩe atte ſtamur.Inuideo,ĩmo nr̃as execror p̃uerſitates animi,q ſp̄ q̃rimꝰ,ſp̄ appetimus celũ,maria,p̃uertimꝰ ad pecuniã eruẽdã,nullo cõtẽti q̃ſtu,nullo lucro ſaciati, dũ futuras expaueſcimꝰ calamitates,cõtinuis calamitatibꝰ & anxietatibꝰ iacta-mur,Hęc ille Pogiꝰ italꝰ,nõ germanꝰ.Quid aũt lector ex illo accipiat:notũ ẽ, Germãos etiã a ſuſpiciõe eſſe ĩnocẽtes.Illa cõſuetudo etiam nr̃a tẽpeſtate ĩ bal neis ubiq̧ obſeruat̃.Italorũ uero m̃lieres e uia uix ſine comite egrediũt̃. C.Ta citꝰ id etiã apud antiq̃s obſeruatũ ſcripſit de Germãis.Nudos.n.iuuenes inter gladios ſe iactare,nõ ĩ q̃ſtũ tñ,aut mercedẽ,q̃uis audacis laſciuię p̄cipuũ uolup tas p̄ciũ ſit ſpectãtiũ.Miror natiõis illiꝰ hoĩes,q germãos forſitã ex eoꝝ ĩgenio iudicãt.Hieronymus in epiſt.xxxi.diſt. xii.ad Gerũtiã,deteſtans luxuriẽ latino rum,& aliorũ,laudat & barbaros in eo,& addit,trecentas uictis Cimbris ma-tronas Teutanum, Mariũ rogaſſe (cũ ſe aliis uiris captiuitatis conditione tra dendas eſſe didiciſſent)ut tẽplo Cereris & Veneris adiũgerent̃,cũ hoc non impetrauerant,occiſis paruulis,mortuę rep̃tę ſunt,addit Hieronymꝰ,q̃d ergo barbaræ caſtitati non potuit inferre captiuitas:Hanc hiſtoriã etiã recitat Val. Max. li.vi.cap.i.Oroſius li.vi. & nos lib. iiii.referemus.Codrus in ſermonibus Italorũ luxuriẽ deteſtatus eſt ſimili exẽplo,Germanos in hoc maxĩe extollẽs, q̃a ante xx.annũ mulierũ his nulla cõſtet rõ. Hũc morẽ etiã Pe.Crinitus li.xii ca.vii.cõmẽdat.Hęc ſatis de eorũ caſtitate,ad alia pedẽ relaturus ſum,cũ ſolus uerę caſtitatis germanorũ Campanus ille teſtimonium dediſſet.

De lingua Germanorum. Ca. xxx.

VEnio nũc ad extremã noĩ germano ĩiuriã,ab italo illatã, uidelicet, q̃a ſcriptorũ q̃ſq̧ barbaros noſtros dixit,ſicuti Plutarchꝰ in uita Marii. Florus li.iii.Herodianus,& alii.Vt aũt Germãis p̄ns ſim,rogo,qua de re barbari dicãt:Si.n.lingueꝛ rõne barbari ſumꝰ,eo uidelicet,q̃a nõ declinabilis noſtra lingua eſt,nihil aliud r̃ndebo,niſi Anaxarſis dictũ ad Athenieñ. q̃bus ſcripſit hoĩes nõ linguis,ſed uirtute differre,& ſi linguis,meliꝰ tñ barbare loq & obediẽtes eẽ,q̃ cõtumaces,& attice dicere. Hęc ille. Verũ ut nĩl ĩpẽſatũ ext̃-norũ ĩiurię relinquamꝰ,uideamꝰ q̃ maiora ĩcremẽta uel Italorũ,uel germano rũ lĩgua ſũpſerit. Vulgaris Italię ſermo,q olĩ comicos hauſerat,q̃tũ Dacorũ,lõ gobardorũ,gotthorũ irruptiõibꝰ defecit: ut ꝓfecto italos iã nomẽ arguat.Si mile iudiciũ de gręco uulgari ſermõe ẽ.Q̃tũ uero ĩcremẽti germanicę lĩguæ rigor aſſũpſerit,ĩ ꝓpatulo ẽ,ꝓpria.n.lĩgua ĩpĩ germãi ĩter ſe ĩ tm̃ ĩterſũt,q̃tũ & latĩa ac uulgaris.Nõ.n.extremę laudatiõis elemẽtũ ẽ,ſcire diſerte germãice loq.Si eorũ lĩguã Itali dicãt a uero fõte latĩo originẽ habuiſſe,& germãi eorũ lĩguã cũ a gręco tũ a latĩo fõte multũ hẽre gloriãt,a gręco ĩcipio,q̃d gręci ꝺ̃ę di

cũt,nos thyr,q̊d gręci yctis,nos yltis aĩal,q̊d illi φλεβότομον,nos flieten,ferrũ q̄ ue
na ſecat,q̊d gręci λαλεῖν,nos lallen dicim⁹,& multa alia.Propria q̄q; nomĩa ut
δημοσθένης,nos Volckart,λεωκράτης Leonhart,πολύφημος Albrecht,χρύσανδρος
Mãgolt,eaſdẽ cõpoſitiões(ut & gręci)hñt,ĩ q̄ noſtra lĩgua ,pximior gręco idi
omati accedit,q̄ latĩa.Itẽ terrarũ noĩa,ſicut q̊d græci dicũt γῆ.i.terra,nos Geu,
ut Durgeu,q̄ſi terra iuxta flumẽ Durã.Sic Sũdkgeu, Kreichgeu.Itẽ q̊d illi κώμη
nos bach.i.uilla,ut Steinbach.Illud demũ maxim ẽ,ĩ q̄ plus cõmercii lĩgua no
ſtra cũ gręca hẽt,q̄ uera & ſyncera latinorũ lĩgua.Germãi.n.articulis utũt,pin
de ac græci,hi.n.τς μόσης,nos diſe dicim⁹,qb⁹ latini ſupſederũt.Quid ꝟo a latĩo
hẽat noſtra lĩgua,uanũ uidet̃ dicere,qlibet.n.lĩguę hmõi elemẽtario id cõſtat.
Eſt ergo lingua illa noſtra plurimum uel a græco,uel latino fontibus,aut a ſo
no(ſicut & ipſe cũ gręcus tũ latin⁹ ſermo)aut alia neceſſitate cõpoſita, q̊d Be
beli⁹ ,pbat ĩ eo,cũ gallic⁹ ſermo multũ gręci habuerit,autore Cęſare. Si uero
Itali dicãt aptiorẽ lĩguã eorũ carmĩb⁹,ſicuti Guarin⁹ Veroneñ.FR.Petrarcha
et alii,q priuatis italorũ lĩguis carmĩa ſtruxerũt.Sciãt id & añ M.ãnos ĩ nr̃o ſer
mõe actũ. Ouidi⁹.n.getico idiomate librum Auguſti laudis capacẽ ſcripſit,ut
li.iiii.de Põto. Et ſcripſi getico ſermõe libellũ. Structaq; ſũt noſtris barbara
uerba modis. Hunibald⁹ multos autores allegat,q germãico idiomate car
mĩa ſcripſerũt,ſicuti Heligaſt⁹,Darac⁹ et alii.Scriptores noĩa etiã nr̃a ad latinũ
ſæpiſſime ꝟterũt, ut ĩ Pli. li.x.Gãzas latĩe,noĩam⁹ nos(Gãtz)Qui plura de iis
legere cupit,Paulũ Diaconũ legat,q pene oĩb⁹ germanorũ noĩbus latinũ dat
ſonũ.Prim⁹ aũt germanicã lĩguã Trebeta cõpoſuit,fili⁹ Semiramis,ut ãnales
Nouietẽſiũ dicũt.Carol.Magnus,ut Vuimpheling⁹ ſcribit,Sigibert⁹ Gebla
cẽſis,Vrſpgẽſis,& alii uolũt,mẽſib⁹ inde & uẽtis noĩa dedit,lĩgua nr̃a tm̃ ita ſe
extẽdit,ut nulla ſit regio ubi nõ germãos audias. Zach. Lilius in geographia
ſua ĩ plurib⁹ italię ciuitatib⁹,maiori impio germanorũ q̄ italorũ lĩguã increbe
ſcere ſcribit.Id q̄q; Carolũ maxĩe germanũ eſſe,ac ei⁹ ,pſapiã argumentũ eſt,
q̄ hi plurimũ in germãia habitãtes, germãice locuti ſũt,ut Einhard⁹ ludouici
regis ac Caroli filii enarrator oſtẽdit,dũ ſcribit Ludouicũ, fata iã ſoluentẽ,di
xiſſe germanice vſſ vſſ,quod apud latinos foras ſignificat.

Lingua germ. vñ originem ſumpſerit

De pfectione linguæ Germanicæ,& quõ græce noĩa eorũ dicant̃. Ca.xxxi.

EX pmiſſo capite cõſtat,germanicã lĩguã ,pximã græcorũ idiomati ac
cedere ,ob articulorũ cõione,alia q̄q; uicinitas eſt,queadmodũ græ
cę lĩguæ peculiare ẽ,honeſta cõpoſitiõe plures dictiões coaptare,ita
et germãico idiomati idẽ familiare ẽ,ĩ eo tñ lõge gręcã q̄ latinã lĩguã germãic⁹
tenor excedit.Nã oĩs ĩpatiu⁹,ac oĩa pene germãica uocabula monoſyllaba ſũt
ut brot,ſuſz,diſch,der,dem,liſz,morn &c.& pene qcq̄d monoſyllabã excedit,
pegrinũ ac nõ germanicũ eſt,ſicuti deller,externorũ eſt,q delir dicũt,ita vuaſ
ſer,a pegrina lĩgua traductũ,qua vuammaſei dr̃,ita & Baret,kleinet,fenſter a
feneſtro, & alia diſyllaba trãsferũt pegrina.Ouidi⁹ nõnihil lĩguã geticã.i.uere
germanam cum gręcis habere aſſerit in triſtibus. Moeſia uocis habet quid,
barbara lingua latino Græcaq; cum Getico mixta loquela ſono eſt.
Verum de illo copioſior inferius erit orõ.Cæterũ ut innoteſcat quõ a græcis

Vocabl'a germ.mo noſyllaba

germanica nomina dicantur, Attila a græcis ἀττήλας profertur, per as quem admodũ nos Sylla σύλλας, βούλγαροι Bulgari, ἄβαρες Auares ꝑ b, οὖνοι καὶ οὔγγαροι, Hunni & Vngari ſine aſpiratiõe apud Suidam, σάρμαται Sarmatæ, licet Dionyſius græcus γερμανοί σάμαται. i. Germani Sarmatæ ſine. ρ. dixerit, hoc tñ ut Euſtathius ait ibidem τοῦ μέτρου βία ἐξώθησε τὸ ρ, σάρμαται γὰρ εἰπεῖν εἴδει, καὶ οὐ σάμαται i. metri cauſa literam. r. depoſuit, fuiſſet enim dicẽdum ſarmatę, & nõ Samatę, κίμβροι & κύμβροι, Cymbri lego apud Plutarchum, & tamẽ κιμμέριοι ſemꝑ Cimmerii per iota apud Herodotum. Ptolemæus ἄξονες καὶ σάξονες Saxones dixit, βλήδας Bleda rex Hunnorum. Cætera nomina propria germanica, quo pacto a græcis dicantur, ꝰli. ultimo enarrabimus.

De nominibus Germanicis, & unde emerſerint. Ca. xxxii

Maxima neceſſitas quam cum græco idiomati noſtra lingua gerit, illa eſt. Quod pene omnia antiquorum nomina germanica, germanicam ſapiũt originem, ac ſignificatiua ſunt, quemadmodum apud græcos. Ammonius Iuppiter dicit, quia in harena Lybica colitur ἄμμων. ita Plato in libro de illis qui pro patria pugnauerunt, nomen Hectoris declarat, ita Homerus in hymno Veneris nomen Aeneæ a laude deducit. Voluerunt idem obſeruare Cicero in libro de natura deorũ, et M. Varro in latinis. Hoc etiam enixe penes Germanos obſeruatum eſſe manifeſtiſſimum habemꝰ. Aliqua enim nomina germanica a uerbo dicuntur (vuert) quod nos ualere dicimus ut Dagobertus Dagvuert, more grecorum, ita B. in. V. transferunt, ita Lampertus Languert. Alii tamen illa nomina in barbam ꝓtulerũt, ut Langbart Lambertus, ueluti ſequetur. Alia a diuitiis dicunť, quemadmodum quæ in. Rich. deſinunt, ut henrich Habenrich, Gentzerichus Gantzrich, Alricus Alrich, Fridericus Fridrich, Vlricus Vrrich. Eſt autem vr germanice, quod apud latinos totum dicitur, Vaſt, ut germanorum ueteres loquebantur. Alii Germanorum a conſilio, Radt, nomen ſumpſerunt, ut Cunradus, kun im radt Alii a fama, Mer, ut Filmer Getarũ rex Filimer, Danckmerus, licet alii Danckmarum uocitent ducem Saxonum, Henrici cæſaris propinquum, Alii a facie, ut Kunimundus, kuon mund, Toriſmundus Beriſmundus Getarum ac Gepidarum reges nuncupabanť. Hec omnia ideo adduximus, ut æquus lector agnoſcat, gentes illas uere germanicas extitiſſe, & nomina illa ueriſſima germanorum. Et ob linguæ illius ignorantiam, ſepe ab Italis corrupta fuiſſe prolata. Dum eñ Rictium, Vrſpergẽſem, Rheginonem, & plæroſqꝫ alios uideo, plura reperio nomina, tunc apud Gallos, quorum origo germanica erat, quę tamen gallica credebãtur, Rictius in hiſtoria de regibus Francię, Eubroniũ, quẽdam, adducit Childerici occiſorem. Vocabulum eſt corruptũ, alii ipſum Eberonium, & itidem male nominant. Dicitur autẽ Ebervuinus teuto. Ebervuin, quod uocabulum germanico nomiſmate ſignatur. Ita Ortvuinus, Balduinus dux olim Flandriæ, Ervuina uxor eiuſdem ducis, teut. Ertvuin, Volovuinus apud Vrſpergenſem teuto. Volvuin. Erkindus ab aliis Ertvuinus dictus eſt dux Sueuię, Lutvuinꝰ dux Lotharingiæ. Et hi a vino appellationẽ tu-

Noĩa ꝓpria germanica ſignificatiua

lerunt. Vocauerunt etiam Germani alios a pace, nos(Frid)ut Fridericus, Linfridus, Gotofridus, nos Friderich, Ellein frid, Gutfrid, dicim9. Manfridus Mãfrid, Lanfridus Landfrid. Sigiſridus, Erlafridus. Latini per œ illos ꝓferentes, ut Fœdericus, & a fœd ere noĩa illorũ deducere uolunt. Velim ut germanicis nominibus germanicos numeros tribuerent. Item a robore nos)Hart) ut Gothardus, Leonhardus, Burkhardus, Vuolffhardus, Bernhard9, Marquardus, Richard9, Reinhardus, Volghardus, Einhard9, Eberhard9. Sũt & a uiro (Man)Hartmannus, Carolomannus, Hermannus, Chriſtmannus. Nec deſũt ab audacia, ueluti Hiltbrand9, Hildegardis. Itẽ oĩa noĩa ĩ dieth germanica, latini in theos, ſimiliter ac græci tranſtulerunt, ut Theobaldus Diebald, Theomarus Dietmar, Theodoricus Dietrich. Eſt autem, Dieth, ueriſſimum uocabulum germaniæ, quod diuitias ſignificat; das iſt ain diet. Item ab amore, Lupoldus nos Liebholt, Dieboldus, Berchtoldus. Illa itaq; & ſimilia nomina germanica a nominibus germanorum deſcendebãt. Hęc nomina græci ꝑinde ut latini ad declinatiões traxerũt. uñ & paululũ uariata ſunt. Hinc eſt, ut multarũ regionũ, ciuitatumq; origines ignoramus, & græca putamus, quæ tamen germanis debentur. Veluti Vormacienſes dicimus Vangiones, omnes mirantur, unde nomen illud fuerit profectum: litteris græcis non opus eſt, Germanic9 fons ſpectet. Vrbs hæc ſita eſt in territorio teutonice Vunggau dicto, cerere & baccho opulentiſſimo, græci paululũ uariantes litteras Vangiones illos ꝓferebãt, quaſi Vungaugiões. Sic & Nemetes, uelnti a ſolitudine illic dicti ſunt. Tribochi a trib9 nominatiſſimis quercubus(Treibuoch)nomẽ ſumpſerunt ut Celti placuit. Sic.n.et Norici, qui hodie ſunt in loco, Norkeu dicto. Iuuat iſtis cęteris germanis datam eſſe anſam. Carolus Magnus ut eius hiſtoriæ dicunt, & abbas Tritemius teſtatur, nomina germanica in regulas digeſſit. & opera quedam ligna germanica edidit. Poſt Carolũ Gotfridus ſcriptor, Hugo Floriacenſis, Eberuuinus, & Segenbergenſis quorum annales et adhuc in bibliothecis monachorum uidentur, plura de exordio germanici idiomatis protulerunt.

Vangiones unde

An Germani ſint barbari, & quis dicatur barbarus Ca.xxxiii.

Barbari qui

NOn eſſe barbarum, tantum gręcis olim fuit attributum, & tamen nõ omnibus, auctore Feſto, & illi græci, qui non plene linguam gręcam & fœliciter loquebantur, barbari dicebantur. Ita intelligitur Strabo cum Bleſos barbaros ait uocitari, quod & Tanais Scytharum rex contra Vexorim regem ęgypti, qui hos ueriſſimos barbaros eſſe putat, qui iuſticiã nõ colentes, ab oĩ humanitate deſciſcẽtes, uentri ſomnoq; dediti, nil ratione cõuenientes agunt, magis, q̃ qui lingua aut idiomate hallucinantur. Homerus Cares popłos græcie ut barbaros accuſat. Inde poſt bella troiana gręci a barbarie excepti ſunt, & oẽs alię gentes barbari dicebantur, ut ammonius teſtatur, cuius uerba ſunt, βάρβαρον καὶ βαρβαρικὸν διαφέρει, βάρβαρος μὲν γὰρ ἐστὶ ὄνομα τὸ οὐκ ἑλληνικὸν, βαρβαρικὸν δὲ τὸ τῶν βαρβάρων .i. Barbarum & barbaricum differunt. Barbarũ illius qdẽ nomen dicit. quod nõ eſt græcum, barbaricũ uero res eſt bar-

barorum Ro-

barorū.Romani etiā tūc barbari nūcupabant̄,ut quidā legatus Philippi regis Aetholorū rn̄dit ipſis,apud Liuiū li.xxxii. & Plautꝰ Neuiū poetā Romanorū barbarū cōiectorauit.Cato q̄q̄ apud Pliniū li.xxix.Romanos fecit barbaros. Huius rei teſtes ſunt Aeneas Syluiꝰ in geographia,Alzatus Mediolaneñ,Beroaldus ſupra aſinū aureū,Strabo li..i.in fine,Crinitus,Celius, Volateranus, & Marinꝰ Benchemius.Poſtq̄ igit impiū ad Romanos deuenit,a barbarie Itali excepti ſunt,& latini.Et adhuc tn̄ hebręi barbari appellabant̄,ſic em̄ eos Iamblychꝰ grecꝰ, ubi de religiōe diſſerit,noïauit.Poſt Chriſti natiuitatē,Barbari oēs putabāt̄ qbꝰ nec gręci latini aut hebręi nomē cōcedebāt̄,ita Heſychiꝰ grecus βάρβαροι οἱ ἀπαίδευτοι inquit.i.barbari indocti ſunt. Apud recentiores uero in barbaricum nomen abiuerunt,qui impio Roma.non ſubiiciebantur, ut in L.de ſeruis fugitiuis.Ita Marcellinus,Latinus Pacatus,Mamertinus,Ambroſius,Seneca,Arianus & alii Germanos calumniabant̄ ueluti barbaros, & Heſychius Britannos.Inde autem poſtq̄ imperium germanis ceſſit,& Germani excepti ſunt,& hos pauci criminabant̄ noſtræ tempeſtatis barbaros, niſi qui inuidia moti, & gloria eorum offenſi,barbarorum nomen nobis aſcripſerūt. Hodie tantum fidei noſtræ inſidiatores, Procopio referente,barbari ęſtimātur,ut Tartari,Roxani,& Sarmatæ,licet & Celtes Vngaros appellauerit barbaros.Audi Aeneam Syluium,cuius uerba ſunt in epiſtola ad Martinū Maier.Ita chriſtiana religio, inquit,omnem germaniæ barbariem expulit,ut ipſi Itali,græci,erga uos barbari,uos gręci ac latini appellari poteritis,Hæc Aeneas.Italus,non germanus.

Contra Hermolaum Barbarum,ac Campanum,Germanos barbaros uocitantes Ca. xxxiii.

Itali ad hunc uſq̄ diem in nullo pręterq̄ inſciciæ Germanos arguunt. Q; germani μήτε νεῖν μήτε γράμματα calleāt.Ducūt̄ forſitan Cor, Taciti dicto,ſecreta litterarū uiros p̄iter & fœminas Ger.ignorare ſcribētis.Leberideq̄ īcultiores nos eē clamātes.Ecce qd Hermo.Barbarꝰ: cuiꝰ hęc uerba ſunt ad Mirandulæ comitem de quibuſdam Germanis dicentis.Nec inter latinæ linguæ auctores germanos iſtos numero,& Teutonas, qui ne uiuentes quidem uiuebant. nedum extincti uiuant.aut ſi uiuant: ut uiuant in contumeliam.Nominantur enim ſordidi,rudes,inculti, barbari. Cui nationi a germania illa uerba impicta ſunt:Hermolaus igitur qui Germaniam peragrauit, ut in annotationibus ſcripſit,plus ęquo,illo uerbo & uerrucas & tubera Germanorum offendit.Conſimilia illis uerba detractoria Campanus Germanis inuſſit,quos toties barbaros,ac gentibus omnibus incultiores aſſeruit. Tantum denicq̄ ocii Campano ſuperfuit,ut in toto epiſtolarum opere, in nulla re ingenium ſuū plus aluerit, q̄ in detractiōe nominis & famæ germanorū.Hermolaus Barbarus tamen illo epitaphio,quod olim Rudolpho Agricolæ ſubſcripſit,quicquid græcia ac Italia laudis aucupata eſt,Germaniæ tribuit.

Germanos non eſſe Barbaros. Contra Her.Bar. ac campanum.

Inuida clauſerūt hoc marmore fata Rudolphum
Agricolam,friſii ſpemq̄ decuſq̄ ſoli.

Scilicet hoc uno meruit Germania laudis
Quicquid habet Latium, Grȩcia quicquid habet.

Nunc Cāpano reſponſurus ſum, qui Albertū Magnū philoſophis ꝑtulit oī bus, nil ſub urbe fuiſſe ꝓductū refert, q̊d diſciplinis ac philoſophiæ Alberti accedere poſſit. Ecce aliud in Ratiſponenſi orōne, nihil q̊d luminis qddā ſuboleat, germanis detraxit. Itali itaq; oēs gentes, more ægyptiorū, a ſe barbaros dixerunt. Fuit em̄ ægyptiorū uſus ille Herodoto referente, cuius uerba ſunt. βαρβάρους δὲ πάντας οἱ αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφὶν ὁμογλώσσους. Aegyptii em̄ barbaros uocant oēs, qui nō linguæ ipſorū conſonant, Hæc ille. Et ſi olim germani non ſicuti græci καλλιλογησάμενοι orōnes eorū adornauerūt, poſſum aduerſus eos dicere, ꝙ Toxaris apud Lucianum οὐ γὰρ σκυθικόν ἐστι καὶ μάλιστα ἐπειδὰν τὰ ἔργα ὑπερφθέγγηται τοὺς λόγους. i. Non em̄ Scytharum & germanorum eſt uerba phalerare, ꝑſertim dū magis res q̄ uerba loquant̄. Si pergerent germanis barbariem obiicere, aduerſus eos id, q̊d contra Athenienſes Liuius dixit, ualeret.

De Germanis antiquis illuſtribus. Ca. xxxv.

Caeterū ut paululū ad diē emergat germanorū antiq̄rū ꝑſtantia, & q̄ fato iā diu cōceſſerūt, ne & olim Germaniā admodū barbariem occupaſſe liq̄at. Nūc paulo altiꝰ germanos reuocabo ꝑter Alberti Magni induſtriā. Agricola ille Rudolphus tā abſolutȩ induſtriȩ, ac incōparabilis ingenii uir, ſolus meruiſſet, uniuerſam Germaniā uel decore tm̄ ſuo, ab omni barbarie exceptū iuiſſe. Siq̄dē hic, Eraſmo referente, in carmine Maronē, in ꝓſa Politianū retulit, ac oīa philoſophiȩ myſteria penetraſſe aſſerit, Quē publico noīe dignū ideo cenſet Eraſmus, ꝙ tm̄ illius diſcipulo uſus fuerit ꝑceptore. Ingens plane ac clariſſima laus, q̄ et a uiro clariſſimo in teſtimonii uicē ꝓpagat̄. Nil momus unq̄ in illo req̄ſiuiſſet, niſi ꝙ nullā habuit uir ille rationē poſteritatis. Platonis tm̄ dialogos ac Iſocratis parœmias uertit, q̄ adhuc cricunferunt̄. Fuit Rudolpho familiaris, & q̄ penes eū ſummū ualuit Ioannes Dalburgius linguæ utriuſq; peritiſſimus, ac triplicibus donis ꝑditus, iuſta membrorū firmitate, iuſtiori aīæ habitu, iuſtiſſimis externarū rerū commodis ꝓuiſus, magno uidelicet ſacerdotio imbutus meruit. Et q̊d maximū fuit, in ſtruēdis bibliothecis adeo curioſus, ut cū Ptolemȩo illo Philadelpho decertare potuiſſet. Floruerūt coętanei eius, Thomas Vuolphius, Conradus Celtes, Murrho. Penes priſtos Ligurinꝰ poeta, Vrſpgenſis, Hermannꝰ, Abbas Spāheimius, germa. meruerūt. Quis uero unq̄ Cuſano Cardinali germano, in oī literarū gn̄e inſtructior? cuius tot egregia uolumina extāt, q̄rū Ioannes Andreæ facit mētionē. Quis Cunone ἐλλογιμώτερος? Quid Iodoco Rubiaceſi uiro humaniſſimo literatius? Quid in utraq; theologia Gabrieli Nemetenſi ꝓfundius? Taceo Iacobū Teutonicū Ioannē de mōte regio aſtrologorū peritiſſimū, cuiꝰ memoriā Picus ille in lib. cōtra aſtrologos, facta eiꝰ mentiōe honeſtiſſima ꝓrogauit Eruditorū antiq̄ſſimi germanorū Humbaldꝰ, Otto Friſingeñ. & Roſuita monialis referunt̄, quibus hiſtoriographorū nomē inditū eſt, q̄ apte ſeſe germanos ꝓfitebant̄. Si theologorū ueterū memoria te delectat. Quis Marſilio profundior?

Rudolfi Agricolȩ laus.

Ioan. Dalburgius.

Illuſt. ger mortui.

fundior? Sumerhardo acutior. Retulit Bruno ille Cartuſienſis origo ac initiũ ab Agrippina exordiũ. Si aũt numerũ illorũ, qui in diuos abierunt, requiris, cõſtabit nullã terrã tot ſanctis fuiſſe ſpecioſam, ueluti Germaniã. Verũ ut paucis adducã. S. Bernardus, Martinus, Hieronymus, Rabanus, Lactantius, germanis a Vuimphelingio aſcribunt̃, licet Zach. Lilius de Hieronymo in trãſuerſũ abeat. Cæterũ nũc orõnẽ meã ad illos, q̃s ſol noſtro æuo ſuſpicit, cõuerſurꝰ ſũ.

Epilogus lectori de Germanis noſtræ tẽpeſtatis illuſtribus Ca. xxxvi.

TAndẽ omiſſis illis Germanorũ, q̃ poſtq̃ ſibi ipſis ac nobis ſatis dederũt, lege naturę cõceſſerũt, ad illorũ p̃ſtantiã, noſtrã orõnẽ cõferã, q̃rum opinio ac induſtria ſeculo noſtro inter uiuos numerant̃ uiuaciſſime, q̃bus tñ literarũ p̃ſens eſt, ut a ueteribus ac uita deſtitutis, iactu literarũ tanto ſpacio abſint, q̃to naturæ conditione. Tot magni, excellẽtes, innumerabiles ꝓpe uiri, paſſim totã Germaniã occupauerũt, quã & multarũ linguarum differentiis illuſtrauerũt. Quorũ tñ laus nobis tẽperanda eſt modeſtia, ne nimia ꝓfuſione inareſcat, uidemus em̃ id in rõne laudandi fieri, ut aliquãdo dũ claritates q̃rundã exprimere uolumus, laudatiõe abuſi, ipſos uariis p̃coniorũ generibus plærunq; oneramus, q̧ facile in aliis cõtingere poſſet. Et ſi modum exceſſero, duo tñ germani maximi cenſent̃, ac cæteris p̃ſtantiores, tm̃ diſciplinarũ aſſecuti ſunt, q̃tum humana natura aſſequi, aut mortale ingeniũ ferre quiuit, quantũ etiã mortalis ſibi unq̃ arrogauit intellectus, q̃ ꝓpe limites rõni humanæ ſubſtitutas exceſſerunt, nulli ætati, nullis cuiuſcunq; regionis ingeniis poſtponendi, aut ſi fieri exceſſionẽ cupis, potius ſupiores q̃ inferiores diſcernente natura euaſerunt oĩbus. Et licet tanta dexteritate, tanta animi p̃ſentia uiri illi p̃diti ſint, ut de illorũ induſtria uerecũdius ac remiſſiꝰ actũ iri uelint, ac p̃cepti proprii honoris uerecundant̃, proprio p̃conio audito offendant̃. Et iuxta Euripidis ſententiã, aliẽnũ a laudatoribus animũ gerãt. Veniã tamẽ expoſtulatũ ire non morabor, licet id ꝓfeſſioni noſtræ incõceſſum ſit, atq; hiſtorię captũ excedat, q̃ oẽm digreſſionẽ fieri ꝓhibet, & queadmodũ Horatius poetæ, Fabius oratori denegat exceſſum, ita hiſtoricũ ipſa hiſtoria limites trangredi non patit̃. Ne tamẽ ſemp̃ unius coloris, ac in eodẽ filo ſemp̃ orõ deducat̃ ęqualis, nullis figuris uariata, ſemp̃ eundẽ tenorẽ referat. Vt etiã quiddã leuando tedio, ac in tã ꝓcaci ac ſeuero labori, reparando aĩo cõcedã, ut demũ animi uires ludendo ac laſciuiẽdo parũp̃ colligã. Quas ut ad p̃ferendos reliq̃s ſudores accõmodatiores reddã, uenia nobis p̃ſtanda eſt, ſi dulcedo loquẽdi ultra limites me ꝓuexerit. Nec & aliud mihi uitio uertẽdũ eſt, q̧ ad dicenda p̃ſtantiſſimorum hoĩm p̃conia deſcẽderim, ac pręter modũ extollendorũ ingeniorũ ipſis nolẽtibus q̃dã aſtruxerim. Et id nõ inique mihi interpretaberis, dũ agnoſces, in horũ amplitudine nõ minus germaniæ, q̃ ipſorũ laudes queſiuiſſe, q̃ nõ nihil ſibi de ciuiũ ſuorũ pręſtãtia cõicat. Deſumpta mihi in munus germania eſt, pro cuius aris ueluti pro neceſſitate priuata mihi dimicandũ eſt. Cuius q̃ſo reprehẽſione carerẽ? quale nephas obirẽ, ſi ingrati hoĩs nomẽ accipiẽs, debita laudis portiõe patriã meã defraudarẽ. Et ſi hanc cauſam mihi inuerteris, phas

Germanorũ recẽtium eruditio.

Auctoris excuſatio

mihi ſit meas dixiſſe laudes, ueritatis conſcientia, dū pro mea laude nitar, non alterius, multū em̄ mihi promitto, multū mihi deberi exiſtimo, ꝙ in ciuiū meorum numero tanta lumina cōphenderim. Metellus apud Plutarchū diis gratias agebat, ὅτι τοῖς ἄλλοις οὐκ ἐγένετο σκιπίων. i. ꝙ non apud exteros Scipio nat⁹ fuiſſet, & ego patriæ noſtræ non poſſum non gratulari, talibus uiris in eius cōmunionē allectis. Et ſi adhuc hæ ad expurgandū cauſæ non tutæ ſunt, id (q̊d omni cōceſſum eſt) de uirtute diſſerere mihi liberū ſit, nihil q̊cꝫ de Eraſmo q̄ Capnione recenſeat, & tm̄ mutato noīe, in illo de incompanda eloquentia, in hoc de inæſtimanda orōnis grauitate narret̃ fabula. Putat Athenæus ex Anaxippi græci comici ſententia, ſub phorum noīe uirtutes eſſe laudādas, & diuus Nazianzenus Athanaſium, inquit, laudans uirtutē laudaturus ſum, nec ſecus Marinus græcorū phūs doctiſſimus, ſub familiaris ſui appellatione, totā fœlicitatem comprehendit.

Comparatio Capnionis ac Eraſmi. Ca. xxxvii.

Eraſmus

DVo ſunt inter cæteros qbus Germani decoris titulus debet̃, Eraſmus Deſiderius deſideratiſſimus ὑπεροσιτότατος, diu deſideratus, ac nunq̄ deſiderandus, ὡς δ' οὔτω τίς ὅμοιος ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνήρ. Hic ille ἵμερος deſiderius eſt, quē Venus Paridi apud Lucianū promiſit, quē Heſiod⁹ muſis coniunxit. Huic conferēdus eſt Capnion, fumus illuminatiſſimus, q̊run dā oculis grauis.

Capnion

Verū quē οὐ νιφετὸς οὔτ' ἂν χειμὼν πολὺς οὔτε ποτ' ὄμβρος. i. Nec nix, hyēs, nec hymber, extinguet. Hic radios de ſe emiſit, q̊rū ſplēdore totus orbis illuſtrat̃, a q̊ fumo oīs ſplendor in tribus linguis, ſuā lucē reuocat, nā ille nō fumū, ſed de fumo dare lucē cogitat. Ambo illi ſubliēs animi, teliſcꝫ referti, τῶν δή γε πάντες μὲν ποταμοὶ πλήθουσι ῥέοντες, Vt homerico uerbo loquar, ab illis oēs eloquentiæ numeri in Germaniā fluxerunt, ambo tot linguis p̄diti, tot diſciplīs. Hi uirtute, dexteritate, morū īnocētia pares, eiuſdē quaſi politioris philoſophię dogmata ſecuti, ad arcē diſciplinarū euaſerunt, nec facile diſcernere poteris, in qua diſciplina plus uiri illi p̄ualeant, an latinitas gręcitati, an philoſophia theologiæ fuerit ꝑferēda.

Cōꝑatio Capniōis & Eraſmi

Tanta ſingularū artiū æqua in illis facultas eſt Adde ꝙ nulla illarū eſt in uno q̊cꝫ, q̄ nō, ſi ſolā ꝑpēderis, maior uideat̃ altera. Idem iudiciū ſi euocaueris ſcientiarū poſſeſſores illos, dum em̄ incompabilē eloquendi riuū Eraſmi, dū abſolutā eius in transferendis auctoribus facultatē præ oculis tenueris, facile herbā huic porrecturus es. Dū uero hebraica myſtica Capnionis, ac fontē ueriſſimū, ex q̊ oīs germanorū uera eruditio profluxit, intueris, atcꝫ illis ciuiliū iura, in qbus abſolutiſſimus eſt, p̄ter oēm diſciplinarum cumulū adiunxeris, huic palmā deferēdā putas. Cōiunge utroſcꝫ, ſymbolum facito, ſingula ea quæ uirtutis ſunt adiice ſingulis, uide q̄ta uicinitas, q̄ta unitas, quaſi a diuerſorū corporū habitudine tibi reſpondeat, frange nucleū exue hoīes illa tm̄ corpis eorū mole, & aīa tibi una repræſentabit̃. Denicꝫ niſi fides nos cōſentanea in tranſuerſū ageret, niſi et eadē ętas, eadē fata, utroſcꝫ cōiunxiſſent, facile ex Pythagorico inſtituto cōuinceret̃, unius aīam in alterū abiiſſe, quēadmodū Hermipp⁹ de Calciphrōte ac Pythagora ſentit. Ita nimis

dubiam

dubiam palmã de ſe ipſis fecerũt. Ac me ueluti exqſitiſſimis picturis detentum utriuſq; monumenta admirantẽ penitus ſuſpenderunt, ac omnẽ iudiciũ mihi exemerunt. Sũma igit̃ inter eos diuerſitas, ſi inter ſimilimos diſſimilitudo põt intercidere, nullã habebit rationẽ aliã, niſi ꝙ aliqui feſtiua ac familiari orõnis facultate inducũt. Cęteri uero ad grauitatẽ orõnis ac eruditionẽ oculos tenẽt. Alii plus linguarũ pſtantia, alii multitudine capiunt̃, & ſi res ad calculũ reducenda eſt, nulla uirtus in utroq; eſt, q̃ non ſibi palmã deberi polliceat̃, ſi ſola cõſpicit̃, aut ſi cũ alterius induſtria collocet̃, paritatẽ non ambobus inferat, ac quẽ non utroq; ſingularũ diſciplinarũ calculo facto, parẽ laudẽ participet. Vt em̃ illos patria germanos lege naturæ, ita & diſciplinarũ paritate Opt. Max. Deus prouidit, illiſq; multos gloria æquales creauit, uirtute paucos.

De præſtantia D. Eraſmi Roterod. & eius operibus. Ca. xxxviii.

Triuſq; tñ linguæ ducatus Eraſmo ꝓcul om̃i dubio conſenſu eruditorũ delatus eſt, quẽ uirtute dicendi, in qua eminẽtiſſimus eſt, pauci priſcorũ ſupauerunt. Tot em̃ uno illo uiro diſciplinarũ diuitiæ, & ſingulari huic tot ſcientiarũ ſpecies exuperant, q̃t diuerſæ hoĩbus diuerſis conceſſæ fuerunt, ut plures hoĩes unus Eraſmus, ob pluralitatẽ curarũ, ſubiiſſe uideatur. Et q̊d longe pulcherrimũ eſt, nullius diſciplinæ p̃ſtãtia, ob fœlicitatẽ alterius, in illo inclinat̃, nec q̊d uni impendit̃, alteri derogat̃. Verũ pari ſemp̃ trutina libratũ ꝑ ſe unũq̊dq;, ac ſi hoĩ ſingulari contigiſſet, ualet, ac meret̃. Inter recentiores paucos continet ille acceſſores, pauciores τῶν ὁμόφρονας, pauciſſimos aut nullos ſupiores. Nã quicqd ἐκ τ̃ εὐρετοῦ Eraſmi flumĩe producit̃, genuina nota ſignatũ eſt, ut q̊cunq; uertat̃, autorẽ haud facile mentiat̃, q̃ minus Eraſmicũ ſonet & cenſeat̃. Nil em̃ externi ſapit, nihil peregrini patit̃. Nã ſi quidq̃ eius adulterat̃, manifeſto iudicio mox auctorẽ ꝓdit, & indigenã ſe, nõ alterius farina ꝓfectũ prima frõte detegit. Facultatẽ ille, quã pauci attigerunt, arripuit, fuci oĩs impatientẽ, ac ꝓfuſioris lenocinii penitus negligentẽ. Verũ adeo liberã, expoſitam, adeo abſolutã, ut hæc ſemp̃ ſuo tenore ꝓfluens, ſuo curſu nitat̃, ac feſtiuitate eius in lectoris animũ deſcẽdẽs, repugnantes ducat, cõmoueat. Ad hoc legenti arridet, ac bñuolentiæ aculeũ reconditũ p̃ ſe fert. Non ueluti plæroſq; cognoſcimus, q dum eloquentiã, quã affectant, cogunt, orõnem, nõ inficior, elegantẽ condunt, ueteris tñ ingenii teſtã inſepabili neceſſitate ſubſequentem, ac priſcã ſaliuã æterno comite habent annexã. Huius uero numeri ſemp̃ ſibi ſimiles, pares ac integri prouehunt̃, lectorẽ inuitant, inuitatũ detinent, detẽtum æterno uinculo ſibi deuincunt. Stylus uero eius eſt tã effuſus, candidus, luculẽtus, ita ꝓprius, ut κατὰ ὀνοματοποιΐαν q̊libet materiæ uerba adeo accõmodet, ita cuilibet rei ſuã reddat dignitatẽ, ut ad fingendã orõni venerẽ, nemo magis aptus, nemo ꝓmptior ipſo habeat̃. Aliqñ ſurgit, & tã uarias iuxta rei ꝓprietatem uultus actioni tradit, ut exiguã rem aut penitus nullã, in elephanti molẽ exire cogat, famulante ſibi eloquentia, ac ultra rei ſubiectæ captũ extendat. Tanta orõni ei9 αὐτοκρατία ineſt, ut in ea nihil excludat̃, q̊d ullo pacto deſyderari poſſet, nihil interſerat̃, q̊d τὴν περισσολογίαν aut exceſſionẽ ſapiat. Verum cuncta in

Cõmẽdatio Eraſmi ac operũ ſuorũ

morẽ Cyclopędię ſequunť,fœlici rerũ ſerie ſe inuicẽ ſuccedunt,inuicẽ adaptãť ut una ablata ſquama aut fibula, totius lorici ratio auferet̃,ſubuerteret̃,aut ad minus ꝑfectioni ſententiæ derogaret̃.Et eã facultatẽ quã alii πολυπονώτεροι pro affectanda ac demũ exagitanda eloquẽtia,coactã,ac accerſitã aſſecuti ſunt,hic ſua ſponte fluentẽ,ſine magno dicendi labore αὐτοσχεδιαζόμενος obuiã habet.Exiſtimat Quintilianus lectioni Ciceronis pueros eſſe adhibendos.Ego puerorũ ingenio tunc ꝓciũ affuturũ putarẽ,& ſi Veneri Eraſmico traderenť,penituſq̃ dederenť,ut ad q̃cunq̃ ſtudia alenda cõptiores efficerenť.Tãta em̃ in Eraſmo meo,ĩmo u eſtro,eminentia,uirtus oratoria ſurgit,ut tam in foro q̃ ludis literariis probaret̃,nec iuuenũ nec ſenũ ingenia formidaret.Et hæc uiri illius progymnaſmata,q̃bus adoleſcentiã ſuã imbuit,& q̃ δὶς διὰ πασῶν ab illorũ grauitate ac ſublimitate abſunt,q̃ in quarto ætatis ſuæ gradu exorſus eſt,donec Hieronymo priſtinã dignitatẽ reſtituit,donec τὰς διορθώσεις Noui Inſtrumenti fœliciſſime interꝓtat⁹ eſt, q̃ functio ingenii ſui egregia,a funda ac demerita q̃rundã iſcicia,peruertiť. Verũ tm̃ ab his,qui ut Homerico ἀποφθέγματι loquar νήπιοι, ἀγροῦνται, ἐφημέρια φρονέοντες.i.Qui ſtulti agreſtes,nihil frugi ſapiunt.

De ſumma eruditione ac præſtantia Io. Capnionis. Ca. xxxix.

Laus ſũma ac eruditio Io. Reuchlin

q Vare te interim portu reliqui Capnion inuictiſſime? dũ tibi tñ om̃ia meritiſſimo,ob ſummã tuã in me uoluntatẽ & debeo ac uolo.Si enim dulciſſima tua conuerſatio,qua mecũ Hagenoæ uſus eras,me non tangeret,meritorũ tuorum magnitudo exigeret,ut huic gratiã retaliaturus ſim, ὅσ τίσκεν φιλότητα πράξῃ.Verũ a q̊ initio laudũ tuarũ pelagus cumulatiſſimũ exordiar? an a gratia attici tui ſermonis ὑποφαττικίζοντος? An a linguarũ pluralitate?,& te a q̃buſdã δίγλωττον.i.bilinguẽ nuncupatũ,tribus linguarũ diſcriminibus adiectis,πεντάγλωττον.i.quinq̃ linguarũ peritiſſimũ faciam, ut antiq̃tas de Epicharmo teſtabať. Si ab ĩtegritate tua? attinebit ad te illud homericũ οὐ γὰρ ἔτι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν, οὐδ' ἀγανόφρων, ὅς τις ἐπίστατο ἦσιν ἐνὶ φρεσὶν ἄρτια βάζειν, Nemo melior,nemo iuſtior erat,nemo q̨ integriora loq̃batur. Verũ a fœlicitate tua caput oratio noſtra proferet. Fuerunt em̃ (licet pauci) qui te rerũ doctrina ac dexteritate referrẽt. Cõmunia em̃ habuiſti animi cõmoda,& corpis facultates,cum multis,q̃bus numeris æqualibus natura ut tibi reſpondit. Qui aũt fœlicitati tuæ acceſſerit? agnoui neminẽ.Fuiſti & olim non ultima fœlicitate ꝓditus,qñ labor tuus toto orbi cõicatus,primo hebręa myſteria literis uulgauit,qñ totius chriſtianitatis limites peragratus totũ orbẽ ꝑluſtraſti, qñ tot principũ functus officio,ea q̃ hoĩs erant expleuiſti,hoĩs tm̃ opa molitus eras, nondũ ad tibi deſtinatũ abſolutæ fœlicitatis finẽ,ꝑueneras.Solus hoſtis requirebatur,qui beatitudinis tuos gradus redderet ꝑfectos,uirtutẽ tuã crebro impulſu expoliret,tuos honeſtiſſimos ſudores,tm̃ doctis cognitos,pueris detegeret,tuũ fumũ ultra gades,ultra chriſtianæ orbis captũ diſſipatũ,& barbaris nobilitaret,ut penitus in oĩ negocio Capnion ſonaret,ut nullæ menſæ exigerenť,ubi non tuũ nomen obambularet,& per hoĩm ora ferret̃, nulla ſocietas, nullæ literæ conſecrenť,ubi non principiũ q̃ finẽ Capnion teneret,nõ tibi tm̃

amici

amici tui potuiſſent oẽs,nec plus de te rerũ natura meruiſſet,quę tñ in te ſolo quicqd uiriũ & pfectiõis potuit,expſſit.Quãtũ inimici tui,ſi uerũ dicimus,amiciſſimi tibi tribuerũt. Null9 beatitudĩs calcul9 tibi deeſt,ſi ὁ τῶν χάριτος ἁπάντων tibi dexter aliqs deorũ pſuaſerit,hæc tibi æq aĩo ferẽda eſſe,q ab æterna obliuione tuã celſitudinẽ aſſerent,extendent,qrũ ductu σὸν δ' ἦρι κλέος ἔσται ὅσον τ' ἐπικίδναται ἠώσ.i.gloria tua erit qtũ aurora diſſipat. Tu magna authoritate in tui fauorẽ tot reges rapuiſti,q ſubire oĩa noĩs tui gratia moliunt,Reuchliniſtarũ nomen in eorũ decus uertũt ac trahũt,oẽs etiã qbus ingenii facultas ulla ſupeſt.De te dicã,qd de Probo Claudianus,oĩ nobilior luſtro,nec cõtigit uni, hactenus exactũ nõ ſunt memorata p æuũ,germãos habuiſſe duces. Vidim9 maxĩos reges ad tui defenſiões deſcẽdiſſe,uidimus ſedecim dialogorũ uolumina,.pba eruditione exarata,innocentiæ tuæ ,progãdæ deſtinata.Tanto numero amicorũ tuorũ calculus cõſtat,qto excelſa germanorũ ingenia,q tot uotis,tot ſcriptis te,ab oĩ mortalitate exuerũt,ac alioq mortalẽ cœlitibus uicinũ reddiderũt,ac integritatẽ tuã incruẽtã a tot hoſtibus cuſtodierũt. Quicqd hoĩ arrogat,unico uerbo,Capnionis uidelicet noĩe cõſtat.Nũc de Capnione agit, Capnion ille eſt,ſatis diximus, cũ te noĩauimus.Cętera ganges & Indus hñt, ſi clarius rẽ tibi dilatari cupis,aliud noſtrũ epigrãma ſit illud.Hic prim9 hebræorũ myſteriorũ,& theologiæ,prim9 græcarũ literarũ,& oĩs eruditiõis germaniæ illator,Verbi Mirifici ac Cabalæ unus & ſolus reptor. Vel magis uos tenet Nazareni Gregorii Ro.urbis epiſcopi,breue teſtimoniũ,ac ſucciſum,uerũ ita ſucciſum,ut ſi in receſſu uideat,ſucciſiuum dici mereat,huiuſmodi nunc & græci & latini ab iſto germano Capnione,uiro diuino,fontẽ linguæ eorũ addiſcũt,& ita qdẽ addiſcũt,ut ſeſe illi9 diſcipulos fateri glorient.Neſcio an teſtimoniũ illius,an ille q teſtat dignior ſit: Erat Celtis ſuccincta illa Capniõi aſcriptio,qui tantum,quantum germanorum uix alter,peregrinatus eſt.

Epigrammata Capnionis

Qui tribus linguis ſuper eruditus,
Nec mihi toto ſimilis tibi unquam
Viſus in orbe eſt.

Picus ille Italorũ doctiſs. Cõcordiæ Comes,pter honeſtiſſimã eius de ſupſtipreno. mẽtionẽ li.vii.ca.vi.factam,hoc affixit epigramma lib. Stauroſticho.

Et Pfortzen latiæ donatum lumine linguæ
Cui ſacrum triplici celebratum eſt dogmate nomen

Taceo Fabri Stapulenſis,Hermolai Barbari.Aldi Manutii,Marſilii Ficini, & cęterorũ Italorũ iudicia,q laudãdo Capnioni,nõnihil opis cõceſſerũt.Nos uero germani barbariſſimi oĩm,nec digni ullo muneri diuinit9 p̃ cæteris elargito,tot neceſſitatibus abſolutiſſimũ uirũ afficimus, beneficia ſua ac ſplẽdorẽ (q uniuerſa Germania nitit)iniqſſime calumniis ac odio oneramus,potuiſſet iure optio id germãis ĩgratiſſimis ĩfligi,qd apud Euripedẽ Hecubę ac troianis (appinxit Vlyſſes.

οἱ βάρβαροι δέ,μήτε τοὺς φίλουσ, φίλουσ
ἡγεῖσθε,μήτε τοὺς καλῶς τεθνηκότας
θαυμάζεθ',ὡς ἂν ἡ μὲν ἑλλὰσ εὐτυχῇ,
ὑμεῖς δ' ἔχημεν οὐχ ὅμοια τοῖς βουλεύμασιν.

Vos barbari,qui nec illos qui amici ſunt,amicos
Honeratis,nec illos qui honeſte oppetierunt
Miramini,ob id græcia illa floret inclyta
Dum nos ſecus ueſtris inſtitutis agimus. Et licet nobiliſſime Capnion, p̄coniū tuū ita obtinuerit,ut queadmodū de Homero Macrobius dixit,nulliꝰ adulatiōe laudet̃,nec uitup̱io decreſcat,imo ut ipſe Homerus inq̃t καὶ σὸν κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει,gloria tua cœlū attigerit,ac inæſtimabile decus maledicentia inimicorū poſſideas.Nō poſſū tñ nō uicibꝰ tuis cōdolere,dū ętas te ſeneſcētē ſoluere deberet,ac te exanclatis tot laboribus eximere,requie reſtituere. Dū etiā p̄ exili noſtrarū rerū facultate,munere aliq̃ te donare nō querim,animum ſaltē noſtrū parem ac integrum aduerſus te muneris loco cōſecrare uolui, & id ſatis mihi ſit teſtimonii,tā copioſiſſimū opus germanię,non alia rōne a nobis eſſe cōgeſtū,niſi ut honeſta occaſio enarrādæ uirtutis tuæ p̄ſtet̃, q̃d tunc nobis ſine oī calūnia licere putaui,dū hiſtorię germanicæ noſtrā operā addicerē,tunc e plauſtro q̃cunq; nobis obuiarent̃,cōſcientia ueritatis,putaui mihi (cōceſſa.
Riſerunt ſecula ſua Mæonidem.

De Reuerendiſs.principe Cardinali Gurcenſi Matthæo Lang.Biliÿbaldo Pyrkaimero Norico,ac Beato Rhenano germanis. Ca. xl.

SVp̱ſunt ętate noſtra illuſtriſſimi p̄terea ac mirabiles rerū ſcientia uiri,& q̃bus tota Germania paſſim lōge lateq; referta eſt,adeo ut ſi qs uatē quēdā iuſtū ac abſolutū ſibi inq̃rendū cogitaret, nullū aliū a Germania orbē p̱agraret.Nec lumīe Diogeni illo opus eſſet,apud Laertiū,ad inueſtigāda ingenia,cui in ſola Germania ad uota ſibi terrarum undiq; docti uiri affluerēt, Nō igit̃ Herculi q̃renti q̃d uelit: Bacchus reſpōderet, δέομαι ποιητοῦ δεξιοῦ, οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἔτ᾽ εἰσίν, οἱ δ᾽ ὄντες, κακοί.i.Opus eſt mihi bono poeta,nulli.n.ſunt,et ſi ſunt, mali exiſtūt,apud Ariſtophanē in batra. Pluralitate igit̃ eorū inductus, oēm ſeriē ordīs in adducēdis noībus remittēs,deſyderās,eorū p̄ſtātiā ordīe metiri negligā,uerū ſine diſcrimīe,p̄ mediocritate noſtra,q̃ uiderim in illis memorię digna,ut ſeſe res obtulerit,ac loci neceſſitas,ſummo ſtudio p̱ſecuturꝰ ſū. Nec ullū iudiciū int̃ primos q̃ poſtremos ferre in aīo eſt,nullāq; differētię rōnē inducere,oīm p̄ſtātias religioſe ueneror,eruditionē exoſcular,nulli etiā detrahere cōſueui unq̃,to tuni q̃d reliq̃ tribuā,oībꝰ germāia debet nōnihil,& me nūc germāię negociū agētē debere illis ęſtimo.Pace tñ oīm,tria germanorū lumīa et hęc ſola cęteris p̄ſtare mihi p̱ſuaſū eſt,q̃rū excellētię oīs libero ac ſolido aīo q̃tācūq; meſſem in literis fecerit,ultro cederet,ac illis palmā tribuere minꝰ erubeſceret.Primus illorū,amplitudīs ſummę gratia,nobis reuerēdiſs.Gurcenſis Cardīalis appelládꝰ ē,q ſola uirtute,prīcipis nomē īgenii ſublimitati adiiciēs, oēs felicitatis calculos coīūgēs,& ex triū bonorū generū cōiūctiōe nulli hoīm alteri cōceſſorū,in unū plenę ac abſolutę p̱fectiōis uirū abiuit,mēbrorū firmitate,dotibus animi,tū & ampliſſimo ſacerdotio p̄ditus,ſummū ius apud Maximilianū,quē ut p̱priū ſibi deuinxit,aſſecutus eſt.Et q̃d lōge honeſtiſſimū ē præ cęteris politiora ingeniorum ſtudia alit,colit,ſuſtentat,atque conſeruat.

Matthæꝰ Lāg Cardinalis Gurcēſis.

Huic quicq̃d fœliciori ingenio ꝓductum eſt, politiori facundia ꝑfectum eſt, plus alio germano arridet, quare adducti ſumus, & germanias noſtras ipſo ut germanorũ abſolutiſſimo, ſiue eius nomini cõſecrauimus, in cuius teſtimoniũ aliq̃s uerſiculos ad eũ ĩ fronte operis noſtri depinximus. Huic duos defœcatorum ingeniorũ uiros conferre uolui, ac parẽ illis facundiã, linguarũq; peritiã aſſerere. Bilibaldo ſcilicet Pyrkaimero, ac Beato Rhenano, & licet priori uiro titulo ac rerũ terrenarũ facultate inferiores ſint, ingenii tñ fœlicitate nulli poſteriores. Primus cæſareæ maieſtatis a cõſiliis, patricius, ſenatorio ordine Nurẽbergẽſi inſignitus, plenus honoribus, rerũ copia plenior, in facultatibus aĩe pleniſſimus, ac dign⁹, ut nobiliſſimæ ciuitatis, & germãiæ prĩæ, loco int̃ prĩos fungat̃, totius urbis neceſſitatibus adhibeat̃. Tot tñ curis indignus, ſatis ille erga patriã mun⁹ ſuũ expleuit, duo Plutarchi opuſcula, totidẽ Luciani dialogos & nõ minimos, ſex Xenophontis libros de græciæ primatibus. Ariſtophãis q̃q; Plutum latinitate donauit, tantum etiam laboris in Gly. illo de literis ægyptiacis conſumpſit, ut bonis literis incrementa plus cæteris impartitus ꝑfuerit. In altero uero Beato Rhenano oĩbus calculis beatiſſimo, nil uel Momus repꝛehenderet, niſi q̃ habet exiguã rationẽ poſteritatis pro tanta rerũ copia, nil em̃ hactenus p̃ter cõmentaria quædã, multo ſale condita, teſtimoniũ auctori ſummum referentia, diuulgauit, fama uero non exilis ac nulla de uiro illo obtinuit eũ aiunt maximũ quiddã moliri, cuius conatib⁹ de⁹ aliq̃s ꝓpicius ac pñs adſit oro. Cęterũ non dubito q̃n alterũ nobis Eraſmũ, uolentibus diis referat. — Pyrkaimer. — Rhenan⁹

De Georgio Simler, Erhardo Liſtrio, Nicolao Gerbellio. Philippo Brettano Melanchthone. Ca. xli

Barbam etiam maxiẽ Germani intonſam cuſtodierũt, q̃d Victruuius & Suetoniꝰ ꝓpriũ eſſe ſeptẽtrionalibus dixerunt. Nam Franci (ut ex Hunibaldo abbas Spanheimus ſcribit) barbã nutriuerunt, ꝓpter impii eorũ cupiditatẽ. Lõgobardi etiã longarũ barbarũ rõne dicti ſunt, ut Paul. Diaconus, Methodius, & Ligurinus ſcribũt. Capillos uero flauos habere Germanos ſcribit Strabo libro vii. Lucanus.

Soluuntur flaui longa ſtatione Sueui. Et idem.
Fundit ab extremo flauos aquilone Sueuos.

Horatius Sycambros dixit decoros, lib. iiii. car. Oda. ii. Martialis.

Crinibus in nodum tortis uenere Sycambri. Iuuenalis.
Tanq́ de Getis aliquid toruiſq́ Sycambris.

Picus in carmine Staurosticho, torui audiuere Sycambri. Claudianus. Flauã ſparſere Sycambri. Cæſariem. Idem in Stilicone. Crinigero flauentes uertice reges. Idem

Iam rura colat, flauuſq́ Sycamber
In falcem curuat gladios. Idem.

illic flauente Sycambri
Cæſarie.

Idem. Agmina quinetiam flauis obiecta Sycambris. Ptolemæus lib. ii. hos crines colorare & calamiſtrare dixit, & pulchritudine eorũ Romanos lactaſſe ſcribit. Batauos q̃q́ iſtiuſmodi crines habere, ſcribit Petrus Marſus. Syllius Italicus lib. ii. Iam puer auricomo performidate batauo. Idem Syllius in alio loco. Triplex criſta iubas effundit crine Sueuo. Multa Baptiſta Leo li. iii. de ædificiis, & Bonifacius Symoneta abbas epiſt. xxii. lib. v. Germani Hunni (ut ſcribit Rhegino Prunieñ.) capillos uſq́ ad cutẽ tẽdebãt, hoc & reliq Germani, ut Cæſar Antoninus Caracalla (ait Herodianus li. iiii.) ad modũ tõſurę germanicę crines totõdit, flauã caniciẽ capiti imponẽdo. Ammianus Marcellinꝰ li. xv. & Diodorus Gallis (ſubintellige & tranſrhenanos) uniuerſis rutilos crines, & alba corpa aſcribunt. Sidonius Apollinaris lib. xx.

Flauoq́ꝫ in ꝑlia fronte Sycamber. Panegyricus ad filiū Conſtantini. Illa, inqt, barbaria imitata eſt barbarorū cultū ac ueſtes, nam ꝓlixo crine comas rutilabant. Feſtus Ruffus, flauaq́ꝫ cæſariē germania porrigit ora. Sic & Auſoni⁹ ad Biſſulā puellā germanā.

Si latiis mutata bonis germana manerent

Vt facies oculos cerula flaua comas,

Ambiguam te lingua facit, modo forma puellam,

Hæc Rheno genitam prædicat, hæc latio.

Dionyſius germanos albis corꝑibus illuſtrauit. Plynius li.ii.na.hi.ca.lxxx. Gentibus a ſyderib⁹ remotis, flauos crines, candida crura, ob uaporē naturalē tribuit. Atheņ⁹ li.dipno.ıβ. Scythas ſeptentrionales tam in luctu q̄ gaudio crines poſt terga diffudiſſe refert.

De herba crinium glaſca, & ſapone, & aliis membris, & pictura facierum germanicarum. Ca. lvi.

Herba glaſca

ANtiqui uero germani ad crines herba glaſca utebanť noīe, q̄ etiam Brittannicæ cōiuges, nuruſq́ꝫ, q̄ toto corpore oblitæ, ī aliqbus ſacris nudę incedebant, Aethiopū calorē imitantes, de qua herba Plyni⁹. & Cæſar li.v. comentariorū, Brittannos glaſca infici dixit, q̄ ceruleū inficit colorē. Merula q̄q́ꝫ huic opinioni ſubſcribit, huius herbę Ouid. meminit de arte

Fœmina caniciem germanis inficit herbis

Et melior uera quæritur arte dolus.

Meminit huius herbæ Plyni⁹ li.xxv. na.hi.c.ii. quā uocat Brittānicā, lib. uero xxii. ca.i. glaſcā nomīat. Rutilauerunt aūt Germani comas eorū ſapone, ut ait Cornelius, id & de Gallis Plyni⁹ ait. Hinc pilæ ſaponis mattiaticæ dicunť, a Mattiacis populis germaniæ, de q̄bus li. ultimo dicemus. Martial. Accipe mattiacas quo tibi calue pilas. Et ſupra Plyniū idē teſtať Hermolaus Barbarus. Non aūt de mattia loqmur q̄ comeſſationē ſignificat, ἀπὸ τ̄ μάττειν. Cuius Athenæus græcus author, & Eraſmus noſter meminerunt. Sed de populis, q̄rū mentio fit apud Antoninū in itinerario Ptolemæū & Tacitū. Martialis etiā ſpumā batauā ſaponē dixit, eo q̄ ſapo uſui fuerat apud germanos, ait Suetoni⁹ in Caligula. Alii ſpumā cauſticā dixerūt ſaponē. Martialis. Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos. Dicit aūt cauſticū καυστικὸν ignitū, ἀπὸ τ̄ καίω illo uocabulo ſæpe uſus eſt Plynius. Mituli, inqt in cineribus uini cauſticā habent. Sapo uero nihil aliud eſt, niſi ſpuma illa cauſtica, rutilabant eīn germani crines cinere, q adust⁹, ſiccitate ſua cauſtici nomē meruit. Martialis poeta Domitianū ornatiorē facit, crinibus ipſis germanorū comas rutilantiū, dū inqt. Captiuis poteris cultior eſſe comis. Hęc Zach. Lili⁹ & Cornelius in hiſtoriis, Vox gallorū ſimiliter & germanorū metuēda eſt, & minax, ut Ammianus Marcelli. lib. xv. in fine ſcribit. Vox etiā germanorū interiorē uirtutē declarat, quod Celtes hoc carmine monſtrauit.

Cauſtica Spuma & Bataua

Sapo Ge.

Vox & os Germ.

Vox habitum mentis cum geſtu & pectora prodit,

Vox quæ nihil muliebre ſonat, ſed tota uirilis

Martia craſſiloquo teſtatur corda palato.

Os Germanorū toruū dicitur a Iuuenale, & Picus Sycambros toruos dixit. Mantuanus ad Cæſarem. Toruo q̄q́ꝫ Saxones ore. In ılls aūt oībus partim aſtra imperiū eorū exercere, partim rę

tim rerum naturam omnium indagatricem, huius eſſe cauſam aſſerunt. Sub plauſtro enim urſarũ, ſecũdũ Hali ſentẽtiã, in ſeptĩo climate frigidi homines degunt, qui albis ſnut crinibus, magnis corporibus. Hæc ille. Vide Iohannem Eſcendenſem diſtinctione octaua capite quinto. Hi uero qui res naturæ indagant, uaporem in re eſſe aiunt, ex mobilitatibus præuenientem, cuius rei Plynius author eſt libro ſecundo naruralis hiſtoriæ capite lxxx. Glaucorum oculorum naturalem induſtriam Ariſtoteles in problematibus particula xiiii. ſcrutatus eſt, refert enim contingere in locis frigidis (puta ſeptentrionalibus) ꝙ natura intrinſeca (oportet iam ita loqui) calida ſit, locis tamen exiſtentibus frigidis, & ita intrinſeca caliditas euaporizare prohibetur, propter exterius frigidum. Qua de re albis ibi exiſtentibus, his qui in ſeptentrione degunt, glauci oculi ſunt, albus enim huic proximus color eſt. Hæc Ariſtoteles. Albertus Magnus quoqꝫ ait in libro de natura loci, capite tertio, econtrario Daci & Getæ, ex parte occidentalis, & Sclaui ex parte orientalis, nati in fine ſeptimi climatis, & ultra, ſunt albi, propter frigus complexionale, & quia corpora eorum nõ ſunt poroſa, & locus eſt frigidus, & frigus cõſtringit. Remanet igitur multum humidi in eorum corporibus, & hoc auget corpora eorum, & homines illic albos efficit. Barbari etiam ut Germanorum ac Dacorum fœminæ & mares faciem eorum ideo aliqñ pinxerunt, ut ait Plynius, & tandem de ueterum conſuetudine hæc.

Ratio naturalis prædicti.

De ornatibus aliis Germanorum. Ca. lvii.

FVerũt & Germanorum principes στρεπτόφοροι id eſt torquium portatores, illi enim Germanorum ueriſſimi Galatæ, qui contra Torquatum pugnauerunt, principem habuerunt torque inſignitum, ait enĩ Suidas de Torquato. σκυλεύσας τὸν νεκρὸν, καὶ τὸν περὶ τὸν τράχηλον στρεπτὸν ἀνελόμενος, ὃς ἐπιχώριος τοῖς κόσμος κελτοῖς. id eſt. Spoliauit mortuum, ac torquem a collo galli ſuſtulit. Eſt enim torques ornatus indigenus apud Celtas. Atheneus græcus li. Dipnoſophiſtarũ .ιβ. Scythas ſeptentrionales .i. Germanos mirum in modum uarietate ueſtium ac pictura deliciatos oſtendit, & præter morem omnium ornatibus tam effuſe uſos.

Ornatus germanorum.

FINIS SECVNDI VOLVMINIS

GERMANIAE EXEGESEOS
LIBER TERTIVS DE NOBILITATE GERMANORVM VETERVM AC NOVORVM

omnium Paparum,Cæſarum,Ducum,Marchionum, Baronum Genealogias continens. Cuius capita ſunt centum,decem & ſeptem.

Primum,de nobilitate Romanorum,Troianorum,& aliarum gentium.
Secundum,de nobilitate Germanorum,& ꝙ omẽs eorum nobilitatem a germanis referre ſtudeant.
Tertium,de papis germanorum,& iuri priſco eligendi papam.
Quartum,de antiquiſs. germanorum regibus ab ortu mundi.
Quintum,de regibus germanorum ab urbe condita
Sextum,de regibus Germ. temporibus Cæſaris & Auguſti.
Septimum,de regibus Germanię ſub cæteris imperatoribus.
Octauum,de inſtitutione regum Germanorum.
Nonum,de quibuſdam illuſtribus Gotthorum regibus.
Decimum,Catalogum cõtinet omnium regum Gotthorũ,a primo ad ultim.
Vndecimum,genealogiam omnium regum Gotthorum continet.
Duodecimum,de regibus Vandalorum,& eorum catalogus.
xiii.Hunnorum catalogum & genealogiam habet
xiiii. De Rugorum,Sclauorum,Scyrorum,Alanorum,Herulorum regibus, de eorum catalogo ac genealogiis.
xv. De Longobardorũ,ac Gepidarum regibus,earumq́ genealogiis.
xvi. De regno Arelatenſi.
xvii. De regno Auſtraſiæ,& regum eorum genealogiis.
xviii. Carolum Magnum fuiſſe germanum.
xix. De regibus Daniæ,& eorum genealogiis & catalogo.
xx.Catalogus eſt & genealogia regum Hieroſolymitarum.
xxi. De imperio Romano,ac nobilitate eius.
xxii. Quõ Frãcorũ reges multa Germaniæ detraxerint,q̃ Caro.Ma.reſtituit.
xxiii.De tranſlatione imperii ad Germanos.
xxiiii. Genealogiam habet Caroli Magni,& omnium ſucceſſorum eius,& quomodo Germania ab imperio Francorum regum deuenerit.
xxv.q̃ꝫ lõge imꝑium dilatetur,& q reges imperio Roma. ſubiiciantur.
xxvi. Plura a Frãcis occidẽtalibꝰ occupata,q̃ ad germãos & ad imꝑiũ ſpectãt.
xxvii. Imperatorẽ eſſe dominum omnium,& omnes chriſtianos ſubiici imperio,& germanos omnium horum dominos.
xxviii. Quando & quõ imperium ad Germanos deuenerit.
xxix. De electione principum,& ꝙ honeſtius ſit imperatorem germanorum q̃ꝫ Romanorum appellatione nominari.
xxx.De unctione imperatoris.
xxxi. De imꝑatoribꝰ Ro.natione germãis ante tranſlationẽ imperii ad nos.
xxxii.Catalogũ imꝑatorũ oĩm germanorũ,& quõ imꝑiũ a gñe ad genus deuenerit Germanis.

xxxiii. Genealogia omnium imperatorum Germanorum a Carolo Magno uſq; ad Maximilianum,cuiuſcunq; generis quiſq; fuerit.
xxxiiii.De origine Curiæ principum,& cæteris ducibus.
xxxv.De eccleſiaſticis electoribus & Archiepiſcopis Moguntinis.
xxxvi.De Archiepiſcopis Colonień. & eorum Catalogo ac regionibus.
xxxvii. De archiepiſcopis Treuerenſibus,& Tungris.
xxxviii.De Magdenburgenſibus ac Merſpurgenſibus archiepiſcopatibus.
xxxix.De cæterorum epiſcopatuum Saxoniæ origine.
xl.De Saliſtidienſi,Halberſtattenſi,Oſterburgenſi,Padabornenſi epātibus.
xli.De epiſcopatu Hamelburgenſi,Oldenburgenſi,ac Luicenſi
xlii.de epiſcopatu Bremenſi,Mechelburgenſi,& aliis,ut Roſenburgenſi, Vuarmienſi,Sambienſi,Hapſelienſi.
xliii.De Hildisheimenſi,Vuerdenſi epiſcopatibus.
xliiii.De Mindenſi,Monaſteriēſi,Traiectenſi,Rimegenſi,& cęteris epātibus.
xlv.De quinq; epiſcopatibus Bauariæ Saltzburgenſi,Ratisbonenſi,Eiſteten ſi,Friſingenſi,& Patauienſi.
xlvi.De epātibus Rheń. Baſilienſi,Conſtantienſi ac Argentinenſi.
xlvii.De Bambergenſi,Herbipolenſi,& Auguſtinenſi.
xlviii.De Spirenſi,Vuormacienſi epiſcopatibus.
xlix.De Tullenſi,Metenſi,Leodienſi epiſcopatibus.
L.De ſecularibus electoribus,& primo de rege Bohemiæ.
li. De regibus Vngarorum.
lii.Genealogia omnium Palatinorum Rheni.
liii.De origine & nomine Palatinorum.
liiii.Catalogus omnium Palatinorū,& quō ſecundum ſeriem rexerint.
lv.De quibuſdam Palatinorum bellis & regionibus
lvi.De quibuſdam monaſteriis a Palatinis erectis.
lvii.De Marchionibus Brandenburgeń.& eorum genealogia.
lviii.De Burckgrauiis Nurenbergeń.& eorum genealogia.
lix. De regionibus Marchioni ſubiectis,& eius ſtrategematibus.
lx.De initio ducatus Saxonię,& eius dilatatione,uſq; ad Henricū Superbum
lxi.de initio ducatus Lunenbergenſis,& comitatus Brunſuigenſis.
lxii.De comitatibus de Northen,Engern,Gothingen,Ballenſtiden,Suppelir burg,Arnesburg.
lxiii.Quō Henricus Superbus a Fœderico primo fuerat depoſitus,& ad q̄s poſſeſſores ducatus eius peruenerint.
lxiiii. De ducibus Brunſuigenſibus a recta linea ab Henrico deſcendentibus, & ducatus Brunſuigē. initio.
lxv.De diuiſione ducatuum Lunenburgeń. ac Brunſuigeń. & iterum eorum unione,uſq; ad præſentia ſecula
lxvi.De regionibus & ciuitatibus quæ ducatui Brunſuigeń. acceſſerunt.
lxvii.De ducibus Saxoniæ poſt Henricū Sup̄bum uſq; ad noſtra ſecula.

lxviii.De ſtrategematibus ac incremento ducum Saxoniæ.
lxix.De dominatu Embeccenſi.
lxx.De Marchionibus Miſnenſibus,& eorum origine.
lxxi.Genealogia omnium ducum Saxoniæ,Luneburgæ,Brunſuigæ,de Northen,Embeck,Oldenburg,omnium Marchionum Miſnenſium, & quidquid olim ad Saxoniam attinebat.
lxxiiDe archiducatu Auſtriæ,& eius principibus,& ducibus.
lxxiii.Genealogia ducum & Marchionum Auſtriæ.
lxxiiii.Genealogia Rudolphi Habſpurgenſis,
lxxv.De ducatu Stiriæ,Carinthiæ,ac Tirolonenſium dominio, & quomodo ad domum Auſtriæ deuenerint.
lxxvi.De ducatu Francorum orientalium.
lxxvii.De ducatu & ducibus Bauariæ,& eorum catalogo.
lxxviii.Genealogia oīm ducū Bauariæ,& quō de genere in genus deſcēderit.
lxxix.Genealogia omnium ducum Sueuorum a primo ad ultimum.
lxxx.De ducibus Sueuorum,& eorum catalogos.
lxxxi. De ducatu Gelriæ & Iuliacenſi.
lxxxii.De ſtrategematibus & incremento ducum Gelriæ.
lxxxiii.De ducatu & ducibus Iuliacē. lxxxiiii.De ducatu Bergenſi.
lxxxv.Genealogia ducum Gelriæ Iuliacenſium,Bergenſium & Cleuenſium
lxxxvi.De ducibus Cleuenſibus.
lxxxvii.De ducibus Lotharingorum,& Brabantinorum.
lxxxviii.De ducibus Lotharingiæ,& eorum catalogus.
lxxxix. De ſepulturis,titulis,& rebus geſtis ducum Lotharingiæ.
xc. De ſtrategematibus ducum Brabantinorum ac Lotharingorum.
xci.De ducibus Hollandiæ,ac Selandiæ,& eorum catalogo.
xcii.De ducatu Linburgenſi,ac comitatu Hannoniæ.
xciii.De comitatu Flandriæ,& eorum catalogo.
xciiii.De potentia comitum Flandrenſium,& eorum ſtrategematibus.
xcv.De comitatu Lucelburgenſi, & eorum comitum genealogia.
xcvi.Bulionenſi,Leuenſi,ac Ardennenſi comitatibus.
xcvii.Genealogia omnium ducum Limburgenſium,Brabantinorū,Cleuenſium,Leuentium,Lotharingorū,Burgundiæ,Hollandiæ,Selandiæ,Friſiæ, ac comitatuum Hannoniæ,Bulienſium,Ardennenſium & Flandrenſium.
xcviii.De ducatu Mechelburgenſi,Vuirtenbergenſi,& Pomeranienſi.
xcix.De quibuſdā ducatibus iam aboletis,ut Voytlandiæ & Rotenburgēſiū.
C. De ducibus Zaringiæ,& eorum genealogia.
Ci. De regiōib9 Zaringorū ducatui ſubditis,& quę ad eorū dominiū attinet
Cii. De Marchionatibus germaniæ,unde dicti & unde uenerint.
Ciii.De Marchionibus Badenſibus,& eorum religione.
Ciiii.De initio Marchionū Badenſium,& eorū catalogo uſqꝫ ad Hermannū.
Cv.De aliis Marchionibus ſubſequentibus uſqꝫ ad ultimum.

Cvi. De illuſtri familia & nobilitate Marchionum Badenſium.
Cvii. De ſtrategematibus Marchionum Badenſium
Cviii. De ciuitatibus & poſſeſſione antiqua Marchionum Badenſium.
Cix. Genealogia Marchionum Badenſium, Vuirtembergenſium & Lantgrauiorum Haſſiæ.
Cx. De Lantgrauiis, & Lantgrauio Alſatienſi, & eorum catalogus.
Cxi. De Lantgrauiatu Haſſiæ.
Cxii. De Burggrauiis Magdenburgenſibus, Rotenburgenſibus & Vuirtzburgenſibus.
Cxiii. De comitibus de Hoenloe.
Cxiiii. De comitibus Hennenbergenſibus.
Cxv. De comitatu Leoſteinenſi, ac Marchionibus Montferrarienſibus.
Cxvi. De dominio Pfeffingenſi.
Cxvii. ac ultimum. De nobilitate Nurenbergenſium, et eorum urbe, & Republica.

PRAEFATIO AD Lectorem.

ERVDITI ac mirabiles diſciplinarũ uiri, quotieſcunq; nobilitatis rationem habuerunt, nil niſi genuinam quandam inclinationem præ ſe ferre τὴν εὐγένειαν æſtimabant. Nec quidquam uirtutis eſſe in maioribus, quod cum poſterioribus generandi illa uirtus commune faciat, aut participari queat. Nec ut credam ea amplitudini noſtrę accedere, quę maiores noſtri in imaginibus ac tabulis referebant facile inducor, Fallitur eñ non mediocriter qui maiorum opinione cenſeri uult, dum tamen egregiis facinoribus minus illis reſpondeat. Potius .n. huic uitio nobilitas q̃ laudi uertatur qui ſecus q̃ uera ac ſyncera nobilitatis ratio poſtulat, uitam ſuã tranſegerit, ac omnem lucem parentum ſuorum in tenebras uerterit. Quæ enim rogo nobilitatis portio huic aſſerenda eſt? Video nonam hanc uulgi opinionem de nobilitate paſſim omnes occupaſſe atq; oculos omnium hebetaſſe, qui tantam uirtutis uim generandis hominibus tribuunt, & reclamante rerum ipſa natura maiorem uirtutis neceſſitudinem illis concedant, qui e ſummis heroibus proceſſerunt, q̃ illis, quos uirtus humiles ortu, ac ad ſui amorem paupertate aut aliis humanæ imbecillitatis conditionibus rapuit. Multa enim ſunt quæ in nobilioribus ac maxime fortunatis uirtuti repugnãt, diuiti enim magna cum opibus, maior cũ uoluptate luctatio eſt indicta, multa ei obuia ſunt, q̃ ſpecie uitæ melioris, ac rerũ terrenarũ affluxu, facilime a uirtutis uia locupletem in trãſuerſum agunt. Vnde plus incõmodat q̃ affert, plus adimit generis ſublimitas q̃ in uirtute ædificat. Si uelimus cũ priſcorũ temporũ neceſſitate decertare, id omni ætati datũ eſſe uidebimus, quod in prouerbium abiuit apud Eraſmum, ἀνδρῶν ἡρώων τέκνα πήματα, i. Heroum filios noxas eſſe. Oſtendit uerbi huius integrita

tem præter Euripidem in Heracli. ac Ariſtidem in Cymone, Demoſthenes
fatis itaque comparatum eſſe ait, ἀγαθῶν ἀνδρῶν φαύλους ἀποβαίνειν. Aelius
Spartianus ad Cōſtantinum id cruenti in partibus ingētibus eſſe peculiare pu
tat, ut a claritate maiorum ac moribus poſteri δὶς διὰ πασῶν abſint, ſuamq́ ſen
tentiam exemplo Scipionum ac Romanorum nobiliſs. oſtēdit eſſe integram.
Contra Agatoclem Auſonio referente Siciliæ, ac cerdonem quendam Athe
nis, ut Ariſtophanis fabula βάτραχοι teſtatur, præfuiſſe uidemus. Nobiliores
igitur illi ſunt, immo plus merētur. Quibus humili loco ortis χάριν ἐξετέλεσε πό
νος καὶ ἀθέσφατος ἱδρώς. i. quibus gratiā labor peperit ac ſtrenuus ſudor. Ita Demo
ſthenis nouitas a Plutarcho, Marii a Saluſtio, Summis laudibus effert. Iphicra
tes philoſophus σκυτοτόμος. i. coriarius, aduerſus Armodium eius nouitatem ex
probrātem apud Plutarchum dicere ſolebat. τὸ μὲν ἐμὸν ἀπ' ἐμοῦ γένος ἄρχεται, τὸ
δὲ σὸν, ἐν σοὶ παύεται, quæ uerba Cicero in Saluſtium ita tranſlata intorſit. Noli,
inquit, Saluſti mihi obiectare maiores meos, ſiquidem ſatius mihi eſt, me reb⁹
geſtis propriis florere q̄ antiquorum opinione niti, ut nobilitatem a me partā
ſtudeat adiplere poſteritas, q̄ q̄ nobilitatis a parentibus acceptæ finitor ac cor
ruptor eſſem. Cæterum ne ab exemplis recedam, quemadmodum pomum il
lud nobiliſſimi nomen fert, quod dulcedine ſaporis alia longe poſt ſe relin
quit. Ac ueluti equus generoſiſſimus eſt, qui lōge optimus, ita homo uera no
bilitate fruitur, non qui claritate naſcendi, uerum qui uirtute maxime præcel
lit cæteros. Licet fuerint horum ſententiæ Cortina dignæ, non tamen penitus
nullam nobilitas in ſe cōtinet uirtutem, ſiquidem iuxta Euripidis ſententiam
δεινὸν χαρακτῆρα aculeum quendam ardentem ſanguinis neceſſitas in ſe recon
ditum poſſidet. Nec ideo ultimam gloriam Helenæ Menelao, Vlyſſi, Achilli,
Aeneæ deorum origo conceſſit apud Homerum. Qui & reges ac induſtrios
mortales e diis originē retuliſſe in hymno Muſis dicato illa oratione ſignificat.

ἐκ γὰρ μουσάων, καὶ ἑκηβόλου ἀπόλλωνος,
ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπιχθόνιοι καὶ κιθαρισταί
ἐκ Διὸς βασιλῆες.

Ex Muſis, longe & iaculante ab Apolline terram
Fœlices habitant cantores & Cithariſtæ
A Ioue ſunt reges.

Adde quod Plutarchus in libro περὶ παίδων ἀγωγῆς
in pulcherrimam prorupit ſententiam, καὶ σοφός, inquit, ἦν ἄρα ὁ ποιητὴς ὅς φησιν
ὅταν δὲ κρηπὶς μὴ καταβληθῇ γένους ὀρθῶς, ἀνάγκη δυστυχεῖν τοὺς ἐκγόνους, καλὸς οὖν παρ
ῥησίας θησαυρὸς εὐγένεια, quod id nobis repræſentat, & erudit⁹ poeta ille ē, q cū q́
aſſeruit, dum fulcrum generis eſſet ſublatū bene, neceſſum tunc filios fore in
fortunatos. Honeſtum igitur libertatis theſaurum eſſe nobilitatem. Germāi au
tem quemadmodum fuerunt ἐλευθεροτιμότατοι ita & totius Europæ populis no
biliſſimi. Et dum etiam non extremum ſit laudis quod mortalibus contingere
poteſt, ab honeſtis prognatis proceſſiſſe, uolui id muneris præſentis libri eſſe
ut is totus Germanorum nobilitati ſeruiat. Nam nulla tanta humilitas reperit
quæ non præſtantia ſuorum maiorum tangatur, opiniouis etiam paternæ hæ
res eſſe non gaudeat.

De nobilitate Romanorum, Troianorum, & reliquarum gentium, erga nobilitatem germanicam. Ca. primum.

Troiano rũ nobili tas

CAeterũ ut clari⁹, facto ſublimitatis aliorũ piculo, nr̃a nobilitas cõſtet, a Troianis noſtram imbuamus orationem. Voluerunt priſci a Dardano & Laodomonte Troianorũ nobilitatē fuiſſe exorſam, quis aũt Dardan⁹ ille fuerit? toties a ſcriptorũ memoria repetitũ eſt, ut nec τῶν ἀναλφαβήτοις fugiat. Aut em̃ paſtores, aut aliud dicere nolo. Vnde Romani quæſo? an ne a profugo Aenea, quē Dion ille tot proditionibus inſimulauit, tot rapinis inceſſiuit, cui neceſſarius Laodomon ille ἱερόσυλος extitit. An ſecundũ Plutarchi Liuii, Plynii, Oroſii, & aliorũ ſentētia a fugitiuis? q̊s Romulus patefacto aſylo, uariis criminibus ac homicidiis furtoq; declaratos, ſpe ſalutis allectos, congeſſit. Repetam⁹ ſaltē Romuli cunabula, an ne ἐλευτέροσ ὀμάζοντες inſignis meretricis filiũ Romulũ dicemus? an p̃tecto meretricis noīe, ideo, ut Põp. Trogus, a lupa ꝓceſſiſſe eũ uolumus, dum aīos inexplebiles Romani lupi inſtar habuerint. Quis Romulus? an ne fraternę cędis reus? Ille igit̃ Romulus nullus alius, niſi raptor uirginũ, homicida, ut Theocriti dicto alludã μασθὸν ἐθήλαξε δρυμῷ τέ μιν ἔτρεφε μάτηρ. Vber ſuxit, ĩ ſyluis educat⁹. Verba Iuſtīi hiſtorici ſũt uolumīe xxxviii. tales reges habuerunt Romani, ut erubeſcant noībus, paſtores em̃ ab origines, haruſpices Sabinorũ exules, Corinthiorũ ſerui, uernęq; Tuſcorũ extiterunt. Hæc ille. Eſſent nobis de aliis nationibus argumenta, q̃ ut a noſtra ꝓfeſſione aliena p̃termittemus, germanorũ originē uideamus, q̊s ſynceros puros eſſe, nec gentiũ aliarũ incurſionibus concretos. Cor. Taci. Sabellicus, Sympontin⁹, & alii teſtant̃. Si antiq̃tate nobis decertare uis, ſolus Beroſus nos toti⁹ Europæ gētibus maiores natu oſtendit, ſi nobilitatē ſola uirtute erogare uis, uide an extiterint? q̃ impiũ Ro. nũc poſſideāt, poſſeſſã diuturni⁹ retinuerit. Sol⁹ igit̃ impii titul⁹, oēm Germanis aſcriptus, mortalē excedit nobilitatē.

De nobilitate germanorũ, & q̃ oēs eorũ originē e germãis referãt. Ca. ii.

Germãos nõ e Ro. aut Troianis or tos eſſe.

NEquaq̃ id ferendũ eſt, q̊d germanorũ q̃dam pſuaſiſſimũ hñt, ut hi q̃bus arrogantiã uana nobilitas aliorũ peperit. Oēs em̃ duces Germanorũ aut Romanos aut Troianos eſſe uolum⁹: hui? Bauaros & Frãcos e Troia tranſuectos, Marchiones ab Antenore, Palatinos, Hennenbergēſes, Hoenloenſes e Romanis, Saxones ab Alexandri reliquiis dicimus, oī conatu, totis uirib⁹ inſanire uolumus, & e p̃donib⁹, ꝓditoribus, paſtoribus, nobiliſſimos ortus noſtros a malo dæmone pſuaſi reducimus. Nobilitatē quærimus quã habemus, & quã habemus poſſidere nolumus, ſed ita quęrimus, ut eã aſſecuti, ex nobiliſſimis uideamur ignobiliſſimi, ſyncerã germanię originem p̃terimus. An ne Germanis unq̃ defuit nobilitas? quã ante mille annis panegyric⁹ Conſtantini nobis conceſſit. An ne noſtris regibus probitas denegabat̃. Fuerunt pauci boni Romanorũ Cęſares numerati, Aelio Spartiano referente, q̊s em̃ Caligulos, Heliogabalos, Nerones, Domicianos, Galenos, Bonoſos, & reliqua naturæ mõſtra ignorat? tm̃ Auguſto, Traiano, Antoninis, Claudio a Capitolino dexteritatē uideo deſtinatã. Nunc germanos repetamus, uno tm̃ exce

pto,nullus unq̄ excõicatione notatus eſt,adde ꝙ totus pene orbis noſtra gaudet origine. Verba Cãpani Itali ſunt, non Germani, alioqui germanici nomis hoſtis,in orõne Ratiſponenſi. Veſtra (inqt) nobilitas totũ pene orbẽ ut fons uberrimus inundauit,ut nulla gens,nulla regio ſit,q̄ nõ nobilitatẽ ſuã a uobis habere gaudeat,iactet,& lętet. Quis em̃ Mãfredos & cęteros totius Italię nobiliſſimos,ueſtro ſydere natos ignorat? & idẽ Cãpan9,nullã Italię,Gallię,Hiſpaniæ alicuius amplitudinis gentẽ eſſe aſſerit, quæ non germanicã originẽ ſibi laudi ducat. A nobis,refertẽe Iuſti.li.xxiiii. ꝑ Galatas tota aſia populis infuſa ẽ. A Gotthis tota Lõbardia,Italia ac Hiſpania. A Saxõibus Anglia Britannica. A Frãcis Gallia. Tot natiões libero & ſolido aĩo noſtrã ſuſpiciunt originẽ. Et nos alio noſtrã erogamus,nec deeſt nobis auctoritas cuſtodiẽdi ortus noſtri ſynceritatẽ. Negãt a Troianis Frãcos deriuatos Gaguin9,Michael Rictius,& alii, Bauaros a bois Sabellicus ac tota ſcriptorũ corona profitet̃, ſuere hi Boi olim q contra Fabriciũ,Flaminiũ,ac Cęſarẽ pugnabant,oĩbus Troianis nobiliores. Nobilitas ergo noſtra a ueris germãis eſt deducta,qb9 a Tacito tm̃ laudis ꝑſtatur,ut nec a Romanis, Italis,ac Troianis in ullo ſcriptore deſumptũ ẽ.

Germanorũ origo.

De Papis Germanis,& iure germanorũ eligendi papam. Ca. iii.

NEc ſummis pontificibus Germania caruit,ut nihil q̄d nobilitatis eſt, germanis non contigiſſe liqueat. Conſtant aũt numero germanorũ pontifices ſeptenario,ut ex Ottone Friſing. Platina,Sabellico atq3 aliis habemus. Fuerunt em̃ Stephanus viii. & eiuſdẽ noĩs nonus germani,ultim9 ille e ducibus Lotharingis originẽ duxit,prius Fœdericus nuncupatus eſt,ut Sigiberto Geblacenſi placet. Fuit & Gregorius v. Saxo natione,Ottonibus affinis,prius Bruno dictus eſt. Nec nõ Clemẽs II. Damaſcus II. Victor Leo XI. germani extiterũt. Hic Leo prius Tullẽſis epũs,Bruno dicebatur, ex Alſatia genitus,e comitibus Dabiſpurgenſibus,ut annales Altdorffenſiũ teſtant̃, diocęſis Argentinenſis monaſter. Inſtituit .n. hic Leo monialiũ cœnobiũ,q̄d temporibus inde reuolutis nomen S.Crucis accepit,multis reliquiis coruſcans, a Leone tranſlatis. Sunt & tres arces haud ꝓcul a Marpachio ac Eyſchem, in quarũ una diuus Pãcratius colit̃,cuius reliquiæ ꝑ Leonẽ cõſecratę ſunt. Obiit mortẽ Leo ille, tꝑe q̄ milleſimus & ſupra quadrageſimum nonus annus agebat̃. Sunt & q Ioannẽ,q ſimulato uirili habitu fœmina,ad papalẽ dignitatẽ euehebat̃,Moguntinã dixerunt. Aeneas Sylũius, papa Pius inde appellatus, germanus eſſe uoluit,licet Italus,Senenſis em̃ extiterit. Eo numero Romanorum pontifices Germani cenſebant̃. Nec mirũ eſt id,cũ ſanctiſſimi olim ius & poteſtatẽ eligendi papã,impatoribus Ro. ꝑſtiterint,ut lxiii.diſt.c. Agatho. & par. electiones. Vbi Carolus Magnus priuilegio q̄dã facultatẽ eligẽdi papã obtinuit lxiii.diſt. Hadrianus. Inde eandẽ copiã Otto primus a Leone erogauit,cum eius ſucceſſoribus,ut ibidẽ liquet c. in ſynodo. Quæ repetit Lupoldus Babenbergenſis de chriſtianitate germanorũ. Hæc ideo ſcripſimus,ne Itali oẽm ſibi in papã facultatẽ,ut ꝓpriã,ꝑſuadeant. Vt aũt ſemp ſeſe chriſtianiſſimos tenuerunt germani,ne diuinarũ rerũ facultatẽ detinere uiderent̃,oĩa ꝑdicta priuile

Quotto numero papę ger. ſint.

Priuilegia germ. in papam

gia abrogauerunt. Itacꝫ con‐ ſcientia pietatis, Caroli filius Luduicus primus, papę iura om̃ia in papam reſtituit, ut ui detur lxiiii. diſt. Ego Luduicꝰ Cõſimlicꝫ pacto & Otto imperator iuxta ſentẽtiam Gratiani lxxiii. diſt. parag. Verũ. Potuiſſent illa retinuiſſe, & tãdem de illo. Qua autem nobilitate præditi pape illi Germani fuerint, in ſequentibus patebit, ubi & eorum genea‐ logiã imperatoribus cõiũgã.

De antiquis germanię regibus, ab ortu mũdi ultra ſecula Troaiana. Ca. iiii.

A Regum germanorũ antiquitate exorſus id quod in fronte libri ſecundi exegeſeos memi‐ nimus, iterum memoriæ no‐ ſtræ repeti operoſum duxi‐ mus. Beroſꝰ antiquitatis perſcrutator curioſus, cui & tantã fidem p̃ſtat Ioſe phus, uſcꝫ ad Troiana tempora hos reges germanorum allegat, q̊s ſumus alligaturi. Nec deſunt doctiorum hominum ſententiæ, quæ librum illum auctorem mentitum uolunt, nec eſſe Beroſi, quibus auſcultarẽ, niſi Manetho ac Ioſephus ea pene uerba Beroſi (ut in prædicto libro continentur) allegarent. Meminerunt præter Annium Viterbienſem Tuiſconis & eius progeniei Cornelıꝰ in germãia, & Sabellicꝰ.

Primi germanorũ reges



Habes hic candide lector duas genealogias ueterū germanorum maxime a ſe inuicem tamen diſcrepantes, cui tñ adhæreas: tuæ induſtriæ reliquimus. Vna Beroſi Annii Viterbienſis ac Cornelii Taciti. Altera annalium noſtrorum ac Greſmundi eſt, ambæ a Noa germanis originem pollicentur.

Reges Germanorum ab urbe condita. Ca. v.

ROma poſt hac gentium domina erecta eſt, qui Germaniæ tunc præfuerit: nulli ſcriptorū cognitum extitit. Id tamen certum eſt, tunc oēs pene nationes regibus propriis fuiſſe ſubiectos. Suetiæ em̄ rex Surugo præfuit, cuius filia Gro dicta eſt, & eius filius patri ſuccedens Hadingus, cū uxore Thoilda filia Regneri, qui Thoraldi filius ferebatur, regis tūc Cimbrorum. Meminit illorum Saxo grammatic9. Tarquinii inde Priſci ſeculo germaniæ Clitoueu9 præfuit, qui ductu & auſpiciis Belloueſi Galliȩ regis uſq; ad Italiam uenit, ut Liuius lib. vi. decad. i. aſſerit. Poſt Clitoueuū in Hercynio imp̄auit Sigoueſtus frater Belloueſi, ut Liuius ibidem dixit. Plures Brenni referunt ab auctoribus, qui & omnes germanorum nomen acceperunt. Nec aliud ip̄m nomen Brenni ſapit. Senonum dux Brennus, Galatarum quoq; præſes eiuſdē nominis extitere. Brennus autem germanus dict9 eſt ab Hermanno, Gotfrido Viterbienſi, Strabone, Athenæo & Suida authoribus, quos oēs libro primo adduximus, Hic Bolgio ac cæteris ducibus uniuerſam Aſiam cædibus egit ac rapinis, ut Iuſtinus ait. Athenæus Bathanatium tunc Galatis præfuiſſe aſſerit. Huius itaq; ſecundi Brennonis temporibus & alii reges Germanorum referūtur a Pauſania græco auctore, qui Galatis imperabant, ut Cerethrius, Brennus & Acichorius, uerba Pauſaniæ ſunt. ἔμελλε κερίθριος ἡγήσασθαι, τοῖς δὲ ἐς παιονίαν ἰοῦσι βρέννος ἦσαν καὶ ἀκιχώριος ἄρχοντες. βολγιός τε παρὰ μακέδονάς τε καὶ ἰλλυριούς τε ἤλασε. Meminerūt horū Liuius ac Trogus lib. xxxiii. qui Brennū ducem tanti cenſebāt. Pauſanias etiam in Phocycis. ἦν δὲ ὁ βρέννος οὔτε πάντα ἀσύνετος, οὔτε ἀπείρως εἶχεν, ὡς ἄν τις βάρβαρος, σοφίσματα ἐς πολεμίους. Erat autem Brennus nō oīno inexpertus ſtultus ac inſipiens ductor, ueluti alii Barbarorum, uerum dolos nō ignauiter in hoſtes excogitabat &c. In cōflicto Cībrico Baleus, ut Floro placet rex contra Marium inſultauit. Erat & Teutobochus tūc tēporis rex, quem Euſebius Tentobecchum nominat. Oroſius Teutolum, Plutarchus uero Betoricis meminit, & nihil de Teutoboccho.

Reges Suetiæ.

Reges galatarum

Reges Cibrorum

Reges germanorum temporibus Cȩſarum Iulii & Auguſti. Ca. vi.

COnſulibus Cæſares ſucceſſerunt, primum locum Iulius eſt ſortitus, cuius temporibus Arouiſtus ipſo Cæſare libro primo commentariorū teſtante, germanis præfuit uniuerſis. Inde Auguſti temporibus multi germanorum antiſtites capiebantur a Druſo. Libuit eorum genealogiam ob raritatem ſic deſcribere, præſertim dum agnouerim eam nonnihil ad Cornelianam lectionem accedere, qui aliquando nominibus prætermiſſis. filios tantum illius uel huius ducis captos demonſtrat.

Reges germāiæ tpibus Auguſti.



Poſuimus quantum nobis curioſiſſima indagine liquebat Auguſti temporibus germanos reges. Inter quos duorũ e multis meminiſſe phas eſſe duximus ut omnium totius orbis regum maximorum, ut & Itali uideant ac græci, an ab ipſorum auctoribus alicuius ducis tanta memoria fuerit exacta. Ariminius Cheruſcorũ dux tres legiones conſule Q. Varo proſtrauit. Et poſtq̃ huius uirtutem Cornelius Tacitus Italus non germanus adeo celebrauit, ac cœlo æquauit. Hæc uerba ſubiunxit. Ariminius, inquit, dolo propinquorum cecidit, liberator haud dubie Germaniæ. Et qui nõ primordia Ro. plebis, ut alii reges duceſq̃, ſed florentiſſimum imperium laceſſierat. Preliis ambiguus, bello non uictus, duodecim annos potentiæ expleuit, græcorum annalibus ignotus qui ſua tantum mirantur. Romanis haud perinde notus. Dum uetera extolli-

Alii Arimius. Loc9 ammiani.

mus,recentium incurioſi.Hæc Cornelius Tacitus libro ſecundo in fine,quibꝰ uerbis nihil Germanis laudabilius,præſertĩ dũ ab eo hęc recenſere uidimus,ꝗ numerum interfectorum germanorum,Oroſio referente,ſæpe conticuerat. Idem Tacitus Arminiũ libertatis & glorię ducẽ appellat,&manu uoce ac uulnere prelium ſuſtentaſſe.Eundem Arminium tanta uirtute Q.Vari legiones cõtudiſſe Florus lib. tertio refert,ut Auguſtus ſemper hũc diem lugubrem habuerit,caputq; ſuum parieti impegerit,barbam uellicauerit,ac ſacrificia diis uouerit,ut in meliorem ſtatum res Romanorum redigerentur.Hic quinquies Romanis conflixit,ſemper uictoriæ compos nunquam ſuperatus eſt. Vltimo tamen ab amicis eius inſidiis circumuentus,ultimum diem clauſit.Cæterum Auguſtus ea tempeſtate,ſi Strabone libro ſeptimo credimus,Sugambrum,Deudoricẽ,Catumerum,Betoricen,Segemundum,Tolluddam,Milonem,Italum Segeſten, Veromirum,& reliquos reges in eius poteſtatem redegit,& ueluti obſides,ne Germani deſciſſerent,retinebat. Ferunt præterea Seſitatum regem Egymeri filium extitiſſe,ac quater ab Auguſto captum,ſemper ſe expediuiſſe.Vltimo tamen capitali ſupplicio ab eodem mortem obiiſſe.Et hæc de regibus Germanorum Auguſti ſeculo nobilitatis.

Reges germanorum ſub aliorum cæſarum temporibus Ca. vii.

Reges germ.ſub Tiberio.

ALius memoria abſoluta dignus germanorum rex Marobudus Tiberii temporibus floruit,qui duodecim legionibus cæſarem contra eum meditatum,conditionibus æquis diſcedere compulit,auctore Tacito libro eodem.Fuit & huius temporibus,ut Cornelius ait,Gandeſtrus Cattorũ rex,ac Bonco Noricorũ ac Pannoniæ dux referẽte Feſto Ruffo. Erant & Curioualda Battauorum , ut Cornelius aſſerit, & Arpus Cattorum principes. Extollit etiam Tacitus Segeſten principem,uiſu ingẽtem,ac optima memoria, impauidum nuncupando.Bois temporibus Auguſti Critaſirum præfuiſſe indicat Strab. Vibilium Hermundorũ Vangionẽ & Sidonẽ ſueuoꝝ reges Cornelius libro decimo tertio probat,ſororis Vibillii filios. Domitiani ſeculo Durpaneum,Iornandes,Oroſius,Eutropius & alii aſſerũt extitiſſe Dacorum imperatorem.Inde Conſtantini temporibus Chonodarus,Veſtralpus,Vrnꝰ Viſinnus,Serapion,Suomarius,Ortarius germanorum reges numerantur,ꝗs Ammianus Marcellinus libro decimoſexto allegat.Francorum regum nomĩa uaria Hunibaldus affert.Sueuorum Nauclerus & Iornandes,reliqs etiã dũ bellorum mentio erit adducemus. Cæteros Methodius in ſuis annalibus collegit

De inſtitutione regum germanorum. Ca. viii.

Differentia ĩter reges & duces

MAgna penes antiquos inter reges ac priuatos erat ratio, Nam referẽte Cornelio Tacito reges ex nobilitate,duces uero ex uirtute, eligebanĩ.Nec libera ac infinita regibus fuerat poteſtas. Duces etiã exẽplo potius ꝗ imperio fruebanĩ.Hæc ille.Quorũ uſum tot laudibus Campanus noſter ac Petrus Crinitus lib.xii.cap.vii.Sabellicus etiam libro ſecundo nonarii ſexti extulerunt.In eo quoq; imperatorũ cæterorum cõditionem germanoꝝ reges excedebãt,ſeſe.n.periculis miſcuerũt,aliter ꝗ ratio imꝑatoris poſtulabat.

Vegetius

Vegetius em̄,Onoſãder,ac reliqui ſtrategematū ſcriptores,impatorium eſſe munus dixerunt,caute ac diligēter uitæ eius parcere,ne temere eius morte uniuerſus exercitus periclitet̃.Nec opus ut militis officiū impator expleat. Secus id germanorū regibus uiſum eſt,turpe em̄ duci germanico erat,Cornel.referente,uirtute a milite uinci.Militi uero ducis uirtutē non æquare,ſemp.n. germanorū principes primi in acie uerſabant,ita Sido ac Italicus apud Corneliū in hiſtoriis,ſemp in bellorū aciebus primi hoſtē feriebant.Ita Maximinus impator id barbariei habuit familiare,ut ſemp putauerit impatorē ꝓpria manu, militis inſtar,bella conficere debere,ut Iulius Capitolinus,Symmachus li. v.hiſtoriarū,& Aelius Cordus teſtant̃.Alludit dicto huic Herodianus lib.ſeptio. ἔνθα καὶ γενναιότατα ὁ βασιλεὺς τῆς μάχης ἦρξεν.i.Vbi fortiſſime ipſorum imperator pugnã incepit,& addit,ꝓpria manu impatorē bello ſubiiſſe.Erat aūt Maximinus parentibus utriſq; germanus.Simili iudicio Totila ille,Gotthorū rex (ut Procopius inquit)inter anteſignanos ſemp morabat̃. Aliud erat etiã q̃ reges a priuatis interſerant,de minoribus em̄ rebus tm̄ principes conſultabant, de maioribus uero oēs germãi ĩ comuni, iuxta Cornelii ſententiã,nec penes principes oĩa tuta fuerūt,& ſi quid a regibus fuerat ſanctum ac cautum,penes plebem arbitrium reponebatur.Hæc ille.

Reges ger.primi in acie.

Drña inẽ plebē & reges germanorū

De illuſtribus quibuſdam Germanorum.i.Gotthorū regibus. Ca. ix.

Barbara licet ab omnibus rerū ſcriptoribus Germania noĩata ſit, reges tñ illuſtriſſimos ſemp tulit.Gloriat̃ Roma ob Antoninos, Traianos,& cæteros,qui uirtute tñ pluribus Germanorū regibus multo poſteriores fuerunt.Celebrat̃ non ſine magno honore Totilas ille, qui inter optios principes numerandus,tm̄ id cruenti ꝑpetrauit,ꝙ Romã gentiū dñam ſolo æquauit.Cęterū boni impatoris officiū functus eſt in oĩbus,uictis facilis, bello ſtrenuus,uictoria nõ elatus,oes,ut Procopius teſtat̃,in ſui amorē rapuit, Italiã q̊q; Belliſſarii opibus interceptã,ſola uirtute recupauit.Queādmodum Theodericus Oſtrogotthorū rex,a Sabellico etiã ac aliis celebrat̃,q neceſſitudinē cū oĩb⁹ uicinis ſummam copulauit.Nec Aiſtulphi Gotthorū regis humanitas relinquenda eſt,quē Theodoſius ille tanta bñuolentia complexus eſt,ut plus alio uirū hunc coluerit,pinde ac ſacrū, cuius etiã mortē familiariter conq̄ſtus,funus eius ea pietate ꝓſecutus eſt,ut aĩos Gotthorū oĩm ſibi conciliauerit.Hæc Socrates ac Theodericus græci hiſtorici ꝓſitent̃.Nec Amalaſunthę gotthicæ mulieris illuſtriſſimæ facinus egregiū a memoria noſtra remittēdū eſſe duxi.Cuius tot nobiliſſimi ſcriptores meminerunt,quēadmodū Iornãdes Procopius,& alii.Multo aūt diffuſius Suidas,cuius uerba græca latinitate donare uoluimus,ob diffuſam loci illius ac uerborū extenſionē,& ad leuandū lectori tediū,gręca excludemus.Sonat aūt id ferme Sudas.Amalaſuntha Atalarici mater,iuſticiæ cultrix,ingenio uirilē uirtutē referens,q̃ ad urbi p̄fuit,nemině e Romãis neq; corpe,neq; re numaria,mulctauit.Neq; ullo pacto gotthis, cū in urbē ſæuire uellent,cõſenſit. Gnatū etiã inter Romanos magiſtratus communi eorū uitæ uſu uoluit teneri,adegitq; ut literatos audiret,delectis e got-

Illuſtres reges gotthorum.

Amalaſunthæ uirtutes.

thorum principibus,qui annis,uſu rerũ gerendarũ,& moderatione animi pręſtabant,eos Atalarico gnato ad comunẽ uſum ſtudiorũ iuueniliũ ſocios addidit. Quæ ob id Gotthis inuiſa erãt,ꝙ hi libidine barbarica,uaſtandi domitos Romanos tenebant̃.Forte fortuna euenit,ut mater filiũ delinquentẽ publice arreptũ cęderet,& puer collachrymans in aulã duceret̃,ubi tum Gotthi iuueni occurſantes,tumultuabant̃,cõuiciis afficientes Amalaſunthã,tanꝙ ipſa puero uim ſtrueret,ut ꝑempto eo,ipſa alterius connubiis iungeret̃,ac in impio ꝑpetua eſſet.Poſthac & agminatim Gotthi adorti,eam accuſabant,puerũ regẽ iniuſte literis imbui,& ſenibus magno incõmodo aſſueſcere,& ꝙ illa indigna uiro forti eſſent,ſenes enim aiebant effetos,uirili uirtute deſtitutos,promptos adoleſcentiũ aĩos emolire.Cõmodius fore,ſi tener audacia,ac cupidine gloriæ aleret̃,inter ſcuta ac tela exercitaret̃. Alioq metu iuuenem euirare inter eos,q nũꝙ arma tractarint.Et demũ poſtulabãt Gotthi,ut regina puero magiſtros adiungeret æquales annis ac ſtudio , q uirilẽ eius ſpiritũ acuerent,& accenderent ad uirtutẽ,ad patrios mores conſeruandos.Non annuit mulier, tandẽ tñ metu coacta,rẽ arbitrio barbarorũ ꝑmiſit.Hæc ille.Celebrat̃ etiã multa admiratione Theodericus Oſtrogotthorũ rex,illius Atalarici auus, q ſe uicinis geſſit dextimũ,referente Procopio,& ſingulari uirtute ꝓditus,Romanis etiã arma interdixit.Eſtimabat eñ barbarus ille ſucceſſu temporũ ac armorũ deſuetudine,nomen ac uirtutẽ Romanis interitura,ac Gotthos ꝑpetuo Italiæ regnaturos,ut & apud Plutarchũ in apophthegmatibus qdã impatorũ conſueuerat.Nec portu nobis relinquendus eſt Gotthorũ regum conſumatiſſimus Dromachetes,in cuius laude Strabo lib.vii.adeo occupatus fuerat,ut pene laudationis modum ac terminos exceſſerit.

Theodericus.

Catalogus oĩm regum Gotthorũ,a primo ad ultimum. Ca. x.

IAm ad priuatos qſdã germanorũ ueterũ reges ſtylũ conuerſurus ſum. Multarũ gentiũ,qrũ partim genus decoxit, partim tranſmutatis ſedibus alienã terrã incolit,reges,ab eorũ exordio repetã.Et primo de illuſtriſſimæ Gotthorũ gentis regibus,qrũ multa ac optima pars deſiit, dũ hi ab Italia a Narſete & Bellizario expellebant̃.Bona tñ pars,q Hiſpaniã iuaſerat, adhuc remanet,a qbus & hodierni Hiſpani eorũ deduxerunt exordiũ.Reliqua pars Viſigotthorũ mortuo Attila,terrã circa Danubiũ intenderunt,ut Iornandes ſcribit,q hodie Auſtria dicit̃. Verũ ne lectorẽ debito officio noſtro defraudẽ genealogiã eorũ ita exordiar. Primus eorũ rex Dione,Agathio,ac Iornande auctoribus,Bericus erat,q duce Gotthi egreſſi ſunt e patria.Inde Filimer,quẽ alii quintum Gotthorum regem dixerunt.

Catalog⁹ regum gotthorꝝ

Bericus	Antrireger	Dorpaneus	Veduco	Ermanaricus
Filimer	Sichalcus	Arganus	Varo	Fridigernus
Frogradus	Dicæneus	Gunthericus	Thitio	Alatheus
Arugis	Libertus	Oſtrogottha	Ariaricus	Sofrathus
Euripilus	Comoſinus	Cniua	Aoricus	Attuaricus
Tamiris	Corillus	Reſpa	Gebericus	Alaricus
				Aiſtulphus

Aiſtulphus	Valia	Varemundus	Theodericus.
Theodericus	Theodericus regnauit xiii.	Euricus reg. ix.	Alaric9 reg. v.

Sub Conſtantino Cæſare in Italia regnabant

Theoderic9 moderauit ſub Leone. Theodatus unũ annum. Vitiges quatuor annos. Illouad9 occiſus ẽ. Artaricus quinq; mẽſes. Totilas Taruiſiæ rex. Teras ultimus tñ tres menſes ſub Iuſtino in Italia regnauit, a Narſete ab Italia fugatus. Hæc ex Procopio. Sed ut æquiorem mihi reddam lectorem, copioſius ea, quæ ad nobiliſſimæ Gotthorum gentis proſapiam, accommodari poſſunt, executurus ſum. Primitus Gotthi (poſtq̃ Scandiam egreſſi ſunt) omnes gentes dicebantur, Gepidæ uidelicet, Heruli, Veneti, qui Antes et Sclaui nuncupabãtur, Rugi, & alii. Ita ut pleniſſimus fons, multas gẽtes ſola Gotthia ꝓduxerit. Varia etiam nobilitatis gotthicæ genera fuerunt, unum Baltheum uocabatur, a q̃ (Riccio referente) Alaricus a communi ſtirpe gotthorum quibuſdã lineis nobilitatis ſemotus, & huius genealogiam indagare nullo pacto potuimus. Alii Antes Gotthi dicebantur, quorum Iornandes & Ablauius mẽtionem fecerũt, & inter illos Amali gotthi recenſebantur, ab Amalo quodam dicti. Hi inde diuidebantur in Viſogotthos ac Oſtrogotthos, poſt Domitiani tempora, ſiue a uentis ac terrarum eorum ſitu ita dicti ſint: ut Ablauius uult, ſiue a duce oſtrogottho, ut aſſerit Iornandes. Alii temporibus Valentis hos diuiſos fuiſſe dicũt in ducũ eorũ ſeditionibus Fridigerni uidelicet & Theomari, alii ũo ſub Amarici tẽpibus, paulo poſt, eos diuiſos eſſe probauerũt. Viſogotthi inde ab Hũnis pulſi, Thraciã, ꝑmiſſu Valentis cæſaris nacti ſunt, & breui Mœſiã, Daciam ac Thraciã in ditionẽ eorũ uerterũt. Inde in Pannoniã uenerũt, Viſogotthi a Pãnonia euocati a Stylicone, licet Claudian9 ex decreto ũitati refragẽt, & a Ruffino dicat. Gallia tunc eis fuit conceſſa ab Honorio, inde dolo circũuenti Viſogotthi a Stylicone in Romanũ ĩpiũ arſerũt. Romã duce Alarico, diruerũt, inde ĩ Galliã ſeſe receperũt, pulſi a Francis germanicis, in Hiſpaniã uenerũt, ubi adhuc ſunt. Et hæc Viſogotthi. Oſtrogotthi uero mox ab Hũnis ſubacti, cũ Attila eorũ rege cõtra viſogotthos pugnauerũt, mortuo Attila, duce Theoderico Italiã occupauerũt, a qua expulſi a Belizario, ac demũ a Narſete deſierunt, qdã tñ in Italorũ nomẽ (q ſupfuerũt) abierũt, alii expulſi, eorũ exonerationẽ hñt incertã. Hæc de Gotthis exactiſſima memoria aſſerũt a Procopio, Agathio, Ablauio, ac Scholaſtico Smyrnæo, græco autore, q poſt Procopiũ, oĩa Gotthorũ bella ad unguẽ collegit, in libro quem τὸν καιρὸν ĩſcripſit. Belizarii Narſetiſq; geſta officiatim executus eſt. Meminit & illius Suidas.

Gentes Gotthis dariuatæ

Genealogia omnium regum Gotthorum. Ca. xi.

NVnc ad primos Gotthicæ gentis reges deſcendam, quorum præter Iornandẽ, Agathius & Methodius meminere. Hi autẽ q primi a Scãdia Gotthis cõmilitantibus profecti ſunt, Gaptus & Augis dicebanť q̃s ſecutus eſt Amala, a q̃ Amalorũ gẽs exordiũ ſũpſit. Dein q illis ſucceſſerũt, Iſarna Oſtrogottha Vuil nuncupabãtur, poſtea Achal rebus Gotthorum potitus, Athailphum filium reliquit, a quo ortum noſtra hæc genealogia cœpit.

Gotthorũ reges


Athiul ſus rex gothorũ.
Ancila rex
Waldul ſus rex
Theode ricus vi ſogotꝰ.
Theode ricus vi ſogotꝰ.
vinitha rus rex oſtrogot
valeraſa nus rex viſogot.
Federi. rex got thorum
Herme ricus vi ſogotus
balãber rex hun norum
Viualu damari a vxor.
Valami rus rex oſtrogot
Huneri cus rex
turiſmũ dus viſo gotthus
hunimũ dus viſo gothus
Childeri cus dux burgũd
Reten derus o ſtrogot.
Theode mirꝰ rex oſtrogot
Atuari cus rex gothorũ
turiſmũ dus viſo
crotohil dis vxor
Clodoue us rex francie.
vxor
Theode ricus de Verona
honoriꝰ ceſar au guſtus
Alaricꝰ rex got thorum
ſigiſmũ dus
Alaricꝰ rex viſo gott ho.
Teude tuſa vxor.
Alaricꝰ obiit pu er
placidia vxor
Aiſtulfꝰ rex got thorum
Walide rus
valamir
Theoda tꝰ oſtro gotthus
Amala ſuntha vxor
genſeri cus van dal. rex
honoria
bernmũ dus viſo gotthus
valamir
Amala fredaſi lia.
turiſmũ dus van dalus
Eudoxia vxor
filia the oderici vxor.
Alaricꝰ rex viſo gottus
winderi cus viſe gottus.
Amala freda vxor
Huner cus van dalus
Amala ſuntha vxor
Eucha rius vi ſogottꝰ
Mater
iuſtinus grecus.
Vitalia nus.
Mater
Atalari cus rex.
Vitigis rex oſtro gothus
Amala ſuntha vxor
Germa nus dux grecorũ
Juſtinia nus ceſ. cõſtãtin.
ioan. dux grecorũ
Vxor.
germa nus dux

De regibus Vandalorum. Ca. xii.

VAndalorum reges Gotthorum genealogiæ coniunximus, tum quia ipſis affinitate deuincti erant, deinceps quia origine Vãdali fuerũt e Gotthis, poſtremo quia Hiſpaniam cũ Gotthis diu tenuerunt. Noluimus etiam Viſogotthorum principes, Hiſpaniam incolentes, ad formam genealogiæ traducere, ob nimiam ſtirpis gothicæ illius defectionem, raro enim ꝑ duos uel tres gradus in eadẽ proſapia regnum illud remanſerat. Oblitus etiã ſuſcepti officii iudicari potuiſſem, ſi ego germanicæ hiſtoriæ addictus, Hiſpaniæ imperatorum deſcriptiõem obirem. Cæterum ut zoilorum dentes effugiam, & Gotthorum duces adamuſſim recenſuiſſe uidear, ſatis lectori ſum facturus, dum gotthos illos Hiſpaniæ præſides allegabo, qui ex Viſogotthis genus eorum referentes adiunctis Vandalorum regibus Hiſpaniæ præfuerũt, qui eiuſdem farinæ gentes, e germanica ſtirpe emerſerunt. Anno itaq; dominicæ incarnationis trecẽteſimo quadrageſimo tertio Athanaricus primus rex Hiſpaniæ gotthus eam occupauit, Vandalorũ reges

VISOGOTTHI

Athanaricus regnauit annos xiii.
Athaulphus regnauit annos v
Alaricus regnauit annos xxiii.
Singericus annum unum
Valia aliquos.

VANDALI IN HISPANIAS

Genſericus
Traſimundus
Hunricus
Hildericus a Bellizario abactus.
Gundamundus

Riccius in libro de regibus Hiſpaniæ ſcribit immediate poſt Genſericum Gothos recuperaſſe Hiſpaniam, cui non accedo, Procopii, Aretini, & pene auctoritatibus inductus omnium, gotthorum autem tunc reges illos adducit. Reges Hiſpaniæ.

Theodericus
Henricus
Genſalaricus
Teudeſilius
Turiſmundus
Alaricus
Amalaſuntha
Agilla
Theodericus
Almaricus
Teudius
Atanagildus
Lymba.

Leonogildus cuius tempore Sueui ex Hiſpania eiecti ſunt, qui tamen eã c.lxx. annis occupauerant. Inde Recharedius, Luyba, Victericus, Gondamiris, Siſſebuta, Recharedus, Sumtilla, Rachmirus, Siſecundus, Sumtilla, Tulga, & alii, q omnes Hiſpaniarum reges natione germani ac gotthi extiterunt. Referũtur & alii gotthorum ac Vandalorum principes a ſcriptoribus, qui prætermiſſi ſunt a nobis, ut Cordus Gotthorum & Daciæ dux apud Iornandem, Euricus rex a Gregorio Turonenſe allegatur, Ethico a Pomponio Læto, qui Traiani imperatoris temporibus referebatur, Rhedagaſus memoratur ab Aurelio Victore, Beneuenuto Oroſio & Claudiano. Sic quoq; Viſimar primus Vandalorũ rex Conſtantini temporibus allegatur a Iornãde, Fretolphus epiſcopus Hinamigundum & Lendigillum gotthorum regis filios tradit.

De regibus Hunnorum,& eorum genealogia. Ca. xiii.

Hunnorꝫ reges.

HVnnorum duces mox adiicere Gotthis in animo erat,ut eos,qui am bas pene Gotthorum gentes ſubdiderunt,unã penitus ut Oſtrogot thos. Vnde quia nec Gotthorum gens penitus ſine illorum relatiõe indagari poteſt,& illorum originem (qua potero breuitate) auſpicaturꝰ ſum. Priſcus hiſtoricus ait Hunnos incognitos olim fuiſſe,primus tamẽ eorum rex a ſcriptoribus allegatus, Valamber extitit,qui referente Iornande Oſtrogot thos ſubiecit,& ante illum Valamir,quo duce primitus in Gotthos arſerunt, huic Attilæ progenies ſucceſſit.

Genealogia Attilę

Attilæ genealogia a Michaele Riccio deſcripta. | Genealogia Attilę ſecundum Iornandem



Hunni temporibus Iuſtiniani Chreme & Chridichia regibus,anno ſalutis ccc. lxiii.decies centum & octo millia hominum intulerunt hoſtibus.Luitprandus hiſtoricus Durſac & Bugit Hunnorum duces allegat.Cæterum Suidas autor grǣcus in dictiõe ζέρκιος Attilę ac Bledæ Aſperis & cæterorum principũ Hun

norum facit mentionem. Ecce quanta in Attilæ una genealogia Iornandis ac Riccii diſcordia? Defecit autem tota Hunnorum progenies in illis poſteriori bus, quare refellendi ſunt illi qui Vngaros ab Hunnis deriuare nitebantur, ut in libris ſuperioribus diximus, alii tñ Hunnos ad hũnorꝫ receſſum teutonice Hundsruck conſediſſe uolunt.

De Herulorum, Sclauorum, Alanorum, Scyrorum, Rugorum regum catalogo ac genealogiis. Ca. xiiii.

HEruli eadem origine gaudentes cum Longobardis ſæpe conflixerũt horum dux olim nobilitabatur Rudolphus, cuius meminit Barnefri dus. Hui⁹ fratrẽ filia Totonis Longobardorũ regis occidit. Hinc lon go poſt tempore Rudolphus rex ætate Iuſtiniani a Procopio admodum cele bratur. Hos ad genealogiam Longobardorum reduximus. Herulorꝫ reges.

Sclauorum & Antarum duces a nullo recenſentur.

Alanorum principem Sangibanum tempore Attilæ uiguiſſe recepta quo rundam perſuaſio eſt, ut Iornãdis & Riccii. Inde Breugus. Poloniam uero Ala ni rege Fernedo inuaſerunt. Alanorũ reges

Scyrorum rex tempore Attilæ Vinulff memoratur.

tia,& paucitate,quæ res omnes hactenus auocauit.Nam adeo a Sueuo
rum memoria receſſerunt ferme cũcti ſcriptores,ut nullus omnino eos attige- Sueuorũ
rit integre.Multi Sueuorum enarratores a ducibus de Stauffen ingreſſi gene duces
alogiam Sueuorum,& uſq; ad Conradinum deflexerunt,altius ire non potue
runt,in tranſitu quaſi per decem forſitan Sueuorum duces excurrerunt , mox
in limine deſtiterunt.Sunt præterea qui intentiſſima cura Sueuorum hiſtori-
as adierunt,ut Vrſpergenſis,Conradus Peutinger,& alii.Naucletus paulo ef
fuſius rem tractauit,uerum nõ per modum genealogiæ,nunc illum, nunc hũc
tantum nominando,ſine omni progenierum aut ſtirpium connectione & ne-
ceſſitate.Multæ interim ſcriptorum diſſentiones oboriuntur, unus Herman-
num ſecundum ab Hermanno primo deducit,cuius filiam Itam duxit Lutol-
phus filius Ottonis dux Sueuię, Vrſpergenſis uero & Saxonum annales repu
gnant,alii a Conrado Sapiente,Lupoldi Marchionis Auſtriæ fratre , alii ab
Hermanno fratre Erneſti ducis Sueuorum & Auſtriæ,filio Giſelæ imperatri
cis,illis originem perſuadent. Cuius ductu igitur hunc nobiliſſimum Sueuo-
rum ducem noſtris genealogiis introducemus? quare nobis parcendum erit,
ſi in uno ſecus q̃ recepta quorũdam perſuaſio obtinuit,& aliam uiam ab aliis
ingreſſi fuerimus. Id ergo ſufficiens ac tutiſſimum noſtro labori præſidium
erit,ꝙ nihil proprio uſi capite temere ſubſcripſimus.Ad rem redeam,Sueuia
olim ſub regibus moderabatur,& Morauinus rex Sueuorum cõſecrabatur,q
Brennum genuit ducem Sueuorum,non Gallorum,ut Hermanni, Naucleri ,
Strabonis,& aliorum auctoritatibus confirmauimus.Alludit Ligurinus.Huic
ſententiæ etiam acceſſit Gotfridus ,cuius uerba ſunt. Incoluit centũ primæ-
ua Sueuia pagos, Nec urbes nec caſtra colens,ſed rura uel agros Brenn9
dux fuit eorum,ſimul Allobrogorum, Sede Byzantinus fuerat,tunc rex Si
guinus Condit apud Gallos Senenſem Brennus & urbem,
En igitur Senones,quod nomen Senna parauit,
Ex hac ſunt Senones,qui quondam agmina Romæ
Vicerunt. Nec excluſimus hoc loco Gotfridi (licet non accepti ſcriptoris)
ſentẽtiã,ueri tñ,ut ueriſſimi,cui9 auctoritatẽ tm̃ ſtili ei9 ieiuni ac deſoleti rõ cõ
cuſſit,nobis aũt cũ ueritate nõ elegãtia,ob meliorũ auctorũ inopiã res erit. Tẽ
pore Cęſaris Arouiſtũ Sueuis ac oĩ germãię p̃fuiſſe uidem9,ętate uero Augu
ſti Vãnius & Sido a Druſo cõſtituti Sueuię reges noĩabãt̃. Tẽpeſtate Tiberii
Marebudus Sueuię a Põp.Lęto allegat̃.Seculo uero Cõſtãtini Thonodorus
a Marcellino rex Sueuorũ declarat̃.Põp.Mela li.iii. & Solinus Celeri Metello
a Sueuorũ rege,mercatore Indię ad germaniã appulſos donatos teſtant̃. Vo-
lũt ergo q̃dã Caroli tp̃ibus primitus ĩ ducatũ redactã fuiſſe Sueuiã.Ego q antiq
ores eorũ duces uidi in auctoribus,haud facile huic opiniõi aſſentior.Legitur
Gonſo ſueuorum dux,qui ſanctũ Columbanũ exilio mulctauit,cui Lãgredus

ſucceſſit,inde Linfridus & Gotfridus,qui filiam Carolo Magno dedit nuptui
Inde Enſmerinus & Marſilius Gerardus Caroli temporibus memorãtur.Du/
ces Sueuorum tp̄e Ludouici Pii Cõradus initiabat̃,Luduici II.Hiltebrandus,
cuius filia uocabat̃ Hildegardis.Tũc tp̄is Luduicis uniuerſa germania ſorte ob
uenit paterna,Luduicus ergo II.imp̄ator,Carolũ III.paulo poſt etiã imp̄atorẽ
Sueuię p̃fecit,a q̃ principes defecerunt,& Arnulpho Carolomanni filio eiꝰ pa
truo adhæſerũt,ꝗ Sueuiæ dux iuxta & imp̄ator Auguſtus,ducatũ Cõrado fi
lio Cõradi imp̄atoris,de gn̄e Carolorũ ultimi,tradidit.Cõrado uero ſuſpecta
erat Alberti nobiliſſimi germanorũ ꝓgenies,q̃ ſe etiã Sueuorũ duces ꝓfeſſa
titulũ ac iura Sueuorũ in ſe uertebat,totãq; nobilitatẽ Sueuicã affectabat.Al/
bertus.n.a Baba filia Ottonis ducis originẽ ſibi pollicebat̃,ut Gotfridus, Vrſp̄
genſis,& multi eruditorũ dixerũt.Patre uero nobiliſſimo Sueuorũ duce a pri
ſcis genus ſuũ trahente nitebat̃.Hic ẽt Albertꝰ ſuę ſtirpis nobilitate frui uoluit
Lupoldũ Marchionẽ Auſtriæ,ꝗ ſe ducẽ Sueuorũ & oẽm ſuã poſteritatẽ iſcri
bi fecit,Hermannũ primũ ſocerũ Lupoldi,Ottonis primi filii,ac Cõradũ ſapi
entẽ ad ſui gn̄is nobilitatẽ reduxit,ꝗ e Baba genꝰ eorũ deduxiſſe ferebantur,
ſicuti Auſtrię annales p̄hibẽt.Alii tñ Lupoldũ,Hermannũ primũ & Cõradũ
a q̊dã Rup̄to parente gloriari teſtãt̃,lector ex ſuo ingenio calculũ addat uel de
mat,ipſe ad lineã unde digreſſus ſum redeã.Cunradus (ꝗa Alberti copiã non
habere potuit,Reinoldũ fratrẽ eius occidit,iratꝰ Albertus,fraternæ cædis im
patiẽs,& ipſum Cõradũ eodẽ affecit ſupplicio,Luduicus ultimus ſui noĩs rex,
Arnulfi Imp.filius (ut fratrẽ temere occiſũ ulciſceret̃) Albertũ bello p̄ſeq̃bat̃,
cuius facultate dum nequiuit potiri, ductu & auſpiciis Hattonis Mogũtini ar/
chiepiſcopi,dolo & fraude ĩterceptũ,& ꝟbis fallaciis, & ſpe cõponẽdi fœderis
lactatũ,acꝗſiuit,et in ſua iura redegit Albertũ,de q̊ capitis ſuppliciũ ſumptũ eſt
Tũc tp̄is Richardis Sueuorũ dux memorat̃,ꝗ natiõe Burgũdio ferebat̃ ſecũdũ
q̊ſdã anglicꝰ,& Erkingerus cũ ſororio ſuo Linfrido in Sueuorũ principes abi/
uerũt.Verũ hi a Cunrado rege Cõradi occiſi filio decolati ſunt,Semp̄.n. odia
maiorũ in poſteris etiã ſeſe exercebant.Conradus igit̃ ut ducatũ iterũ in ſuã ꝓ
geniẽ redigeret maſculĩa ꝓle carẽs,ſuã filiã Burkardo Sueuorũ duci copula/
uit,ꝗ Richardi ducis,prius a nobis allegati filius extitit.Hic Burkardus filiã ſuã
Berthã Rudolpho tradidit,cui & Sueuię ducatũ reliꝗt.Fuit eadẽ tẽpeſtate ãnis
rudolpho æqualis Hermannus Sueuiæ dux,ꝗ ducatũ Sueuiæ uniuerſum poſ
ſedit,& Hermãnus primus dictꝰ eſt,frater Lupoldi Marchiõis Auſtrię, & ut
prius adduxi,e Baba & priſcis Sueuorũ ducibꝰ originẽ referẽs.His tp̄ibus Ot
tonis primi,multa p̃lia fœliciter cęſari cõfecit,ſtrenuiſſimus ac multa prudẽtia
p̃ditus,& dignitate,vnicã eius filiã(ꝓlis maſculinæ exp̄s)Itam noĩe,Ludolpho
Ottõis filio,unacq; totũ Sueuię ducatũ tradidit, Vrſp̄gẽſe teſte.Sic ducatꝰ Sue
uiæ ad Saxones deuenit,poſt Ludolphũ Burkardus III.Sueuiæ dux euaſit, ra
tiõe uxoris eius Hetuidis,q̃ neptis imp̄atoris Hẽrici aucupis,ac filia fratris pri/
mi Ottõis memorabat̃.Aiũt ꝗdã genitorẽ illiꝰ natiõe bauarũ fuiſſe,& S.Vdal
rici affinẽ,cuiꝰ mẽtio fit in uita S.Vdalrici,& ꝙ nocte in ſõno gladiũ uiderit.

Hic Burkardus ſine prole defunctus, ducatū Ottoni, filio Lutolphi ducis Sueuorum iam adulto reliquit, cui Cunradus quidam ſucceſſit, inde Hermannus ſecundus, ſecundū aliqs de genere primi Hermanni, qui Gerbirgam Cūradi regis Burgundiæ filiā in coniugē duxit, cui ſucceſſit Cunradus filius eius, inde Hermannus tempore imperatoris Cunradi ſecundi, qui illius Hermanni filius, ſecūdū aliquos Sueuiæ dux erat, a Lutolpho em̄ paternam originē duxit, duce Sueuorū, ac Ottone & Hermanno, maternū uero genus (non inficior) a Cunrado Vuormacienſiū duce, qui ab aliquibus Francus fuiſſe conuictus eſt. Bene ergo Platina, Blondus, & Aeneas Syluius, Cunradū hunc Sueuum probauerunt, licet Otto Friſingeñ. Francū. Hic Hermannū uxoris eius ex Erneſto filium ſuum priuignū Sueuiæ ꝑfecit, ut annales Auſtriæ teſtant̄. Inde Otto de Sunēpfurt, ac Rudolphus de Pfullendorff, alterius generis & ſtirpis aſſertores, Sueuię contigerunt. Poſtq̄ Hermannus p̄dictus ſine prole e uita exceſſit, & iterum ducatus uacabat. Henricus tertius imperator, Rudolpho de Rinfelt, nepoti ſuo ratione filię, quā Cunoni eius parenti coniugio tradiderat, Sueuiam obtulit. Hic patruo ſuo Henrico quarto in multis prelíis ſocius affuit poſtremo tamen ipſum bello proſecutus eſt, a quo occiſus, omni prole uirili deſtitutus, unicam filiam Bertholdo de Zeringen copulauit, qui Sueuiæ ducatum ex promiſſo imperatricis affectauit, non tamen obtinuit. Fœdericus .n. de Stauffen comes, gener Henrici quarti, ob Agnetem eius uxorem, Bertholdum præuenit. Huic ſucceſſit Fœdericus monoculus filius. Inde Fœderic⁹ primus. Inde Henricus ſextus, cuius fratribus occiſis, Fœderico ſecūdo detulit ducatum, filio ſuo, e quo filii duo qui ex cōcubina nati fuerunt, omnes legitima uxore natos ueneno necauerunt, tantū ſuperſtite Conrado, poſtea cæſare, qui relicto unico filio Conradino, fatali lege morti conceſſit, Conradinus ultimus Sueuiæ dux, contra Carolum Andegauenſem Siciliæ (quam ratione matris poſſedit) occupatorem, cum Fœderico Marchione Badenſi, ac duce Auſtrię profecti. Neapoli capite tuſi, & ſepulti ſūt, āno ætatis eorū xviii. dn̄icę uero natiuitatis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octauo, & quia in eo omnis ſtirps defecit, nullus hactenus Sueuiæ dux factus eſt, deſierunt ita nobiliſſimi duo ducatus, Sueuiæ uidelicet in Cunradino, atq; Auſtriæ ducatus in Fœderico, niſi quod Rudolphus de Habſpurg Auſtrię ducatum reduxit, potuiſſet et Sueuiæ ducatum ſuo generi aſciuiſſe, nullus enim tunc principum eo conſanguinitatis iure, quo Rudolphus, & neceſſitudine, ducibus Sueuiæ fuerat coniunct⁹, ut in genealogia noſtra (quam de Cæſaræ Max. æmiliano deſcripturi ſumus) plene abſoluimus. Multę fuerunt in ducatu Sueuiæ ciuitates, quæ nunc aut imperio, aut Bauariæ ducibus ſubiiciūt, ducatus .n. diuiſus eſt, plurimā partē dux Vuirtenbergēſiū occupauit, nō tn̄ titulū ducis Sueuorū ab imꝑatore meruit. Hæc autem (quæ de ducibus Sueuorum poſuimus) ex Gotfrido, Vrſpergenſi, Rheginone, Hermanno, Ligurino, Radeuico, Ottone Friſingenſe, Abbate Spanhaimenſe, Peutigero, Aenea Syluio, & multis annalibus habuimus, niſi ꝙ noſtro æuo Nauclerus de Sueuis proprios libros edidit, & Berno qui-

Finis ducatus Sueuiæ.

dam Abbas multa uolumina de ipſis conſcripſit,Sunt & priuati quidam anna les Sueuorum,qui a Curio Romano ipſos deducunt.Bebelius poeta illud irri dens,a nullo (inquit) Curionis imperatoris fieri mentionem,& anile commẽ tum eſſe teſtatur.Nullus imperator a rerum ſcriptoribus appellationem Curi onis aſſumpſit,ut liquido cõſtat.Legimus tamen Pompeii temporibus Curi-onẽ quendam proconſulem, ad Danubium primum Romanorum imperato-rum omnium profectum,ut Feſtus Ruffus,Aurelius Victor,& Iuſtiniani Cæ ſaris enarrator,copioſiſſime teſtantur.Ego illorum ſententię libentius accede rem,qui Sueuorum antiquitatẽ non in Curionẽ,uerũ potius in ipſos Germa-nos referunt.Hęc aũt q̃cũq; attulimus,ueterũ auctoritate nixi,& q̃plurimorũ annaliũ rõnibus confirmauimus.Vt aũt materia,quã de Sueuorũ regibus con cepimus, ſe latius aperiat, non diſſimulãda eſt Iornandis ſcriptoris uigilãtiſſi mi de ea re ſententia,qui longe clarius Sueuorum reges illuſtrauit,& quorun dam memoriam prorogauit,a qua reliqui ſcriptores receſſerunt. Dum libris ueterum nitor,facile conſequor Sueuorum regum memoriam a temporibus Iulii uſq; ad inclinationem imperii Roma. Qui aũt Theodoſii aut Valentini ani ſeculo uſq; ad Pipinum numerentur:nullus explicauit, ſecluſo in hoc ſolo Iornãde.Apud quẽ Theodericus Viſogotthorũ rex,illius Theoderici filius, qui in bello contra Attilã occubuit,Sueuiæ regẽ contra ſuos hoſtes iuuit.Vñ claudẽte ultimum diem Sueuorum rege,ipſe regnũ in ſua iura redegit,ac Tu riſmundũ filiũ huic p̃fecit, ſub cuius poſterioribus plus ducẽtis annis Sueuia moderabat̃.. Nunc ad ſtrategemata Sueuorũ digredior,quę quamuis non du bitem, quin adamuſſim ab Vſpergenſi ſint elaborata,in tranſcurſu tamẽ quæ nobis obuientur operi noſtro alligabo.Multas Sueuorum expeditiones cõtra Danos,Saxo grammaticus affert,in quarum numero octo recenſentur gra-uiſſimę.Cunradus III.ſui noĩs imperator,accepto nuncio de obſeſſiõe ciuitatis Edeſſę per Saracenos,nomen ſuum in militiam dedit, & adiuncto Ludouico Francorum regi ac Balduino regi ſuo exercitu, Iconiam ĩtercepit, Damaſcum Syriæ metropolim recuperauit.Perfidia demum Emanuelis Conſtantinopoli tani imperatoris in Europam regredi cogebatur. Quid Fœdericum primum Sueuũ memorem:qui capto Adriani põte,Romam,Mediolanum,Venetias ſollicitabat,Cremonam ac Galliam ciſalpinam terruit, Anconã ac Philomenã e iure Turcorum ſuſtulit,Armeniam minorẽ in ſuã ditionem redegit. Quis: Philippi Sueui regis diſpendia contra Ottonem IIII.ignorat.Erat huic Philip po frater Cunradus,qui contra Bertholdum Zaringẽſem mouit expeditionẽ, quem & armis exagitaſſet,niſi repentino fato conceſſiſſet.Omnes etiam impe ratores,in his quæ uirtutis & claritatis ſunt longe poſt ſe Fœdericus II.reliq̃t,q̃ Ancona urbe populata,Damiatam urbem a Soladino captam,& omnes bar-bari conatus fregiſſet,niſi Honorii tertii papę ratio aut potius neq̃tia,ipſo in li mine obſtitiſſet,Parmã tamen & Armeniam recuperauit Ruſſiam & Garam ampliſſimas regiones a Turcorũ incurſiõibus liberauit,totam Italiam Gibelli norum ac Vuelphorum facta diſcordia caſtigauit. Iã genealogia eorũ ſeq̃t:

Strategemata Sueuorũ contra Turcos.

Genealogia ducum Sueuorum.




Gozo alii gonzo
lāfredꝰ dux sue.
linfridꝰ dux sue uorum.
gotfridus sue uorū d.
ensmericus dux sueuo.
cōradꝰ dux sue uorum
ludwicꝰ rex ger.
ludwicꝰ imper. et fr. rex
ludwicus
carolus magnꝰ
vxor
lutolfus dux Saxonie
marsilius dux sueuorū
hiltbrādus dux sueuorū
dietmarus sax. marchi
carolomānus dux ba.
arnulfꝰ impera.
cōradus occisus
ludwicꝰ impera.
mechtildis vxor
hēricus auceps cesar
mechtildis vxor
zwendeboldus
hetwigus dux burgun
burkardus dux
vxor
cōradus impera.
vxor
otto magnus saxonie d.
baba se cūdū alios soror
rudolfꝰ sueuie dux
Berta vxor
hugo alter maritus
richardis vxor
lothariꝰ
adelhaidis alia vxor
ottoprimus imperator
egitha vxor
hēricus dux ba. ob vxorē
vxor
lupoldꝰ dux ba.
albertꝰ sueuus
lutgardis alia
arnulfꝰ dux bauarie
bertoldus dux bauarie
hetwidis vxor
burkardus iii. dux sue.
bernardus ex pel.
carolus iii. sue. dñs
richardis
vtina vxor
Otto ii. impera.
Augbaldus
waltherus
filiꝰ nō nominatus
hēricus dux bauarie
S. henricus ii. impera.
küngundis vxor
wilibaldꝰ epūs aichstet
vrsperg abbas
cōradꝰ frācon͂ū dux
lutgarda vxor
S. vdalricꝰ ep. august.
S. wolfgangus epūs
lutolfus sueuie dux
Ita vxor
hermannus dux sueuie
vxor de brabancia
theodericus lantgra. alſ.
origo horū a ducib. sue.
helwigis comitissa
inditha vxor
otto dux sueuie
Bruno
hēricus march. austrie.
lupoldꝰ dux sue. et mar.
richarda vxor
cōradus sapiens
adeheidis vxor
hermannus dux frāconū
cōradus burgūd. preses
gebhardus ep. ratispo.
cōradꝰ ii. imp.
gisela vxor
ernestꝰ dux sue. et mar.
filius
ab illo descenderunt
nō noīatur
welpho dux bauarie
vxor
hermannus dux sueuie
ernestꝰ march. austrie
magnus march. saxonie
agnes imperatrix
hēricus iii. imperator
ernestꝰ march. austrie
hermannus sueuus
gerbirga vxor
reinaldꝰ comes burgūd
hēricus dux bauarie
vxor
wolffframius de kreuchg
azela vxor
Ita vxor
lupoldꝰ marchi. austrie.
hermannus sive hēricus
cōradus sueuie prīceps
hēricus iiii. imperator
rudolfꝰ rinfeld. dux sue.
vxor
ioannes epūs spireñ.
rudolfꝰ de pfulledorff
vxor
hēricus altdorfensis
vxor
hēricus v. imperator
vxor
bertholdꝰ zeringensis
agnes vxor.
lupoldꝰ march. austrie
otto sue uie preses
federicꝰ staffeñ. dux sue.
beatrix vxor de burgūd
federicꝰ primus imper.
alia vxor
federicꝰ monoc.
vxor de zeiburg
cōradꝰ comes stauffeñ
cōradus epūs pataui͂e
otto sue uie preses
albertꝰ habspurgensis
vxor
theodora vxor egrecia
hēricus primus dux aust
philippꝰ cesar august.
hēricus vi. cesar august.
cōstātia vxor ex sicilia
federicꝰ vxor eiꝰ e grecia
otto comes burgūd
cōradꝰ frācon͂ū dux
cōradꝰ cesar augusꝫ.
agnes
hēricus dux stirie
otto frisingeñ. epūs
otto de sunnenpfurt
rudolfꝰ de Habspurg
Blanca concubina
federicꝰ ii. imp.
cōstātia vxor
hēricus filius federici
cōradꝰ frācon͂ū
federicꝰ dux sue.
helena vxor de Vngar.
lupoldꝰ dux au. et stiri.
albertꝰ dux bauarie
cōradus
hēricus sueuus
küngundis vxor ottocari
Entius seu rentius
federicꝰ comes thussie
cōradꝰ cesar august.
margarita vx.
gertrudis vxor
hēricus dux austrie
theodora vxor
lupoldꝰ dux austrie
federicꝰ dux austrie
lupoldꝰ dux austrie
hēricus dux sue.
federicꝰ dux sueuie
cōradinus vlt. dux sue.
manfredus prīceps
hēricus sardinie

2

De ducatibus Gelriæ ac Iuliacenſi. Ca. lxxx.

GElrenſes olim Auſtraſiæ regibus ,ut qdam uolunt,ſubiecti fuerũt,id aũt manifeſtũ eſt, ꝙ poſtq̃ ad nos impiũ deuenit, Vngaris d e uictis Henricus in comitatũ eã reduxit,anno incarnationis Dcccc.xxxv.Primus comes Begrinus noĩabat̃,cui tp̃ibus Othonũ Mendoſus ſucceſſit,ut monaſteriũ Gelrię in eius memoriã exequit̃,inde multo tp̃e exacto, quis p̃ſuerit Gelrię: nõ penes ullos ſcriptores eſt,Gerlacus tñ (a q̊ Gelriã dictã uolũt) Gelriæ de ferebatur comes,a q̊ noſtra genealogia principiũ ſumptura eſt,illius poſteritas recta linea ac ordine ſemꝑ ſubſecuta eſt,uſqꝫ ad Reinoldũ ac Eduarũ qui ſine uirili ſtemate excedentes, Vuilhelmo de Gulch ſororio reliquerunt ducatũ.Erat em̃ in ducatũ redact⁹ comitatus ille a Ludouico Cęſare,anno ſalutis M.ccc.xxix.& primus dux Reinoldus erat,pater Eduari ac Reinoldi prædictorũ,ac ultimorũ illius ꝓſapiæ ducũ.Erant itaqꝫ coniũcti Menapiorũ ducatus Gelrenſi ductu Caroli IIII.impatoris anno dñi M.cc.lxxiiii. nec diu tamẽ ſub eadẽ ꝓſapia incaluerunt,huius em̃ Vuilhelmi filii Reinoldus ac Eduarus, una cũ morte uitam & ducatũ expoſuerũt, uirili ꝓle carentes in manus impatorias ſepoſuerunt,anno ĩcarnationis M.cccc.xxii.nec plus duodequinqu aginta annis,ſub p̃miſſa ſtirpe ducatus ꝑmanſit.Ambo ducatus ducibus carentes, ad duces Bergenſes uenerunt,poſtea diuiſi,Gelria Arnoldo Egmontenſi ductu Sigiſmũdi impatoris,ac ſalutis anno M.cccc.xxvi.ceſſerat, poſt cui⁹ obitũ ad Adolphũ, & poſt hũc ad filium eius Carolum redacta eſt,qui & hodie eo potit̃.Impator.n.ĩ principũ cõſilio,p̃dicto duci ducatũ uoluit intercipe,ac ipm dominũ de Egmont appellari. Verũ regio ipſum defendit.Iuliacenſis uero ad duces Bergenſes,a qbus & noſtro æuo tenet̃,trãslatus eſt.Id etiã uerũ eſt ,Burgundiæ ducẽ p̃fuiſſe Gelrię Carolũ,poſt cuius obitũ Katharina uidua, Adolphi ducis ſoror,ducatũ adminiſtrauit,uſqꝫ Carolus ille capt⁹, liberatus eſt,hęc de ducibus illis.Eſt aũt Egmont dominatus,ac pene pars maxima Gelrię.

Comitat⁹ Gelriæ.

De ſtrategematibus ac incremento ducatus Gelriæ. Ca. lxxxii.

NEc a nobis p̃tereũda ſunt,ducũ illorũ ſtrategemata,fuerũt crebra eorũ aduerſus Brabantinos p̃lia,ut natiuitatis dñicæ anno M.ccc.xxxix ſępe epiſcoporũ Colonienſiũ partiũ fuerũt,aduerſus ciuitatẽ,nõ ſine ingenti iactura. Reinoldus em̃ dux anno dñi M.cc.lxxxviii.a Ioanne duce Brabantino captus,Limpurg,Vuaſſerburg,Zupff, deꝑdidit. Arnoldus dux ad xxx.annos Fœderico III.repugnans,depoſitus eſt,ac Carolus Burgũdiæ dux, Gelriæ(abacto Arnoldo) cõſecrabat̃. Verũ operã ac oleũ Carol⁹ ꝑdidit,inexpugnabilibus em̃ tribus aut quatuor ciuitatibus,Gelriæ dux animatus,dum nihil amittere poterat,toti germanię inferiori rapinis ac incurſibus reſpondit, Succeſſit Arnoldo Carolus,animo ac ferocitate patrẽ p̃ ſe ferẽs,qui ad tot annos,nullã inferioris Germaniæ ducẽ,bellorũ reliqt immunẽ,nec hodie bellorũ ac conficiendorũ hoĩm eũ pudet. Sumpſit aũt Ottonis Gelriæ ducis tẽpeſtate incremẽta ducat⁹ ille maxĩa.Cões Arnheim.Rugemond, Hadervuick , Gothbamel, Vuagenſtige,tunc tp̃is uillas,muro inueſtiuit,ac ciuitates conſe

Gelria cõtra Brabãtinos.

crauit, ille idem Nimmagen ciuitatem imperialem, anno domini M. cc. xlviii. ductu ſororii eius Vuilhelmi imperatoris magno conflato auro redemit. Monaſteria plura condiderunt Gelrenſes, ueluti Greuental monialium locũ, Ciſtercienſis ordinis, ubi Gelriæ ducum ſepulchra uidentur.

De ducatu & ducibus Iuliacenſibus. Ca. lxxxiii

Iuliacẽſes equites aurati & duces.

DAtæ modo ſatis ſunt partes Gelriæ ducibus, quibus ſtatim putabam duces Iuliacenſes, ob ducatuum amborum uicinitatem ac unitatem, eſſe annectendos. Diu enim ab uno duce ambo moderabantur. Hi a Sigifrido epiſcopo Colonienſi equites aurati olim conſecrabantur, ob immenſam uirtutem bellicam, Aquenſibus pręſtitam, a quibus lege ſanctũ tunc erat, ut ſoli Iuliacenſes propoſiti Aquenſes initiarẽtur. Olim comites fuiſſe feruntur. Ludouicus Cæſar eos in Marchiones ſalutis anno milleſimo tricenteſimo uigeſimo nono ſublimauit, & paulo poſt in duces anno ab illo prædicto triceſimo euaſerunt. Primus dux Vuilhelmus nominabatᷓ, qui Gelriæ ac Iuliacẽſibꝰ diu præfuit, inde ut dixi ad comites Bergẽſes ducatus ille deuenit, penes quos manſit uſqꝫ ad noſtra ſecula, annus uidelicet poſtquam milleſimus ſupra quadringenteſimum undecenteſimus ſextus agebatur. Vuilhelmus inde Iuliacenſium dux, unicam filiam ſuam coniunxit Ioanni, Ioannis ducis Cleuenſis unico filio, & ita tres ducatus coniunxerunt, Bergenſem uidelicet & Iuliacenſem, qui prius erant copulati, & modo Cleuenſem.

De ducatu Bergenſi. Ca. lxxxiiii.

Bergẽſes Marchiones

DIximus ad Bergenſes deueniſſe Iuliacenſem ac Gelrenſem, ducatus libuit igitur & illorum hic meminiſſe. Bergenſes olim in comites abiuerunt, exuto inde Henrico Superbo, Bauariæ ac Saxoniæ ducatibꝰ Fœdericus primus ĩ Bergẽſem comitatũ Engelbertum eorum præfectũ ac comitem Bergenſem multis prediis dotatum dimiſit. Horũ comitatum inde Carolus quartus ĩ Marchionatum tranſtulit, anno ſalutis milleſimo tricenteſimo quinquageſimo ſexto. Primus autem Bergenſis dux Vuilhelmus, ſecũdus Arnoldus, a Vuenceslao cæſare ſunt conſtituti. In bello inde Colonienſi contra epiſcopum, Ioannes filius Henrici, Linburgenſem ac Bergenſem ducatus ad ad Brabantinos armis contulit, quia hi partes epiſcopi ſecuti fuerãt, anno milleſimo tricenteſimo lxxxviii. Ita autem Bergenſis dominatus ad Iuliacenſes deuenit. Theodericus enim Gebhardo Iuliacenſi, pro Bergenſi dominio mutuo pecuniam dedit, eo pacto, ſi ſine filiis obiret, ut iterum ad epiſcopatum Bergenſis ducatus rediret. Succeſſit autem res, ut huic filius natus fuerat, ita Bergẽſes Iuliacenſibus manſerunt. Gelrenſium igitur Iuliacenſium ac Bergenſium, Cleuenſium genealogias uno faſce connectendas eſſe putauimus, quas & tali pacto contulimus.

Genealogia ducum Gelriæ ac Iuliacenſium ac Bergenſium. Ca. lxxxv.



De principibus Cleuenſibus. Ca. lxxxvi.

Cleuẽſis ducatus

CLeuenſes olim ſub regno Auſtraſię cõphendebant, eorũ dñatus inde ſub Ottõibus eſt inſtitutus, & ut annales Colonieñ. aiũt, in cõci/lio Conſtantienſi, princeps eorum in ducem ſublimatus eſt, anno M.cccc.xviii. ductu Sigiſmũdi cęſaris, primi ducis nomẽ Theodericus tulit, a q̃ pene oẽs poſteriores Theoderici dicti ſunt, nũc iũctus eſt ducatui Iuliacẽſi, ꝑ Ioãnẽ Cleuẽſem q̃ filiã accepit Vuilhelmi ducis Iuliaceñ. huius pater etiã Ioannes ferebat. Alii Adolphũ primũ ducẽ fuiſſe dicũt, in cõcilio Conſtantiẽſi cõſecratũ, cuius frater fuerit Gebhardꝰ comes de Marchia, filia eius dña de Bernheim dicebat̃, quæ Stephanum Ruperti regis fratrem in maritũ deſumpſit.

Alii filiũ

De ducibus Lotharingiæ ac Brabantiæ, & eorum initio. Ca. lxxxvii.

De lotharingia ac Brabãtia.

LOtharingiæ ac Brabãtinus ducatus, olim cõiũcti fuerant ſub Auſtraſię ducibus. Dagobertus inde cæſar anno ſalutis Dcc.xxiiii. Pipinum primũ Auſtraſiæ ducẽ ſeu regẽ cõſecrauit, cui ſucceſſit Grimoaldus dux, q̃ occidebat̃ a Leutherio. Inde ducatus ad eius ſororẽ Beggã deuenit, uxorẽ Anchiſi, q̃ marito eius ducatũ attulit, ac inde ad huius inſtãtiã, filiũ Pipinum ad eundẽ ſublimauit. Inde ꝓxĩm locũ tenuit in ducatu Carolus Marcellꝰ, quẽ ſecutus eſt Pipinus, ac inde Carolus Magnus, huic ſucceſſit Ludouicus filiꝰ. Inde Luduicus Lothario filio hũc tradidit, Lotharius duos excepit filios, Lothariũ ſcil. quẽ ꝑfecit ducatui, a q̃ Lotharingia nomẽ ſumpſit. Lotharius inde filiũ Luduicũ in regẽ Frãcię unxit, Carolũ uero in Brabãtiæ ac Lotharingiæ comitẽ initiauit, illi uirili ſemine carẽtes, tũc Cõrado imꝑatori ac eiꝰ parenti eiuſdẽ noĩs ducatus Lotharingiæ affectãdi cauſas tribuerũt, referẽte Hermãno. Quibus ſine filiis e uiuorũ numero excedẽtibus, Frãciæ reges ducatus illos (ut maioribus eorꝝ ſubiectos) repetierũt. Otto uero ſui noĩs primus, cęſar, Giſelberto collocata ſibi ĩ uxorẽ filia ſua gerbirga, ducatũ obtulit. Volũt multi tũc primitꝰ Lotharingiã in ducatũ ceſſiſſe, ut Gaguinus & Coloniẽſiũ annales hñt. Giſilbertus aũt Ottoni ſuo ſocero rebellis iuxta Briſachũ abſorptus eſt, Vrſpgẽſe teſte. Ducatꝰ igit̃ Brabãtinus ac Lotharingię ad filiũ eiꝰ ex Gerbirga ſuſceptũ noĩe Ottonẽ deuenit. Meminit & eiuſdẽ Hẽrici tũc Lotharingiæ comitis Vrſpgenſis. Otto inde ſine ſemine uirili lumĩa claudẽs, Gotfridũ Barbatiũ, q̃dã cõſãguinitatis gradu ſibi neceſſariũ, hęredẽ declarauit, frater .n. hic erat Falcõis filii Richmiri, ac fratris Giſelberti. Memorat & illius Gotfridi frater Bernardꝰ ambo Ardẽnenſes, & hic ꝑfatus Gotfridus Lotharingis ac Brabãtinis dux cõtigit, anno Dcccc.lxxxviii. Ottõe e uiuis diſceſſo, & poſt obitũ eiꝰ anno IIII. auſpiciis Ottõis III. cęſaris. Quis huic ſucceſſerit niſi Gotfridus ille de Bulĩõ, anno M.lxxxiii. a ſcriptoribus nõ allegat̃. Hermãnus ſcriptor Saxonũ quẽdã Hermãnũ Lotharingis ꝑfuiſſe tẽpeſtate illa ĩnuit, Cõradi uidelicet et Hẽrici III. cęſarũ æuo. Idẽ Hẽricus III. ĩpator Hẽrico de Lymburg ducatꝰ illos cõmiſit, cui & filiꝰ eiuſdẽ noĩs ſucceſſit, q̃ ſine ꝓle fatis cõcedẽte ducatꝰ Lothorĩgię ac Brabantinus ad antiq̃s dominos de Leuẽn, ductu & auſpicio Henrici quinti deuenit, & ſub

& ſub iiſdē ut Gezilone, Gotfrido ſecundo, tertio, quarto remanſit, uſq; ad ultimū Gotfridū, ſalutis anno M.lxxxiii. cuius frater Henricus Brabantinū tm̄ ducatū moderabat, cui filius Ioannes primus ſucceſſit, inde Ioānes II. & III. eiuſdē nois, qui etiā maſculina prole deficiente hoiem exuens, Vuenceslaū ſororium ſuū ſucceſſorē ſibi delegauit, qui tam diu ducatū Brabātiæ in manibus tenuit, q; diu in uiuentiū numero uxor conſtitit, moriens uero ducatū cū uita amiſit, ac ducatus Brabantinus ad Ludouicū Flādrenſem ducē redactus eſt, ob Margaritā uxorē, ducis Brabantini filiā, ac uxoris Vuenceslai ſororē. Alii tn̄ ut Colonienſiū annales ad Antoniū quendā tunc deueniſſe uolūt ducatū, ob uxorē Iſabellā Vuenceslai filiā, alii hunc Antoniū de uera linea ducū Brabantinorū dicunt, diſcrutiant alii, id loco ueriſſimi habeo, hunc Antonium Brabantinorum ducē fuiſſe, cui ſucceſſit Ioannes IIII. huius filius, Brabantiç dux. Hic copulatus eſt Iacobç fœminç, Vuilhelmi ducis Hollandini filiæ unicæ, ex Philippi Burgundiæ ducis filia, ſupſuerat igit̄ ea uxor tm̄, ex omni Brabantiæ ducū affinitate, ac Ioanne duce Brabātiæ, marito eiſdē Iacobç, fatis ſine ullo ſemine cōcedente, Iacoba fratrē regis Daniç matrimonio ſibi copulans, ſpe conſequēdi ducatus. Mox Philippus Burgundiç dux anno ſalutis M.cccc.xxxiiii. bello in ditionē ſuā breui tpe Hollandiā, Selandiā ac Brabantiā redegit. Gaguinus patrē huius Philippi Ioannē Brabantiæ ducē fuiſſe ſcribit, alii tn̄ uſq; ad Philippum filiū eius diſtulerunt. Philippo ſuceſſit Carolus filius, q ſine uirili ſemine diſcedens, tradita filia ſua Maximiliano regi, permiſſu Fœderici III. Cçſaris, genero ſuo reliqt tā Burgundiç, Hollandiç q̄ Brabantiæ ducatus. Maximilianus Philippū filiū initiauit in ducē Brabātinū, qui moriēs filio ſuo Carolo hçredi iuſto oia mortis neceſſitate relicta cōmendauit, q & hodie Brabantiæ præeſt.

Brabantia ad q̄s duces.

De ducibus Lotharingis, & eorum catalogus. Ca. lxxxviii

INterim dū in negocio ducū Brabantinorꝝ occupati fuimus, pene Lotharingos duces a noſtra memoria excluſimus. Diximꝰ capite ꝓximo Lotharingiæ ac Brabantiæ ducatus in principio in unū ducatū euaſiſſe, ac Lotharingorū nomen tunc obtinuiſſe. Ita q; ambo ducatus tm̄ appellatione Lotharingorū conſtiterint. Gerbirga ſimul & Giſilbertus Lotharingorū ducū titulū ꝑtulerunt, licet & Brabantiç ꝑfuerint. Itaq; ambo ducatus indiſcreti uſq; poſt Gotfridi de Bulion ſecula ꝑueniebant, q lege fatorū e uita diſcedēs, Vuilhelmo fratri ſuo Lotharingiā cōmiſit. Brabantia uero penes comites de Ardēnen tūc erat, q̄rū catalogū capite priori deſcripſimus. Ad ducatū Lotharingorū redeo, qui ꝑ Gotfridū a Brabantino ſeiunctus eſt. Hic Vuilhelmū fratrem (ut diximus) ꝑfecit. Alii multo ante, ducatibus illis diſcretionē cōtigiſſe ſcribūt, Ottonis primi tpibus uidelicet. Mortuo, em̄ Giſilberto aiunt Raginerū cū Lāperto Arnuldū ac Garneū ducatus illiꝰ occupatores expuliſſe, Lothariū inde ac Carolum fratres pro recuperando ducatu laboraſſe, ac Ottoni filio Caroli eundem donaſſe. Quo mortuo, Gotfrido Ardenenſi obueniſſe Lotharingiā. Illius ſententiæ Geblacenſis eſt, alteri uero accedunt annales Coloniēſium. Gotfridus de Ardennen Lotharingiā Euſtathio Bulionenſi copulata ſibi filia

De ducibus Lotharingiç

ſua in matrimoniū tradidit.Euſtathius Gotfrido Bulionenſi filio reliquit ducatum,hic in regē Hieroſolymitanū abiens,fratri ſuo Vuilhelmo cōmiſit Lotharingiā.Cui ſucceſſit Theodericus filius,cui Theobaldus,inde Federicus, Matthæus,Matthæus filius,Fœdericus frater,Theobaldus,Foricus,Rudolphus, Ioānes,Carolus,inde ob Iſabellā matrē Caroli filiā Renatus Siciliēſis in Lotharingiæ ducē ſublimatus eſt,poſt quē ſedes ꝓximas tenuit Ioannes filius, hic ſine uirili ſemine mortuus,Renatū Vaudemontenſē comitē, agnatū ſuū, ad ducatū hūc accerſiuit.Renato Antoni⁹ dux ſucceſſit,quē nr̄a ætas adhuc uidet.

De ſepulturis & rebus geſtis ducū Lotharingiæ,& eorū titulis. Ca.lxxxix

Tituli ducū Lotharingorū

POſtq̄ a Brabantia,Lotharingia ſemota eſt,creuit in immēſum ducatus ille,ob crebrā & feſtinatā illorū principū mutationē.Oſtēdunt ſe duces illæ reges Hieroſolymitanos,quē titulū eis Gotfridi Bulionenſis uirtus conceſſit,regniq́ꝫ Siciliæ nomen eis Renatus contulit. Vaudemōtenſē uero & Barrenſem comitatus comes Antonius,cætera Ioannes,Carolus, Rudolphus,& alii q in Nanſio eorū ſepulturā erexerunt,ubi & eccleſiā condiderūt, ac dotauerunt.Simon dux Lotharingiæ monaſteriū bellū pratū inſcriptū fundauit,ſalutis anno M.c.lxxv.indictione xx.tertio Idus Nonii,in die Aſcenſionis dn̄icæ.Cuius inhabitatores Ciſtercien̄. ſunt,Illic etiā p̄ſatus dux ſepulchro conditus eſt.Rudolphus dux in cōflictu contra Anglos periit.Memorant multi epiſcopi a ducū illorū ſtirpe proſati,p̄ſertim Metenſiū antiſtites,a q̄rū memoria modo recedamus.Si em̄ oīa quæ in decus illorū uerti poſſunt quæreremus,ſemper a littore remoti nunq̄ ad deſtinati finis terram nauigaremus.

De ſtrategematibus ducum Brabantinorū ac Lotharingiæ. Ca. xc.

Bellū iter Giſilbertū & Ottonē Cęſ.

ORationē nunc de ducū illorū ſtrategematibus dirigā,Lotharingiæ duces ante Ottonū ſecula,nihil memoria dignū elaborauerunt, Ottoi uero primo Giſilbertus gener ſe rebellē geſſit,atq́ꝫ inita cū Egberto q̄dā cōiuratione,poſtq̄ imp̄atoris uires intellexit ſuis ualidiores,iuxta Briſacū in Rheno abſorptus eſt.Hanc hiſtoriā Vrſpergenſis copioſiſſime execut⁹ eſt. Gotfridus etiā Bulionenſis,Lotharingiæ dux,Antiochenē chriſtianis militib⁹ chriſtianitati adiecit,anno incarnatiōis M.XCVIII.Iñ Hieroſolymitanus rex conſecratus eſt,ut prius indicauimus,longo inde t̄pe Ioannes,Brabātinus dux Reinoldū Gelrenſem in bello (q̄d contra epiſcopū Colonienſem geſſit) captiuum abduxit,& Limburgū,Vuaſſerburgū,Zupff,& multa ducatui Gelrēſi ademit,anno dn̄i.M.cc.xciii.Brabantiā inde etiā oī uirili ſtirpe deficientē Philippus dux Burgundiæ in ditionē excepit.Carolus huius nepos Renato Lotharingiæ duce fugato,rebus Lotharingiæ potiebatur,p̄ Heluetos tn̄ repreſſus ac ad ultimū mortis diſcrimē p̄ductus eſt.Interim nulla uel pauca Lotharingorum p̄lia exupauerant.Brabantinorū uero eo plura referunt,Vuenceſla⁹ Brabantiæ dux contra Hollandinos grauiſſima bella confecit,ob id ꝙ Hollādin⁹ ille,regionē ſuā a p̄donibus p̄miſerat undiq́ꝫ infeſtari.Maximilianus etiā ante imp̄ii ſublimationē,ſeueriſſime penes Morinos ac Brabantinos ſeſe bellis oſtēdit.Fuit Nicolaus Calabriæ dux,q aſſumpſit uxorē Ludouici regis Frāciæ filiā,

qua

qua depoſita,filiam unicam ducis Burgundiæ (conſequendi ducatus gratia) in coniugem affectabat,cuius tamen ſpes exitu caruit,prius enim morte preuentus obiuit. Dux igitur Burgundius initiari uolens,in ducem Lotharingẽſem, præuentus eſt a Vaudemontenſibus,ab eorũ comite Renato,ex parte matris Renati Calabriæ ducis,nepote,unde prelia atrociſſima int̃ Burgũdiæ ducem ac Carolum ſunt oborta.Demũ occiſo Carolo, Vaudemontenſibus ducatus ille remanſit.Plures epiſtolas Philelphi circunferuntur, ad Renatum Lotharingorum ducem conſecratæ.

De ducibus Hollandiæ & Selandiæ. Ca. xci.

ET Hollandiam olim ſub Auſtraſiæ regibus fuiſſe quidam obtinuerũt,cui⁹ comitatum olim a Carolo Caluo inſtitutum uolunt. Primus eorum comes Theodericus celebratur,ut in ducatu, ita & in ſuo nomine primus euaſit,poſt quem rebus potitus eſt Theodericus ſecundus, cui Arnulphus ſucceſſit,inde Theodericus tertius,Florentius primus,Theodericus quartus,qua tempeſtate Gertrudis Florentii prædicti uxor,ut filiis (ętate imperio minus conuenientibus) res integras conſeruare poterit.Ruperto Balduini ducis Flandrẽſis filio matrimonio ſe addixit.Theodericus quintus inde ratiõe præditus,poſtquam ad annos diſcretionis peruenit,eiecto Vuilhelmo epiſcopo Traiectenſi,ac Gerlacho Gelrenſi comite,qui uiribus Hollandiã inuaſerant,omnia ſibi reſtituit,ac filium ſuum Florentium ſui nominis ſecundũ, hæredem conſcripſit,quem in comitatu ſubſecutus eſt Theodericus quintus filius,quem Florentius tertius,dein Theodericus ſeptimus.Hic addicta ſibi in coniugem Adelhaide, Theoderici Cleuẽſis filia,unicam gnatã nomine Adã reliquit,hanc Theodericus Leuenſis in uxorem ſibi deuinxit,ac Hollandiam occupauit.Verum non diutius uxore ſua.Poſtquam enim uita defuncta erat Ada,Vuilhelmus eius patruus,hæres uerus,Hollandiam recuperauit,quã iterum iuſto hæredi reſtituit.Inde Florentio quarto filio ſuo in dominatu ceſſit, q̃ hæreditate Florẽtio ſatis deſtituto,Vuilhelmus cæſar fũctus eſt,filius prædicti Florentii.Vuilhelmum patrem ſubſecutus eſt Florentius quintus.Inde Ioãnes filius,qui Friſiam totã pene armis ſibi uendicauerat.Ioanni ſucceſſit Vuilhelmus ultimus Hollandiæ comes,qui relictis filiab⁹ Mariã Reinoldo Gelrię duci,Ioannam uero Vuilhelmo Flandriæ duci,ac Margaritam tradidit Ludouico Cæſari,maſculino genere defraudatus.Imperator ergo Ludouicus ſalutis anno milleſimo tricenteſimo quadrageſimo quinto, Vuilhelmo filio ſuo Hollandiam conceſſit.Vuilhelmo uero ratione orbato,alteri filio ſuo Alberto comitatum eũdem adiunxit, cuius filiam unigenitam Eduarus Gelriæ dux ſibi matrimonio copulauit,hæc Hollandiam uſq; ad extremam ſui ſenectutem ſub iugo ſuo p̃uidit,tandem fatali lege decedens,multos ſpe cõſequẽdi comitat⁹ deluſit.Affectabãt in dõiniũ Hollãdiã dux Gelrię,necnõ Bauarię duces,q omnium ueriſſimi dominii referũnt,& eo tp̃e ſimul Selãdiæ,Hanoniæ,Hollãdię ducatus recuperabãt. Vidi ipſe aureum numũ a Vuilhelmo Bauariæ duce cõflatũ,cuius epigrãma ſubſignatũ talẽ formã ſonabat,Vuilhelm⁹ Bauarię,

Comites Hollãdię

Selãdię,Hanoniæ,Brabãtię ac Hollãdiæ dux. Philippus etiã Burgundiæ dux, q ob matrẽ ſuam Alberti ducis Hollãdiæ uxorem,tum ob filiam quam nuper Vuilhelmo ſexto ac ultimo Hollandiæ duci copulauerat,liti eorũ intercedẽs, anno ſalutis M.cccc.xxxiiii.uniuerſam Hollandiã,Brabantiã ac Selandiã ui occupauit,quas in ſua iura redactas inde filio Carolo reliquit.Philipp9 inde Auſtriæ dux ob Mariã matrẽ,Caroli ducis filiã,ducatui initiať,multis tñ ac aſperis preliis id redemit,cui & ſucceſſit filius primogenitus Carolus,q & noſtro tpe ducatibus illis pditus eſt,& hæc de illo. Vnũ etiã qd noſtro æuo ducatui acceſſit,licet infauſtiſſimo omine,referre tñ in aio eſt.Poſtq̃ annus ſalutis milleſimus ſupra quingenteſimũ decimus ſeptimus agebať,poſt pentecoſtes celebrationẽ,grex quidam ex multis hoium gñibus conflatus,Hollandiã hoſtiliter inuaſit,optimas q̃ſq̃ ciuitates ſpoliabat,pdis inde onuſtus,diſceſſit,hoĩes occidit nec ad ſacratiſſimũ Saluatoris noſtri corpus,ut ad aſylũ confugientibus pepercit.Miſerrimę plane cõditionis Hollandia, q̃ tantos in uulnera eius ſanguiſugos inuenit ſatellites,potuit hęc queri de illis,q̃d q̃ndam tota germania de Attila.Selandia etiã ſemper Hollandiæ ducatui fuerat ſubiecta,ac ſub ea comprehenſa, quare nihil de ipſa ſtatuere uoluimus.

De ducatu Limburgenſi ac comitatu Hanoniæ. Ca. xcii.

Limburgenſis ducatus.

LImburgẽſis ducatus,Aquiſgranę uicinus,olim comitatus, ab Hẽricis impatoribus conſecratus diciť,hui9 comes primus Hẽricus fuiſſe aſſeriť,q filiũ ſuũ Henricũ,poſt Gotfridũ Ardẽnenſem,ductu Henrici quarti impatoris,Lotharingię ducẽ initiauit,cui & ſucceſſit Hẽricus filius,quẽ tamen Hermannum,Hermannus Saxonum ſcriptor nominare uideť,hic ſine maſculina ſobole fata ſoluens,comitibus Leuenſ. hæreditatẽ reliqt. Alii tunc tpis ad comites Gelrenſes eorum comitatum ueniſſe arbitranť, quibus & ego ſuffragor.Multo inde tpe præterito,Ioannes dux Brabantinus.Henrici filius, rẽ contra Reinoldũ Gelriæ comitẽ (qui partes epiſcopi Colonienſis contra ciues ſecutus fuerat)gerens,uictoriæ compos,ac duce Gelrenſe potitus,eũ captũ abduxit,ſalutis noſtræ anno M.cc.xciii.compoſitis inde ſoluendi ducis conditionibus,multa ducatus (erat em̃ tunc ducatus) Limburgenſis, Vuaſſerburgũ quoq̃ ac Zupff Gelrenſiũ princeps Brabantinis relinquere compellebatur.

Hanonia ad flãdriã

Hanoniæ uero comitatus multa antiquitate præditus eſt,ac olim amplior,nũc exiguis,argumẽtum ex eo cepimus,olim enim Franciæ reges eorũ connubia nõ aſpernabant. Balduin9.n.Flãdriæ comes ex Aliza matre filia regis Francię genit9,Richildam Hanoniæ comitis filiam ſibi propriam dicauit.Inde totus comitatus Flandriæ ad Hanonienſes duces peruenit,per Balduinum Hanoniæ comitem,ob Margaritam uxorem filiam Theoderici,ut Gaguin9,& alii teſtãtur. Vnde & hodie coniuncti ſunt. Aliquando diuidebantur,Margarita enim filia Balduini regis Hieroſolymitani,Guidoni filio tradere uolens comitatus ambos,ac Ioannẽ om̃i paterno iure exuere, a Vuilhelmo rege ſocero Ioannis compulſa eſt,ad dandũ Hanoniæ comitatũ Ioanni,Ioanne uero ſine liberis decedente,Hanonia iterum Flandriæ coniungebatur.

De comitatu Flandrenſi,& eius comitũ Catalogo. Ca. xciii.

HActenus inter inferioris Germaniæ ducatus conſtitimus, anteq̃ ab ipſis recedamus morã prius in comitatu Flandrenſi paulũ teneam9, q̃ potitus eſt Ludouicus prim9 anno Dcc.lxxxii.qui accepit in uxorẽ Lotharii quarti filiã noĩe Flandrã(a q̃ nomen comitatui contigit)poſt quem Antonius,cui filius ſuus ſucceſſit.Inde Andaquercus.Et hi primi p̃fuerunt Flã driæ.Filius aũt Andaquerci Balduin9,accepta Iuditha Caroli calui filia in uxo rem,primus Flandriæ comes euaſit,a ſocero inſtitutus, referente Hermanno ſcriptore.Huic ſucceſſit Balduinus Caluus,inde Arnoldus III.comes, cui Ar noldus quartus,inde Balduinus,cui rurſus Balduinus ſextus, qui tres habuit filios,primus Arnoldus,ſecundus Balduinus,& hi contra Flandrenſes pugnã tes comitatũ p̃diderunt.Tertius tñ filius Rupertus eã recupauit,extitit hic ſep timus comes,hũc ſecutus eſt octauus noĩe Ruptus,& poſtea filius eius Baldui nus nonus in ordine,ac ultimus ſtirpis huius terminator,inde Flandriã Kanu tus rex Daniæ ſuo iuri ſubiecerat,ut Hermannus egregie exequit̃, alii tñ Bal duinum morbo comitiali affectum,naturã ſoluiſſe p̃hibent, ac Danzenſem ducẽ,ob uxorẽ Balduini prædicti matrẽ,ad comitatũ euaſiſſe.Illius ſententię aſ ſertor eſt Gaguinus in Francorũ hiſtoria.Succeſſit huic Tetricus noĩe dux ac comes Flandrenſis.Inde nomĩs eiuſdẽ Tetricus,q̃ unica relicta filia Margarita Balduino Hanoniæ cõiti hæreditatẽ addixit. Ante Tetricos etiã Carolũ ulti mi Balduini nepotẽ,ac Vuilhelmũ Iprenſem Caroli p̃dicti generũ, comitatui p̃fuiſſe conſtat. Verũ pauciſſimo ſpacio tp̄is,mox eñ ad comites Hanonię Flã dria deuenerat,Carolus eñ partes Ludouici regis Franciæ ſecutus,a Bochar do ac Beriopo occidebat̃.Ad Balduinũ Hanonię comitẽ redeo,q̃ Rupto con tra Philippũ adherens,obiit,comitatũ Balduino filio reliq̃t,hic rex Hieroſoly mitan9 initiatus ,Ferrando Portugalliæ duci genero ſuo,ac Philippo Namur cẽ. comiti deſtinauit regionẽ.Hic Namurcũ Hanonię ac Flãdrię comitatibus copulauit, Ferrandus uero dux cõtra Philippũ regẽ Francię agẽs,pro Anglię regno,capt9 eſt,uxor ei9 oppignerato Gotfrido Brabantię cõite obſide,uirũ e carcere redemit. Quo fatis deſtituto,Balduin9 q̃dã pſeudo,Balduinũ genui na p̄le prognatũ,ſe falſo ſimulans,a Flãdrenſibus conſecratus eſt in comitem, detecta uero eius malitia,capitali pœna in eũ eſt animaduerſum.Interim Mar garita Balduini regis Hieroſolymitani filia,diu ſola comitatũ p̃uidẽs, Vuilhel mũ Danipetrũ uirũ eius,in tutelã hui9 aſſũpſit,cui & duos filios partu edidit; Guidonẽ,cui rerũ ſummã uẽdicabat,& Ioãnẽ,ſibi ob affectãdi comitat9 ſuſpici onẽ offenſũ,exilio mulctabat,Ioãnes uero auſpicio Vuilhelmi ſoceri Ro. cęſa ris poſtlimio in patriã rediẽs,ęq̃s cõditiõib9,Hanoniã impetrauit a matre,reli cta fratri Guidoni Flãdria.Ita iterũ cõiũcti comitatus illi diſcernebant̃. Guido aũt ac Ruptus,ob ſeditionẽ ab ip̄is motã a Flãdria ſubmouebant̃,poſt quos Ia cobus comes S.Pauli in eũdẽ locũ ſublimatus eſt.Verũ ob q̃tidianã moleſtiã ac tyrannidẽ,qua ciues p̃mebat,ſeditionis cuiuſdã potẽtiſſima cauſa extitit.Nã Ruptũ Bulionię. comitẽ e uiuis ſuſtulerat,q̃ comitatũ expulſo Iacobo recepat.

Flandria unde.

Catalag9 comitum Flandrẽ.

Hic cũ Guidone Namurcẽ. habenas uſq; ad extremã ſenectutẽ flexerũt, tunc tertio comitatus ille p̃ſide deſtitutus eſt. Nã Ludouicus Niuernẽſis affinitate quadã Rupto p̃fato comiti deuinctus comitatu illo potiri poſtulabat, diu ob ſi multatẽ (quã aduerſus Philippũ pulchrũ regẽ Frãciæ aluerat) eo fruſtrat9 eſt, demũ uoti cõpos, rerũ ſumma potitus, inſtante ultima neceſſitate, Ludouicum Mortẽſem filiũ declarauit hęredẽ, ſic Niuernẽſis, Mortẽſis, Retelẽſis, Namurcenſis comitatus copulabant̃. Ludouicus aũt ille abſq; maſculina ꝓle hoiẽm exuẽs, unicã filiã Margaritã, Philippo Burgũdię duci Ioãnis Frãcorũ regis filio oĩ iure hæreditario addicto, deuinxit, ac oĩ eius affinitate fatorũ lege ſoluente nec quicq; p̃ter uxorẽ Margaritã in uiuis remanẽte, ſuo genero Philippo, iuadendæ Brabãtię p̃ſtitit occaſionẽ, nec id exitu caruit, Poſtq;.n. Ludouic9 naturæ opus expleuit, ac nihil ducũ Brabãtinorũ ſobolẽ plus olebat, Philippus ob matrẽ, Vuilhelmi ducis Brabãtini filiã, ſibi ducatũ deſumẽs, Lemburgẽſem ac Brabantinũ ducatus ſuo patrimonio annexuit. Quę oĩa Philippo filio hęreditatis eius cõſorti deſtinauit, Philippus Carolo filio. Carolus (Lutzelburgenſi comitatu ac Lotharingorũ ducatibus partis) uirili ꝓgenie carẽs, Philippo auſtriæ duci ob filiã Mariã, Maximiliano parenti in matrimoniũ locatã, addixit, q̃bus rebus omnibus conſecutis, Philippus ille oĩm, q̃s ſol uidit, ſe maximum principẽ geſſit, ut in eius panegyrico Rotherodamus noſter oſtendit, proau9 eius Hollãdiã, Selãdiã, Friſiã, & totã Germaniã pene inferiorẽ, ſalutis anno M.cccc.xxxiiii. in ditionẽ redegerat, oĩm illorũ dñs Philippus conſtitutus eſt. Acceſſerat ei9 potẽtiæ Hiſpanię regnũ, ob Ferdinãdi regis filiã, ac Auſtriæ archiducatus, paterna hęreditate relictus. Adde q̃ Romanorũ rex ab electoribus declarat9, oẽs (q̃s terra ꝓduxit) diuitiis, firmitate corpis, ac oĩbus boni numeris exceſſit, ueneno necatus, duos filios poſt ſe reliq̃t, unũ Hiſpanię p̃fecit, aliũ Burgũdię, ac totius Germanię inferiori cõſtituit moderatorẽ. Miſera mortaliũ cõditio eſt, & oĩm miſeriarũ generũ refertiſſima, & tũc miſerrima, qñ illos q̃s in altũ eũtes, oĩb9 fœlicitatis p̃tibus cõſumatos, repẽtino caſu deſtituit. Occurrit Philippo illo accerſita ac ſubita mors, ĩ primo honorũ ac ętatis ei9 ueſtibulo.

De potentia comitum Flandrenſium, & ducum Germaniæ inferioris, eorumq; bellis. Ca. xciiii.

Caroli ducis Burgundiæ geſta

Vibrante adhuc recẽti principis Philippi, omniũ maximi, memoria, fas uidet̃ maiorũ ſuorũ potẽtiã ac uirtutẽ, qua nitebant̃, in mediũ afferre. Cõtigit Philippo maternus auus Carolus, Burgũdię dux, q̃ terribiliſſimi nomen ob ĩmẽſa eius facinora tulit. Regẽ.n. Anglię in Frãcorũ regem exaſperauit, paulo poſt Pariſiã ualidiſſima manu obſidione p̃ſſit. Frãcię regẽ e ſuis finib9 expulit, quẽ & e Pariſia excedere cõpulit. Fuit hoc potẽtiſſimi animi iudiciũ, ducẽ Lotharingorũ bis exulẽ fugauit, impiales quaſdã ciuitates ad extremã ſui deſperationẽ redegit. Demũ tñ in Lotharingia uiribus ſuorũ militũ deſtitut9, Heluetiis pœnas ſanguine ꝓprio dedit, ſalutis ãno M.cccc.lxxvii. ſub Epiphanię dñi feſto. Scripſit huius rei orõnem, teſtẽ, Rudolph9 Agricola, uir in oĩbus eius ſcriptis ſanctus, cuius memoriã non ſine magna admiratione

ſacere poſſumus.Quis Caroli patrē Philippum ignorat? qui Ropertū Gaguinum uiderit? Fuit Philippo illi parens Ioannes,omnis ſimultatis cauſa,quā adhuc principes noſtri ſeculi inter ſe diuerſi agunt & exercent,demū tñ a cōſanguineo ſuo Luduico occiſus,neqtiæ ſuæ pœnas pendit. Cæterū Flandrenſes plurima bella aduerſus reges Franciæ expleuerunt,Balduinus.n.Philippi Namurcenſis cognatus,contra Philippū inſurgens,non tñ ſine ſui detrimento cōcidit.Ferrādus inde comes a rege Franciæ interceptus eſt.Ropertus & Guido grauiſſimis bellis inſultauerunt.Ruptus Claromontenſis una cū duobus millibus extremū diē obiuit.Gotfridus brabantinus & Ioannes Hannoniæ comitis filius telis deſtituti ſunt.Aiunt tūc Francorꝝ xii.millia deſyderata cōcidiſſe.Burgenſes ac Flandrenſes uictorię cōpotes,uictoria qua nitebant̃ elati,ſocio eorū comite Guidone,Atrebates ac Gandanū in ditionem eorum redegerunt,ac Philippo Pulchro regi Franciæ diſpendia grauiſſima intulerūt,quorum iactura percitus Philippus,pugnam iterū renouabat,et Flandrenſiū millia xv.apud S. Andomarū caſtris exuit,ac e uiuis ſuſtulit.Regi tñ duo fratres Iacobus atq; Philippus in p̄lio remāſerūt exangues.Inde Valeſii Philippi æuo,octingenti Flammingorum ac Flandrenſium armis nudati,opetierunt.

De comitatu Lutzelburgenſi,& primo de eorum Genealogia. Ca. xcv.

Lutzel burgeñ. comitat9.



Lutzel burgēſis comitat9

LVtzelburgenſes quia olim Brabantiam in poteſtatem nacti fuerāt, illis adiicere uolui. Multi ſub Lotharingis olim fuiſſe Lutzelburgenſes uolunt. Multa etiam connubia cum Flandrenſibus coniunxerūt, Guichardus dux Lutzelburgenſis filiam ſuam Erinnam Balduino Barbato addixerat. Inde poſtq̄ ad eos imperium deuenit, Bohemiæ regnum ad ſe traxerūt cui centum ac triginta annis pręfuerunt, referente Aenea Syluio. Inter eorum imperatores, duo eis contigerunt, rationis ac naturarum diuerſarum diuerſiſſimi. Vuenceslaum enim nemo ignauia ſuperauit, cuius & nomē ſaltē nobis ignauiam uidetur inferre. Receſſerat hic ab omni imperatoria præſtantia, literarum ignarus, imperio plus obfuit q̄ profuit. Contra huius patruus Sigiſmūdus, diuino ingenio præditus, omnes imperatores in diſciplinarum cognitiōe procul poſt ſe reliquit, priſcos ſuperabat, futuros docuit. Præterea benigniſſimus, patientiſſimus. Liberalitate, bellica quoq; uirtute nulli cedens imperio dignus meruit, cuius tempora nullus unquam damnauit. Huſſitanos pręterea compeſcuit, orbem pene terrarum peragrauit.

De Boloniæ, Leuenſi ac Ardennenſi comitatibus. Ca. xcvi.

Boloniæ comitat9.

BOlonia inferioris germaniæ comitatus dicebatur. Comites illi nobiliſſimi olim meruerunt, ad quos uniuerſa tam Lotharingia q̄ Brabantia peruenerāt. Quibus demum Hieroſolymæ regnum deſtinabatur. Papam nomine Stephanum ante Fœdericum dictum, aluerunt (ut Platina, Vrſpergenſis, ac alii collegerunt. Ex eorum progenie nobiliſſimus ille Gotfridus proceſſit, ac omnes demum reges Hieroſolymitani. Olim Bolonienſium dominium ad comitatum Flandriæ attinebat, itaq; conueniebant inter ſe, ut ſeniori filiio Brabantia cederet, reliquo Bolonia. Hinc eſt, q̄ Adolphus comes Boloniæ præfuerat Balduini comitis Flandriæ filius. Michael Riccius illos comites de Bulion uocat, quod magis uulgari conſonat. Blondus uero in geſtis Venetum, Gotfridum, Bogliognum corrupto uocabulo nominat. Sabellic9 uero comitem Bononiæ, ambo uocabulorum germāicorum ignari, nomen bolōiæ corruperunt. Lotharingorum annales non bulion, uerum boloniam dominiū hoc dici debere obtinēt. Caſtrum bulionenſe a Gotfrido rege Hieroſolymitano, Oberto Leodienſi pręſuli uenundatū eſt mille & trecentis marchis, ut eorū annales teſtanī.

Leuenſis comitat9.

Leuenſis comitatus olim ad Bruſelleñ. ptinebat. Inde ad comites Ardennenſes deuenit. Gotfridus aūt Ardennenſis nacto brabantiæ ac Lotharingiæ ducatu, Leuēſem comitatū brabantino ducatui adiecit, penes quē & hodie eſt. Fuit aūt potiſſima Brabātiæ pars, ita qñ filii duo in hæredes eligebanī, ſeniori brabantia, iuniori Leuenſis comitatus ſubuenerāt.

Ardēnenſis comitatus

Ardennenſis comitatus inferioris germaniæ celebraī, ad cuius comites brabantiæ ducatus redigebatur, ductu Ottonis III. anno. Dcccclxxxix. Fuit autem commune quaſi illis comitibus nomen inditum ut Gotfridi dicerentur.

Genealogia ducum Lymburgenſium, Brabantinorum, Cleuenſium, Lotharingorum, Leuenſium, burgundiæ, Hollandiæ, Selandiæ, Friſiæ comitum Flandrenſium, ac Hannoniæ, Ardennenſium & bulionenſium. Ca. xcvii.

Genealogia ducum & comitum Inferioris Germaniæ.




Benno lunen burgeñ
ducissa stettẽsis vxor
Anda quarus
ingeca musflã drus
lutheri cus
flãdra aḡflã dria
carolus caluus imper.
inditha aliavx or
ludwic⁹ cesar
Arm gardis vxor
carolus magn⁹
pipinus lotha. et bra. dux
Carol⁹ marcel
ezelina vxor
baldui nus flã drieco.
Baldui nus co. pri.flan
inditha vxor
adolf⁹ ul'etua
ludwi. balbus
carolus simplex
erinna vxor
lothari⁹ lot. dux
lothari. lot. dux.
ludwi. rexge.
carolo mãnus
cõrad⁹ lothari. dux
hermã n⁹ lunẽ burgen
mechtil davxor
arnold⁹ co. flãdr
adulf⁹ bolonie comes
carolo mãnus
ludwic
hẽric⁹ limpur
hẽricus lot. dux
theober tavxor
ludwic⁹ rex frã.
arnulf⁹ cesar
lutgar disvx
cõrad⁹ cesar
comes hollan.
hẽric⁹ de nor
ottode northen
arnold⁹ fili⁹ ar noldi
hildade Cleff
baldul f⁹ Bolo nieco.
ludwic⁹ rex frã
ger bir ga bra
gisilber tus lot.
ludwic⁹ cesar
ludgar disvx or
lutgar dis vx
Otto saxonie dux
lutolf⁹ saxonie dux
theode ric. pri.
lutolf⁹ march saxoni
Hilda vxor
Iunca vxor
baldui nus flã
baldui nusbo lõie co.
carolus dux. bra
lothar. rex frã.
lãpert⁹ limbur
Otto pri. ces. august.
hẽric⁹ auceps
hẽricus rexfrã. cie
rupert⁹ rex frã cie
hugo capetus rexfrã.
theode ricus hollan
Hilde gardis fil. lud.
richni saimp.
lothar. imper.
baldui nus fil. balduin
richlin davx.
bernar dus
bal dui co. han.
baldui nus ha
Berna vxor
Filipp⁹ rexfrã cie
gotfri d⁹ardeñ
filia bo nifacii
gotfri d⁹ ardẽ
arnulf⁹ hol. co.
gebhar dus sax
florẽci⁹ hol. co.
gertru disvx.
rupert. flãd. co
baldui nusco: occisus
comes namur censis
emer garda vxor
Otto dux bra bantie
aliza vxor
ludwic⁹ rexfrã.
Ida vxor
gotfri bulionẽ
wilhel. dux lot ringie
theode ricus hol. co.
mechtil da vxor
vxor de saxonia
theode ric⁹ hol. comes
rupert⁹ co. flãd.
gertru dis vx.
dux danci
wilhel m⁹ dux
tetric⁹ co. flan
sibylla vxor
balduin ii. rex
eustach iusbuli onens.
gotfrid bulonie rex hie
theode ric⁹ hol. comes
theode ric⁹ co. Cleffeñ
theode ric⁹ de Cleff
adelhei dis vx.
ottoco. gelrie
baldui nusco.
regina dalma.
tetric⁹ co flãd
marga rita vx
baldui nusco. hanonie
isabel la alia
Filipp⁹ rexfrã.
Blanca unavx.
theode ric. loth
theode ri. leuẽ.
Ada vxor
gebhar dus
adelhai dis vx.
wilhel musco.
vxor
wilhel. yrensis co. flãd
ferrãd⁹ vl ferdi nand⁹
ioanna vxor
baldui nus rex
ludwic⁹ viii. rex francie
Blanca vxor
rupert⁹ lot. dux
theobal dus lot.
ottoco. gelrie
richar dis vx.
wilhel m⁹ imp.
elzabet alia vx
florẽci⁹ co. hol.
mech tilda vx or
hẽric⁹ lot. dux
lutgar dis vx.
gotfri d⁹ brab dux
gotfri dus lot.
hẽricus seneñ.
Ida vxor
comit es ardẽ nenses
federi. lot. dux
albert⁹ brun. du
elzabet vxor
otto sax oniedu
hẽricus lot. dux
wilhel damp.
marga rita vx.
gotfri dus iii. loth.
marga rita lip
albert⁹ ep. leod.
theobal dus lot.
Simõ lot. dux
federic lot. dux
mathe us loth
maria vxor
guido co. flãd
S. lud wi. rex francie
marga rita vx
isabel la vxor
fericus dux lot.
theobal dus lot.
federic. dux lot.
mathe. dux lot
florẽci⁹ co. hol.
beatrix vxor
vxor
ioãnes co. flãd
rupert⁹ co. flãd.
rupert⁹ dux bu
Filipp⁹ rexfrã
maria vxor
rudolf⁹ dux lot.
ioãnes dux lot
marga rita vx
antoni⁹ vaude.
ioãnes co. hol.
elzabet vxor
wilhel. hol. co.
ioanna vxor
wences la⁹ dux
vxor
ioãnes fil. hẽri
alia vxor
Filipp⁹ pulcher
isabel la vxor
renat⁹ rex sici.
isabel la vxor
carol⁹ dux lot.
hẽric⁹ ep. me
hẽricus denassa
marga reta vx
ludwic⁹ cesar
marga rita vx
ioãnes dux bra
maria vxor
ettuar⁹ anglie rex
vxor
ettuar⁹ anglie rex
carol⁹
iolanda vxor
ferric⁹ vaude. comes
ioãnes ep. we.
filius
elzabet fili. boe. miere.
wilhel. hol. co.
velal bert so zozi
ioãnes dux bra
vxor
ludwic⁹ morteñ
pri usrup
carol⁹ burgũd
ioãnes dux lot.
Filippa fil. gelr
rerat⁹ dux lot.
ludwic ep. ferdi
vx. mar gareta
albert⁹ cesar
wilhel. hollan.
vxor
marga reta vx
ludwic. flãdreñ
ludwic flãdreñ
Filipp⁹ burgũ.
vxor
maxi mil. ces
ettuar⁹ gel. dux
catheri fil. wilh
iacoba vxor
ioãnes bra du
marga rita vx.
Filipp⁹ burgũd dux
ioãnes antoni. bur. du
antoni. bra. dux
isabel la vxor
ioãnes deba uaria
Filipp⁹ burgũd
nicola⁹ ma. põt
caro lus
antoni⁹ dux lot
ferdinã dus bur

De ducatu Mechelburgēſi, Vuirtēbergēſi & Pomeraniēſi. Ca.xcviii.

MEchelburgēſes olī comites tm̄ ferūt, ſub Saxoniæ ducatu parti, ꝑtim — Mechel
ſub Pomerania cōphēſi. Hi anno M. ccc.xlix. duces initiati ſunt, a Ca — burgēſes.
rolo IIII. Imp. & prim⁹ dux eorū Albert⁹, ſecūdus Ioannes dictus eſt.
Fuerūt his noſtro ſeculo multa bella aduerſus eorū ſubditos Roſtockenſes, du
ces uero q̄ euo noſtro uixerūt memorāt Hēricus, cui⁹ uxor Iſabella, Burgūdię
ducis filia, ac Albertus fratres, q̄rū memīt Marſchalcus in epl'a quadā. Sororē
eorū Annā Vuilhelm⁹ haſſię Lātgraui⁹ in uxorē ſibi deſtinauit, Philippi Pala
tini Rheni filia nuꝑ Mechelburgēſi duci nupſerat. VVIRtēbergēſis uero co — Vuirtem
mitatus tm̄ uidebat̄ olī. Eberardus prim⁹ dux a Cęſ. Maximiliano cōſtituebat̄, — genſes
Hos Gallię comites Otto Friſing. noīare uidet̄. Antiq̄ſſimi Vuirtēbergēſium
Eberardus & Vdalricus ferūt, Eberardus ille ciuitatibus īꝑialib⁹ repugnabat,
q̄ a Marchiōe tn̄ Badēſi cūctis ciuitatibus ſpoliatus eſt. Huius filius Eberardus
anno M. ccc.xxv. ecclesiā Stutgardieñ. dotauit, eiq̄ꝫ erat uxor Irmegardis, Ru
dolfi Marchiōis Badeñ. filia. Nobilitat̄ & alius Vuirtēbergēſis comes Ioannes
dictus, q̄ Rudolfi ſui noīs primi Marchiōis Badeñ. filiā ſibi matrimonio iunxit.
Ille Ioānes cōtra totū impiū una cū Fęderico Marchiōe ſe geſſit. Fuit & Vdal
ricus comes, q̄ anno M.ccc.xlii. Tubingā a Gozone & Vuilhelmo Palatinis re
demerat. Oīm aūt antiq̄ſſimi Hēricus & Cōradus extiterūt. Genealogiam illo
rum dum Marchionatū Badenſium memoria nobis contīget, aſſignabimus.

De ducatibus Voitlandiæ ac Rotēburgeñ. nunc aboletis. Ca.xcix.

VOitlādię ducat⁹ in mōtib⁹ Bohemicis ex alia ꝑte uſq̄ꝫ ad Bōbergā olī
ꝑtēdebat̄, q̄rū princeps ultim⁹ ſupra Mænū fluuiū ditionē ſuā tenuit. — Ducatus
Verū a ꝓpriis domeſticis oppetiit, ducat⁹ ille palā expoſit⁹ ē. Potētiſſi — voitlādiæ
mus q̄ſq̄ꝫ hui⁹ urbes tūc īuaſerat. Aſciuit ſibi Herbipoleñ. ꝓſul Schliffenfeldiū,
Bābergeñ. uero Holfeldiū, Norinbergeñ. Burggrauii Habēbergū, ſicq̄ꝫ deſiit.
ROTēburgēſiū ꝓſides ſupra Tuberā in duces olī euaſerāt. Vltim⁹ eorū dux — Rotēbur
Fœderic⁹ dictus eſt, nepos Fœderici cęſ. q̄ Scheftersheim monaſterium iuxta — genſes
Vuickersheim diocęſis Herbipoleñ. cōdidit, & uillas quaſdā Eberhardesbrū-
nen ſcilicet ac Budelbrūnē eidē cœnobio cōtulit, ꝓſentib⁹ Poppone Burggra-
uio Herbipolēſi, & Reinardo eiuſdē urbis epo, Vigmānoq̄ꝫ Magdēburg. ꝓſu
le, anno M.c.lxxii. ductu & auſpiciis Fęderici primi, dein ad impiū uenit, ut lr̄æ — Schefterſ
hn̄t Fœderici, quas in arce Schillingsfurſt uidim⁹. Olī Rotēburgēſis dux q̄nq̄ꝫ — heim
filios ſuſceꝑat, prim⁹ Einhard⁹ nūcupabat̄, ſecūdus Rudigerus, q̄ monaſteriū
Herbipolēſe & Rotesbergū ī loco Tungētal dicto erexerūt. Terti⁹ fili⁹ Richar
dus ferebat̄, quart⁹ bernardus Hildesheimēſis ꝓſul eligebat̄, quintus uero fili⁹
Hēricū epm̄ Herbipoleñ. reliq̄t, & Herisbertū. Hēricus ꝓterea ille epūs Colo-
nieñ. fundauit eccleſiā in Anolſpach, & in Hangis & S. Stephani Burckardus
de Rotēburg Cābergū molitus eſt, q̄ ecclesia dedicata eſt anno M.lxxxviii. in
die S. Thomę. Frater hui⁹ Hēric⁹ S. Egidii erexit monaſteriū in mōte Cāberg,
cui cœnobio tradidit Nuēburg, Viſbach, Sultzdorff, & plæraq̄ꝫ alia.

De ducibus Zeringenſibus. Ca. C.

Duces Zering.

NVnc Zeringēſiū ducū res aggrediar,q̄s Carinthię duces Vrſꝑgen. ꝓpere noīat,hi utrūq; Friburgū erexerūt,ac pene toti Briſgaugię p̄/fuerūt.Hi Rudolfo ultīo duce deſinēte Sueuię ducatū affectauerunt; unde bella grauiſſima inter eos et totā Fœderici primi ꝓſapiā oboriebāt.Ber tholdo.n.duci eorū nupta erat filia p̄dicti Rudolphi ducis Sueuie.Meminerūt huius Rudolfi Friſing.li.i.ca.vii.Hermānus,Nauclerus ac Innocentius de elec. C.venerabilē.Illorū itaq; genealogiam uſq; ad ultimos duces illam referunt



Lectorē p̄terea admonere uolui,Bezelinū ſupraſcriptū filiis caruiſſe,ut hone ſti auctores ꝓdiderūt,& poſteritatē eidē addictā bertholdo fuiſſe aſcriptam.

De regionibus Zaringorum ducatui ſubditis,& ad quæ dominia deuenerint. Ca. CI.

MAgna inter celebres authores lis eſt,de primo ducatus Zaringorum ortu,nulli inter ſe conueniunt. Volunt quidã a Fœderico primo cæſare primũ ducẽ fuiſſe conſecratũ. Vrſpergenſis aũt Hermannus & alii,Bertholdi Zaringię ducis meminerunt,Henrici III.tpibus.Olĩ ducat9 illorum totã Heluetiã cõphendit,Ottlandiã q̃q3.Multa p̃terea in Burgundiis ac Arelatenſi dominio Geben.& Sudin.Aiunt aliq Ruthardũ Alſatiæ Lantgrauiũ,ac Zeringenſiũ ducũ antiqſſimũ extitiſſe,qui cũ uxore Irmefrida, Gegenbachũ erexit,& monaſterium Schuartzach,tpe quo milleſimus ſupra ſexageſimũ ſextus agebat annus.Gebiſo etiã dux Sultzbergenſis, monaſterium illud dotauit.Eo tñ pacto ducatus ille deſiit,Bertholdus dux Fœderico cæſari Burgundiã,Bernã ac multa in Arelatenſi regno reliquit libera. Friburgenſes etiã libertatẽ ab Egone duce xx.millibus marcarum auri(ut uocant) emerunt, Poſtq̃ ꝓgenies ducũ illorum inclinauerat,ac nemo uirilis ſtirpis in ea ſupfuerat,ultim9 eoꝝ dux Zaringeñ. Bertholdus memorat̃,q ſine maſculina ꝓle decedens,ac unica eius filia Agnete Egoni Furſtenbergenſi in matrimoniũ tradita,ducatũ reliqt Egoni,cui Cunradus,cui Ego ſui nois ſecũdus,inde Cunradus ſucceſſerũt. Vltimo Ego III. cuius dominio ciues offenſi, grauiſſima bella cũ ipſo cõpleuerunt,affuit p̃lio Marchio Badenſis,Egonis partes ſecutus.Ego uero intempeſta nocte ac nebula Friburgenſes pene ad unum ꝓfligauit. Duces Zaringię

EPILOGVS AD LECTOREM

¶ Reddita iam regib9,electorib9,ducibus Germaniæ, debita ſua portiõe, ad ceterorũ nobilitatẽ orõnem meã dirigã,ut ſumma impii noſtri nobilitas,in unoq̃q3 mẽbro eniteat integra.Primo aũt de illorũ amplitudine acturus ſum, q antiquitate ſtirpis eorũ p̃diti,una cũ electoribus impii,ab Ottone ſui nomis tertio cæſare ac Gregorio quinto,in ſacratiſſimi imperii noſtri membra conſecrati ſunt,& primo de Marchionibus.

De Marchionibus Germanię,unde uenerint,& dicti ſint. Ca. Cii.

MArchiones a Marchione q̃dã Troiano filio Antenoris,dictos phibent,atq3 Antenoris filio Marchionis nomẽ cõceſſerunt. Qui Marchio condita a patre Venetia,Ticinẽ.urbi dedit principiũ,a cuius reliquiis,germaniæ Marchiones,Bergomenſis ſcriptor deriuaſſe uult.Nõ caret ſentẽtia illa oĩno fide noſtra,potiſſimũ eo periculo,id em̃ uniuerſo liquet,Fœderici primi tpibus ex Italia in Germaniã ꝓfectos eſſe Badenſes,Hochburgẽſes ac Rotelenſes Marchiones. Vidimus literas multa antiquitate p̃ditas, eam originẽ Marchionibus pollicentes.Cæterũ a germanico uocabulo (Marcht) dictos eſſe non incongruũ fuerit.Queãdmodũ em̃ noïa a cæſarib9 aliorũ nationes cõphenderant,& non niſi germanica,ita & Marchiones nuncupatos fuiſſe a Germaĩs facile inducor. Nũcupant̃ em̃ quidã Langrauii, quaſi Lãtgrauii,a ditione nomen ferentes.Quidam Palatini Pfaltzgrauii a Palatio.Ita q̃q3 a Marcha (Marck) principes huiuſmodi traxerũt appellationẽ. Cæterũ Marchiones unde.

Bergomēſis atq; Carinus Florentinus,germanorū uocabulorū ignari,nomīa
(ut ſeſe res obtulit) finxerunt.Id q̄q; ueritati proximū eſt, Brandenburgēſes
ac Miſnenſes Germaniȩ ueriſſimos indigenas extitiſſe,& a ditionis eorū qua
litatibus,ab Ottone primo cæſare,in Marchiones fuiſſe conſecratos.Et hi qui
dem primi,aliorū oīm Marchionū uetuſtatē ac originē excelſerunt,a q̄rū ap
pellatione noīa poſterioribus innata ſunt.Dū itaq; ueritas uariis uulgi ſermo
nibus diſſipat̃,atq; quilibet ſymbolū ſuū cōdonat,facile contigit in noībus ua
riatio,quemadmodum in Marchionum origine uidemus eueniſſe.

De Marchionibus Badenſibus,& eorum religione. Ca. Ciii.

Marchio num laus.

PRiori loco Badenſium heroas donauimus,non q̄dem antiq̄tatis gratia,
qua alii ſupiores ſunt,uerū tm̄ patriæ neceſſitate inducti,ut debitā illis
pietatē pro captu uiriū mearū expletū eam,ac eo(q̄d nobis conceſſum
eſt) exiguū ſcio,participes tam egregios non modo diuitiis uerū & uirtutibus
prĩcipes reddā.Si em̄ nulla cū ipſis mihi neceſſitudo fuiſſet oborta,uel q̄ pieta
ti ſiue beneficio deberet̃,id tn̄ ſuſcepti muneris officiū a nobis poſtulaſſet,atq;
p̄ſentis opis ratio,ne q̄ ad Marchionū illorū cultū attinere certus fuiſſem,me
moriæ noſtræ ſubtrahere.Cæterū illuſtriſſime Princeps PHILIPPE,dū tuū
in me officiū indulgentiſſimū,præ oculis requiro,ac te(excluſo in hoc obediē
tiæ ſacramento tibi debito)oībus literatis dextrū eſſe uideo,nec apud ingratiſ
ſimos rephenſione carerē,p̄ſertim ſi familiā tuā,tot dignis dignā,inter nobiles
primā,inter primas nobiliſſimā,minus memoriæ aſſererem.Quæſiui em̄ a ru
dibus annis ſemp̄ ḡnis tui gloriā,neſcio q̄q; q̄; uehemētiſſimus ſemp̄ affectus
opi nr̄o īualuerit, q̄n memoriā ſaltē nobiliſſimi ſtirpis tui mēte ingrediebar.
Si uero breuibus hæc abſoluero,non negligentiæ,uerū uerecūdiæ noſtræ re
mittet̃,dū te plus amauerim,q̄ arida noſtra orōne explicare uolui. Claris ſtirps
tua(ut papa Pius teſtat̃) illuſtrata eſt titulis,q̄ nullū unq; non egregie ſapiētē
ꝓduxit,& idē papa in epiſtola ad Martinū Maier,de Ioanne Marchioni Tre
uerenſi epiſcopo.Si non,inq̄t,maiorū ſuorū claritate niteret̃,plane cōuinci po
terit,ex tali ſtirpe nō fuiſſe eū ꝓductū.Quid potuit honeſtiꝰ de tua ꝓgenie di
ci? quis etiā laudatore illo honeſtior? nobiliorq;? laudat oīs nobilitatis fons,
nobilitatis eius uberrimū riuū.Patet in illo ſingulare religionis tuæ decus, &
anteactæ uitæ ratio maiorū tuorū.Erat eiuſdē amplitudinis æquali ſacerdotio
p̄ditus Innocentius octauus,q̄ in epiſtola ad Fœdericū tertiū egregie oſtēdit,
quomodo penitus religioni Marchiones ſeſe dediderīt, ac ſummo animo ad
uerſus Romanum Pontificem uſi fuerint.

De initio Marchionum Badenſium,& eorum catalogus. Ca.ciiii.

Badenſes ab Vrſi ſinis

NVnc in memoriā noſtrā nobiliſſimi ſtirpis Marchionū ortus cadet.
Retulerūt aūt eorū originē Badenſes(ut q̄dam dicunt) a Marchioni
bus Veronenſibus,anno ſalutis M.cliii.Inde poſteriori ſeculo,Fœde
ricus primus Romanorū impator,unū Veronenſiū Marchionē,ex Vrſinorū
familia proſatū,capta urbe,ex Italia obſidē ſecū detulit,ut ei per uallē Tridenti
nā liberior pateret regreſſus.Huius poſtea filiū in caſtrū Hochburgenſe col

locatum

locatū,armis ac noīe Marchionis inſigniuit.Qui lumina ſine uirili ſemine claudens,incolas induxit,ad conſtituendū aliū Marchionē ſui gñis,a q̊ Badenſium ꝓgenies exordiū ſumpſit.Ea tēpeſtate comitatus tm̄ regio Badenſis fuiſſe memorat̄,ac ꝑ feudā (ut uocabulo barbaro loquar) acquiſitus.Hęc ſub Marchionis Ioannis ſigillo literæ ferme continent.Secundū alios antiqſſimus oīm Hermānus in Marchionē euaſit,qui primus ſe principē geſſit,ſalutis anno M.c.xx. unde antiquior ratio tpis Marchionatui illi infertur,& q̄ multos annos ſecula Fœderici impatoris excedit,cui ſententię palmā do,ac calculū noſtrū eo libentius adiicio,dū apud Hermannū chronographū in expeditione ad terrā ſanctā Hermannū Marchionē Badēſem ꝓfectū uiderim.Conueniunt mecū,q̄ in memoriā eius de eo in eccleſia Backenauenſi conſecrant̄,cuius prima fundamēta ipſe iecit.Succeſſit Hermanno primo eiuſdē noīs Hermannus ſecundus,cuius meminerūt Hermānus,Nauclerus & alii. Literæ q̊ꝗ de eo uulgatæ anno M.c.liii. in uiuorū numero Fœderici temporibus eum floruiſſe teſtantur. Antiqtas Marchionum.

De Marchionibus aliis ſubſequentibus catalogus. Ca. Cv.

SVblimatus inde ad Marchionatū eſt tertius ſui noīs Hermannus, cuius meminit Hermannus Saxonū ſcriptor. Hic duos filios ſortiebat̄ ,unum Hermannū Auſtrię ducē initiauit,ob Margaritā coniugē,referētib⁹ Auſtrię annalibus.Ex qbus ꝓceſſit Fœdericus Auſtrię dux,atꝗ Marchio Badenſis,cuius Vrſpergenſis ac Peutiger ſupra Ligurinū memoriā fecerunt. Alter filius Rudolph⁹ noīabatur,cuius pater monaſteriū Liechtenau erexit.Rudolpho ſucceſſit quintus Marchio Fœdericus,cui Rudolphus ſecūdus,inde Fœdericus II.Rudolphus III.quē ſecutus eſt Bernhardus,q̄s pene oēs annales Argentinenſiū collegerunt.Inde Iacobus Marchio,quē tanti papa Pius in deſcriptione Rheni fecerat.Poſt quē Carolus filius,ab eodē pontifice cōmendatus, deinceps Chriſtophorus,ultimo Philipp⁹ fœlici ſydere tredecimus Marchio Badenſibus obuenit,ab Hieronymo Aleandro ac Philippo Beroaldo tot laudibus proſecutus,qui & noſtro æuo adminiſtrādæ reipub.nat⁹,Marchionatū pace atꝗ bello inclyt⁹,iuſto faſce, regimīe ſubditos auſpicatiſſīo cōſeruat atꝗ ampliat,cui dies ī futurę ętatis ſeceſſus fata ꝓrogēt,ac q̄ longiſſime extendant. Marchiones Auſtriæ duces

De illuſtri familia Marchionum Badenſium,& no bilitate eorum. Ca. Cvi.

PRoduxit aūt Badenſiū familia plæroſꝗ nobilitate inſignes, ac maxīs ſacerdotiis p̄ditos.Ioannes em̄ Badenſis Marchio,Iacobi Marchiōis filius,ob egregiā gñis eius uirtutē,ad Treuerenſiū pōtificatū ſublimabat̄,referente Aenea Syluio,ac cōpetitorē ſuū Bauarię ducē, auctoritate q̊ꝗ Philippi Burgūdiæ ducis potentiſſimi nixū,ſūmouit,ac in affectando archiepiſcopatu ſupior euaſit.Alio me uocat Iacobus Marchio Badenſis,quo nihil eruditius,ſublimius,innocentius,p̄ſtantius,Germania ꝓduxit,oībus uirtutū numeris ꝑfectus,in eiuſdē eccleſiæ archiepiſcopum abiuit,robuſto ac uirili ingenio īſtructus,ſiue ſubita,ſiue meditata ꝓferret extemporali facultate p̄ditus extitit,ut tm̄ doctrinæ huic Beroaldus noſter p̄ſtiterit,quantū nec alteri, ut etiā Epiſcopi Badēſiū Marchionum.

elegantiſſimū de philoſophorū ſymbolo librū,honori eius diuulgauerit,hunc
ante diē acerba mors damnauit,quē poſtq̄ numero uiuentiū ſubtraxit,cœleſti
bus adiecit,nec quicq̄ inter uulnera totius Marchionatus ingrati⁹ illius caſu
intercidere potuiſſet.Dū em̄ adhuc inter uiuos conſtitit,omni uirtute functus
tantos ingenii fructus,tantam de ſe ſpem dedit,qua fœliciter pene tota patria
S.Bern noſtra nitebat̄,trigeſimū ingreſſus annū in flore ætatis ab inuidia fatorū inter
hardus ceptus eſt. Hinc in memoriā diui Bernhardi Marchionis abducor,cuius ſan-
Marchio ctitatis exiſtīatio plurimū apud me ualet.Hic ab oī fœditate remot⁹,poſtq̄ mū
di īmundi uias ingrediebat̄,ſolū ad inuitandū ſibi Chriſtū quęſiuit,oēm ante-
ceſſorū religionē ſupauit,futuris exemplū reliquit.Huius uita ſimplex,incorru
pta,ac nulla uitiorū prauitate irretita,aut offenſa erat. Hic uniuerſis renuncia-
uit uoluptatibus,ueræ religionis ſacramentū ſequebat̄.Quicq̄d ad diuinæ ma
ieſtatis cultū attinebat,ab illo nihil uidemus p̄termiſſum, nullus ſomnus huic
in delicto mortali ſurrepſit, penitus etiā ſeſe a ſeculari negocio,diuinis mune
ribus alioqui deſtinatus,ſubtraxit, patrimoniū amore Chriſti (ut nunq̄ ab eo
oculos haberet remotos) libere ſuis fratribus addixit, eo contentus tm̄,q̄ ad ui
tæ ſuæ ſuſtentationē ac tutelā neceſſaria requirebant̄. Hūc inde ꝑ hui⁹ ſeculi te
nebras raptū,uitę ſuæ finis conſentaneus excepit,poſtq̄ ſibi bonis opibus, no
bis exēplo reſpondebat,ac ſatis fecit,memoriā ſuā conſecrauit ſempiternā,in
opido Lotharingię (Mumpelir dicto) inæſtimādis coruſcat miraculis, uiſum
cæcis reſtituit,auditū ſurdis reparat,nulli oculos ad eū tenenti patrociniū de-
negat.Hunc iam uotis expetimus ad noſtrā ſalutē ſeuocamus,& quicq̄d triſti⁹
accidit,auſpicio eius auſpicatiſſimo,ac omine corrigimus. Cōtigit huic frater
eius Georgius tunc Metenſiū epūs.O fœliciſſime oīum IACOBE Marchio
cui nihil (q̄d fœlicitatis eſſet) defuit,beatus partu, ac beatior fortuna corpis,
q̄ animi bonis, beatiſſimus liberis beatiſſimis,& te multo beatioribus.Collo
cabat̄,tibi coniugio Caroli Lotharingi ducis filia,thorus ducatu inſignitus,fili
os ſex fortuna indulſit,unū cuius nomen inter diuos relatū eſt, duos epiſcopa
tibus ampliſſimis inſtructos,tertiū epiſcopatui Argentinenſi quā ꝓximū.An
te obitū q̄cq̄ uidere tibi datum eſt,Carolo potentiſſimo (q adhuc extiterunt)
Marchioni filio,Fœderici III.Cæſaris ſororē,in uxorē copulari,unicā filiā Al-
berto Brandenburgenſi Marchioni ac Imp.Ro. electori deſtinatā. Videbatur
ante paucos annos Fœdericus Caroli Marchionis filius conſumatiſſimus Tra
iectenſis p̄ſul,cui plus Sycambrica uictoria ,q̄ ulli totius Germaniæ inferioris
Badenſes principi debet.Si paulo altius rem noſtrā repetamus: Auſtriæ ducatus titulū
Auſtriæ ac ius Marchionibus Badenſibus aſcriptū fuiſſe nobis conſtabit. Exoleta em̄
duces. Lupoldorū ꝓſapia,unica Margarita ſupſuerat,q̄ ab Hermanno Marchione
in uxorē deſumpta,Marchionibus Auſtriā attulit,ſicuti annales Auſtriæ pro
bant.Erat huic filius Fœdericus Auſtriæ dux,ac Badenſiū Marchio,q̄ cū Con
radino Sueuiæ duce ultimo,ac Conradi Cęſaris filio ,contra Carolū Andega
uenſē Sicilię ocupatorē,ꝓfect⁹,Neapoli pœnā capitis luerūt,Vrſpgenſe,Nau
clero referētib⁹.Rudolph⁹ etiā Baden̄. Marchio,Veronēſiū titulos ſibi deſum
pſerat,ut literę adhuc teſtant̄,q̄ ſub noīe S.Rudolphi ſubſcribunt̄.

Genealogia Marchionum Badenſium.



Genealogia Marchionum Badenſium.



De ſtrategematibus Marchionum. Ca. Cvii.

STrategematibus plurimis Marchiões illi claruerũt. Prima,q̃ memoriæ ꝓrogata ſũt,Hermãnus auſpicat⁹ eſt,q̃ cũ Fœderico I.cęſ.Richardo Anglię rege,Bertholdo de Morauia urbẽ Anconã, tranſmarinã expugnauerũt.Meminit illi⁹ expeditiõis hiſtoria Fœderici I.Vrſpgẽſis, Hermã⁹ & alii. ſub anno M.C.ſupra triceſimũ ſeptio.Soluẽte naturã Hermanno ſui noĩs III. Rudolpho Marchiõi Geppingen incẽdebat̃ a Popone, & quarto inde anno Oberkirch a Burkardo de Heyedoch,& Rudolpho Aſſerburgenſi,cõtra q̃s p̃dicti Marchiões ĩſurgẽtes,uictoriã pepererũt.Hermã⁹ etiã aduerſ⁹ Ottocarũ regẽ Boemię p̃lia lachrymabilia expleuit, ut annales Auſtrię hñt.Dein duces Vuirtẽbergẽſes aucti aĩo atq; opib⁹,ſe Marchiõib⁹ oppoſuerũt,uerũ Hermãni Marchiõis uirtuti cõciderũt, ac arx eorũ penit⁹ expugnabat̃,dux e ditiõe ſua abact⁹ ẽ,uti Herman. ait.Fuerũt aũt multa eorũ aduerſ⁹ Argẽtineſes p̃lia, illos.n.tp̃ib⁹ Cũradi VI.ſollicitabãt.Rudolfus igit̃ Habſpurg. tũc Alſatiæ dñs Durlachũ,Mulbergũ ac Baden armis cepit,turrim Durlachenſem deſtruxit, Marchionẽ cõpeſcuit,q̃ tẽporib⁹ Fœderici II.cũ ep̃o Argẽtinſi Hẽrico de Staheleck totã Alſatiã, Cronẽburgũ, Vuikersheim,Haldẽburg,Andalau,Molburg,Huſen,Ortẽburg,Offenburg,Gengẽbach,& oẽs pene adiacẽtes ciuitates cepant anno dñi M.cc.xxx.Iñ cũ ſucceſſore hui⁹ in ep̃atu Vualthero de Gerolzeck noĩe Argẽtineñ.ciuitatẽ ualde afflixerũt,ubi Mulhuſen,Colmar ceperũt,ac ante Husbergẽ ingẽti p̃lo anno M.cc.lxii.ciuib⁹ Argẽtineñ.cõflixerunt. Iñ tp̃ibus Fœderici de Blãckẽſtein ep̃i Argẽtineñ. Marchio ac comes Vuirtẽbergẽ opẽ ep̃o p̃ſtabãt,cõtra imp̃iales urbes.Iũxerũt ſeſe illis comites Marchio Rotelẽſis & Hochburgẽſis. Comites de Dirnſtain,Naſſau,Lutzelſtain, Kiburg,& alii q̃ tũc ĩpugnauerũt Argẽtinã ĩ die B.Marię ꝟgis.Secũdã uero expeditionẽ ĩ die S.Mauricii habuerũt,ubi Rheni põteĩ ditionẽ eorũ redegerũt anno M.ccc.xcii.dein bellũ deſiit.Ludouici etiã cęſaris tp̃ib⁹ ep̃ũs adiũctis ciuibus,cõtra Marchionẽ & comitẽ Vuirtẽberg.bellũ mouit, anno M. ccc. xxx. in q̊ Reibold⁹ Argẽtineñ.exercit⁹ ductor occubuit. Marchionum q̃q; memoria celebrat̃ ĩ expeditioe Berbelſteinẽ. anno M.ccc.xiiii.& poſt p̃dictũ tẽp⁹ Berſz ciuitatẽ deſtruxerũt.Egõis etiã Furſtẽbergẽſis comitis p̃tes cõtra Friburgẽſes ſecuti ſũt.In bello q̃q; cõtra ciuitates ĩp̃iales geſto,cũ Fœderico & Ioãne Bauarię ducib⁹ ꝓceſſerũt,dũ milleſim⁹ ſupra trecẽteſimũ ſeptuageſim⁹ ſeptim⁹ numerabat̃ ann⁹.Paulo poſt Stauffenberg, Geroltzek,Dirſperg afflixerũt. Stolhoffẽ uero & Badẽ ab Argẽtineñ.obſidebãt̃,nõ tñ expugnabãt̃. Nec te Bernharde ſilẽtio p̃tereã,qui toti⁹ imp̃ii inuidiã exaſperatus,cunctorum minas in ludibrium uertiſti,deo ſolo addictus, uniuerſo imperio renunciaſti. Mouebãt aduerſus te primitus Argentinenſes, Colũbarii,Seleſtadienſes,duce nobili q̃dã Zolrenſi,ac ep̃o eorũ Argẽtino,q̃ deſtruxerũt oppidũ q̃ddã in Hochburgẽſi dominio,tũc Marchiõi ſubiectũ,uſq; ad arcẽ Mulbergũ ꝓceſſerũt. Cõiũxit ſe eis tũc Ludouic⁹ Rheni Palatin⁹,ac duces Bauarię,totũ deniq; imp̃iũ parturiebãt mõtes,uerũ ridicul⁹ mus naſcebat̃,nec arci temere munitę ſuffecerũt.

Marchio nũ bella

Badenſes cõtra Argẽtineſes.

Contra imperiũ

Deſtruebant tūc Muckēſturm ac Raſtetē. Quo turbine ſedato, cōtra Moguntinos, Iacobus Marchio ꝓfectus, Palatino multa intulit diſpēdia, adiūcto ſibi filio Ioāni Metēſi epo, queādmodū Sylui9 teſtat. Mortuo Iacobo, cōtra Fœdericū Palatinū rem geſſit Carolus Marchio, uerū ſiniſtro auſpicio, dolo ac ſuorū ꝓditiōe caſtris exutus, captus, & magno auri q̄ʒ ciuitatum p̄cio demū redēptus, maxīa iactura Marchionatū affecit, quē tn̄ Chriſtophorus Marchio ſubſequēs reſarſit. Chriſtophorus inde Marchio, cui ducatus bellicę uirtutis aſcribit, teſtāte Beroaldo, ſine q̄ nihil adhuc egregii a Maximiliano geſtū eſt, Lutzelburgēſem cōitatū, ab hęredibus iiuſtis occupatū, armis priſtino iuri reſtituit.

De Marchionatu & ciuitatibus eius antiquitus ac nunc a Marchionibus poſſeſſis. Ca. Cviii.

Sedes & Ciuitates Badenſis Marchionatus.

REgiōis illius noīa nūc īterp̄taturus, ea q̄ ad ꝓfectum huius affutura uideo, ſubiungā. Marchionatus Badenſis Raphael in vii. cōmētariorū Vrbanorū iuxta Rhenū meminit. Marlian9 olim a Cheruſcis hūc inhabitatū exiſtīat, a cuius ſentētia q̄ lōgiſſime receſſi, dū intra Rhenū Cheruſci nūq̄ extiterūt, ut li. xi. clari9 īdicemus. Ad rē redeo. Otto ſui noīs terti9, atq̄ʒ Gregorius v. Marchionatū primitus cōſtituerūt, ac Vuiſſenburgēſis abbatis ciuitates aliquas, q̄ int̄ Rhenū ac Baccenē cōſtiterāt, Marchionatui adiecerūt, ī q̄rū numero Badē, Stolhoffen, tūc tp̄is uillę atq̄ʒ Ettelingia cū extiterunt. Hn̄t Etelingiacēſis adhuc huius antiq̄tatis ueſtigiū, liberi.n. Vuiſſenburgēſes ꝑ opidū illud res ſuas, ſine oī uectigali uehūt atq̄ʒ euehūt. Mihi p̄terea puero adhuc ī rudib9 ānis cōſtituto, literę oſtēſę ſūt, in q̄bus habebat̄, q̄ pacto Etelingiacum Marchiōib9 ſit addictū. Dagobert9 aūt abbati Vuiſſenburgen̄. Rotfrido, Badē urbē (quā Adrianus & Antoninus cōdiderūt) & ſex leucas (ut ita dicā) ultra Rhenū cōceſſit, ſicuti in literis adhuc penes Vuiſſenburgen̄. reſeruatis, Dagobertus demōſtrat. Durlachū uero ac Heidelzau Fœdericus II. impio ademit, & Hermāno Marchiōi Badēſi adiecit. Raſtettē ac Cuppenheim opida a dn̄atu Eberſteinēſi Marchionatui cōtigerūt, ꝑ Hermānū filiū Rudolfi. Pfortzheim ac Cellā mortuo Cūradino a ducatu Sueuię Marchiōibus obueniſſe uolunt. Beſigheim uero Hermānus II. ab abbatiſſa Erſteinēſi recuꝑauit, ductu Fœderici Imp. ut literę Baden̄. oſtēdūt. Stukgartē q̄ʒ Bachēheim, a Marchiōib9 cōditę ſūt, ac ab eorū ditiōe ad Vuirtēbergę cōites uenerūt, ductu Ioānis Vuirtēbergę comitis, ob Annā uxorē ei9, filiā S. Rudolfi. Eppingē uero ꝑ Fœdericū cęſ. Badēſibus additū ē, a Palatīo rheni, cū Haidelsheim recuꝑabāt̄. Hochburgēſis dn̄atus ꝑ Bernhardū Marchionē receptus eſt, ultimus.n. dn̄s abſq̄ʒ ſobole decedēs, Marchionē Baden̄. cōſtituit hęredē, de hac re ī monaſterio q̄dam Hochburgēſi nō ꝓcul a Friburgo multa reſeruāt̄. Spāheimenſē dn̄atū Rudolphus Fœderici Marchiōis filius adiecit, alii tn̄ Iacobū Marchionē primū titulū Sſpāheimēſem uſurpaſſe ferūt. Rotelēſem uero Marchionatū Chriſtophorus Marchio, mortuo ultīo Marchiōe Rotelēſe, a Maximiliano Cęſ. īpetrauit. Idē Creutzenau magno oppigneratū p̄cio, redemit. Hochburgēſe dn̄ium recuꝑauit, plura a Palatīo rheni ære cōꝑauit, ac Lutzelburgēſem cōitatū ſuis armis recuperatum poſſedit.

De ſepulturis Marchionum Badenſium, & ſedibus. Ca. Cix.

MArchiones olim in Backenau ſedes tenuerunt, ubi & eorum ſepultura erat, illic enim Hermanni omnes ſua corpora ſepulturæ mandauerunt. Vltimus inde Marchio Rudolphus, ſedem in Badē habuiſſe dicitur, cuius poſteriores in monaſterio Lichtental ſepulti oſſa eorū condierūt, uſq; ad Rudolphum quartum, qui cum reliquis poſterioribus, ad Badenſem urbem ſepulturas eorum tranſtulerunt. Fœdericus Auſtriæ dux Neapoli capite tuſus, illic honeſtiſſime ſepultus eſt. Pater eius Hermānus Viennæ. Sanctus quoq; Bernhardus in ciuitate quadam Lotharingiæ ſe uita exonerauit, ibidem & ſepultus, miraculis coruſcat. Hæc itaq; ob tuā uoluntatē ingreſſꝰ ſū PHILIPPE princeps maxīe, & q̄ ad noīs tui gloriā attinere uidimꝰ. Reliqua q̄ de te cōcepimꝰ, duobꝰ libris abſoluimꝰ, q poſtq̄ ſatis maturarīt, auſpicato ſydere æq̄ in uulgū abibūt.

Sedes & ſepulturę Badenſiū

De Lātgrauiis, & Lātgrauio Alſatēſi. Ca. Cx.

ALſatia regio trāſrhenana, quā Eliſatiā Marlianꝰ uocat, olim a Treuerēſibus, una cū eorū ciuitate Argentinēſi moderabať. Inde reuolutis mille ac ducētis annis, ad Ro. impiū deuenit, ſub cuiꝰ dominio qngentis annis tenebať, & Argētina ideo quaſi argētea tina quaſi Romanorū ærariꝰ appellata ē. Iñ p Clodoueū ad Frācię regnū deuenit, vñ Dagobertꝰ & eiꝰ ſucceſſores plus ducētis annis eorū ſedes in Alſatia tenuerūt. Executus eſt hāc rē honeſtiſſime Peutiger in ſuis cōuiuiis. Childericus inde Frācorū rex ſalutis anno dc.lxxxv. conſanguiniū ſuū Etticonē, quē Adalricū Alſatiæ annales uocāt, Atticū uero Nouietēſiū cronica, Alſatię pfecit. Cuius ſedes in Obernehen uidebāť. Idē ex arce Hoeburgēſi monaſteriū diuę Odilię cōſtruxit, ut latiꝰ dicturus ſum, dū Alſatię ſiue Vogeſi mentionem ꝓgrauero. Hic Etticho filio ſuo Adelberto reliqt Lātgrauiatū, quē alii Adolricū uocāt, cui ſucceſſerūt duo filii fratres, Sūtfridus & Eberhardꝰ. Hi a Carolo Marcello Alſatia abacti ſunt, tota itaq; Attici ſiue Eticonis ꝓgenies lx. annos Alſatię dñabať. Iñ Marcellū ceteri reges Frācię in Alſatię dominio ſubſecuti ſunt inuicē, uſq; tota pene Caroli poſteritas defecit. Tēporibus Ottonis primi, dñi Kiburgēſes ductu impatoris Alſatiā recupauerūt. Iñ Ottonis III. ſeculo, ac Gregorii V. in Lātgrauiatū ceſſit Alſatia. Primꝰ Lātgrauius Theodericus euaſit, q ſe & ducē Lotharīgiæ ſcripſerat, ob eiꝰ parētē, Cūradū Vuormacīēſem dictū. Huic ſucceſſit filiꝰ eius Thedericꝰ q ſine uirili ſemīe diſcedēs, fratri ſuo Gerardo Lātgrauiatū cōmēdauit. Succeſſerūt huic duo filii, Gerardꝰ, cui Alſatia obuenit, & Vdalricus de Egersheim. Horū genealogiā dū de comitatu Hoeloēſi mētionē fecerimꝰ, ulteriori memoria colligamꝰ. Materna.n.linea comites de Hoeloe nitebāť ex Lātgrauiis illis. Probāt tūc qdā ſub Zeringēſibꝰ, alii ſub dominio Kiburgēſi Alſatiā remāſiſſe, pſertī ſupiorē. Iñ ad dñium habſpurgēſem deuenit. Albertꝰ Habſpurgēſis poſtea honeſtiſſime Alſatiā ſupiorē rexit. Iñ filius eius Rudolphꝰ ro. rex, eo potiebať. Impatores inde ſupiorē Alſatiā hereditauere, mortuo ultimo eiꝰ lātgrauio, a qbus ptātem eligēdi pſidē Palatinus obtinuerat. Alſatię uero inferioris dñium ultimus lātrgauiꝰ uirili ꝓle defraudatus, epo argētinēſi uēdidit.

Alſatiæ Lātgrauiatus.

Ad quos Alſatia.

De Lantgrauiis Haſſiæ. Ca. Cxi.

Lantgrauii haſſię

LAntgrauiatus Haſſię olim ad Turingorũ dominiũ attinebat,& ſub Ottone III.ac Gregorio V.in Lãtgrauiatũ eſt redactus,dũ prius tm̃ comitat⁹ extiterit,multos egregios prĩcipes ꝓduxit,q cõnubia ſemp̃ pene cũ Saxoniæ duciſſis traxerunt, Vuilhelmus Lãtgrauius S.Elizabet Vngariæ reginã fœdere cõiugali ſibi collocabat,ex qua Lantgrauii noſtrę ætatis ꝓceſſerũt.Hẽrico Lãtgrauio olim ultimi comitis de Katzenelbogẽ filia matrimonio obuenerat,q deficiẽte maſculino ſemine ſtirpis ei⁹,comitatũ hũc ĩ iura mariti redegit.Memorat̃ celebri memoria Ludouicus Lãtgrauius Aeneę Syluii tp̃ibus,cui, ut Aeneas ait,Ro.imp̃iũ erat delatũ,q̃d ipſe ob literarũ ignorantiã recuſabat,tãta animi p̃ſentia uir,ut oẽs principũ fluctus ſol⁹ cõpeſcuerit, cui tres Vuilhelmi ſucceſſerãt,medio Vuilhelmo mortuo tota ꝓgenies Philippo illo unico puero nõdũ xviii.annũ ingreſſo delatus eſt,q donec adoleuerit,matri Annę,a Mechelburgẽſi nobilitate proſatę,mulieri uirili habenas conſenſu primatũ reliq̃t.Produxit egregios ep̃os regio illa.Hermãnus.n.Colonieñ.p̃ſul uir oĩbus uirtutũ numeris p̃fectus a ſcriptoribus celebrat̃.Erneſtus q̃q; ad archiepiſcopatũ Magdenburgeñ.deuenit. Multi comitat⁹ Lãtgrauio ſubiiciũt, Zigenheimẽſis,Nidenſis,q̃rũ ille Treiſa,hic uero Nida fluminibus irrigant̃. Necnõ & comitatus Valdek,atq; alii.Horũ genealogias ubi Marchionũ Badenſium habita eſt ratio,poſuimus.

De Burggrauiis olim Magdenburgenſibus,Rotenburgenſibus, Vuirtzburgenſibus. Ca. Cxii.

Burggrauii Magdenburg.

COnſtat Ro.imp̃atores olim in ampliſſimis imp̃ii ciuitatibus cõſtituiſſe Burggrauios,& hos ut plurimũ in comites aut Barones cõſecraſſe Vidim⁹ hui⁹ rei fidẽ fuiſſe obſeruatã in Nurẽbergẽſiũ Burggrauiis de q̃bus diximus. Nec p̃tereũdi ſũt nobis ſilẽtio Magdẽburgenſes,q ad ep̃ale faſtigiũ ſępe cõſurgebãt,ut de Boggero Burggrauio legimus.Multa etiã hi eccleſię metropolitanę cõtulerũt.Gero.n.illic Burggrauius, in honorẽ S. Ciriaci S.Stephano dicatã fundauit eccleſiã.Monialiũ etiã monaſteriũ ędificauit,cui⁹ genealogia talis anno dñi Dcccc.lxv.p̃hibebat̃. Gero Burggrauius, Sigefrido ac Viprocho filiis dotat⁹ eſt,ac Hetta filia, Viprocho Theomar⁹ fili⁹ ac Gero ep̃us cõtigerãt.Tertius filius Gerõis eiuſdẽ noĩs Gero ferebat̃,q eccleſię S. Ciriaci fundamẽtũ iecit,Hic ex Hetuida uxore Sigifridum filium Burggrauium Magdẽburgeñ.ſuſcepit. Vltimus huius genealogię memorat̃ fuiſſe Hẽric⁹, q ſine liberis decedẽs,Boggerũ Queuerdẽſem conſtituit heredẽ,a q̃ reliq Burggrauii ꝓceſſerũt.Hermãnus Saxonũ ſcriptor,ſemel Burggrauiis illis defectionẽ cõtigiſſe ſcribit,in Hermãno Burggrauio,& Ottonẽ cæſ.ſui noĩs primum, multa huic Burggrauiatui detraxiſſe,& erecto nouo ducatui Lunẽburgẽſi adieciſſe.Mẽfridus ſeculo Hẽrici IIII. in Burggrauiatũ Magdẽburg.elect⁹,in bello cõtra Saxões geſto obiit.Rotẽburgẽſes Burggrauii tp̃e Fœderici I. Arnoldus & Cunradus ,Arnoldus ac Gualterus,huius filii referũtur. Vuirtzburgẽſis uero Poppo.

De comitatu Hoenloenſi, eiuſdemq; comitum genealogia. Ca. Cxiii.



Comites Hoenloē.

HOenloēſis comitat9 germaniȩ nō ultimū honorē penes priſcos ſorti
tus eſt.A Beroaldo de alta flāma dict9,int̃ Frāconiȩ comitat9 nume/
rādus,olī ditiſſimus,nūc hȩredū pluralitate diſtractus,anguſtior red
ditus eſt.Hos beroaldus ex Pānoniȩ nobiliſſimis originē retuliſſe cōuincit.Ipi
tn̄ e priſcis romanoꝝ ſe ꝓceſſiſſe gloriantur.Alii eos a S.Adelheide emerſos
uolūt,q̄ Frāciȩ oriētali p̄fuit,ac anno M.Hermāno Frāconiȩ comiti nupta,Cō
radū cȩſ.genuiſſe aſſerit̃,poſtea Gebhardū Ratiſponeñ.ep̄m.Poſuimus etiā in
genealogia p̄cedenti,q̄ de illis comitibus habuimus cōp̄ta,ſecus tn̄ rep̄ire rem
poteris,unde paucis vn̄ nobis illa genealogia acceſſerit,dabimus.Fuerūt emū
ctiſſimi uiri,q̄bus hiſtoriarū ueterū cognitio nō defuit,q Cōradū II.cȩſ.ab her
māno ac Adelheide ꝓgnatū dixerūt.Cuilibet aūt id cognitū eſt,hunc Cōradū
maternū genus a Cōrado illo Vuormacieñ.duce reduxiſſe.Vn̄ opus erat the
oderico (quē patrē Adelheidis fuiſſe ſciuim9) Cōradū illū Vuormaciē.cogna
tū ſaltē aſſerere,licet a nl̄lo ſcriptore legat̃.Hūc etiā paternū gen9e Ludolpho
Sueuiȩ duce retuliſſe cælo clari9 eſt,tu ſi plus nobis uides,ea q̄ tibi arridēt,iura
re potes,nobis illa erat ſētētia.Adelheidis aūt illa nō Saltzēſis fuerat Ottōis ui
delicet uxor,uerū fundatrix ueteris monaſterii in Spalt,cōſecrati in honorem
S.Emeriāi,q̄ & collegiū in Oeringē cōſtituit, ad q̊d multas reliq̄as aduexit,q̄s
Cōrado filio ſuo Cōſtātinop.imp̄ator tranſmiſerat.Irmegardis p̄terea in arce
Schillingsfurſt eccleſiā diuinis muneribus dotauit.Fert̃ olī comitatus ille fuiſſe
ditiſſimus,uerū multa p̄dia ad Marchionē brādēburgeñ.deuenerūt,ut Kreils/
heim,Kreglīgē,Vffelē,& oīa mōtana aduerſ9 Sultzbachiū,quas uxor una cū
iuſdā comitis uēdiderat.Mergental q̊q꜃ & pene totus illic circuit9 Teutonicis
dn̄is donatus eſt.Nec deſūt q olim Francōiam uniuerſam,partim Herbipolē/
ſi ep̄o,partim comitibus illis aſcripſerunt,& tandem de illis.

De Hennenbergeñ.comitibus. Ca. cxiiii.

Comites Hennen bergēſes.

HEnnenbergū caſtrū memorat̃,a q̊ comites Hēnēbergeñ.nomē tule/
rūt,q (ut eorū annales hn̄t) Romāi,a Colūbariis ortū traxerūt.Poſt
Attilȩ uero deuaſtationē in Germaniā ꝓfecti ſunt.Cōdiderūt aūt hi
comites ml̄ta monaſteria,ut ſūt Frauuērot,q̊d Otto de Hēnenberg prius iecit
fundamentis,cuius filius Bertholdus monaſt. Gotzau erexit. Filius huius Got
tēbaldus fundator cœnobii in Vueſero extitit,āno dn̄i M.cxxxi.& illic altare
anno M.cxxxviii.xix.kal̃.Nouēb.ab ottōe ep̄o bābergeñ.dedicatū eſt,cui gna
tus bertholdus ſucceſſit,q anno dn̄i M.dxvii.monaſt.uirginū cōdidit.Horum
nobilitas ex ſolis cōnubiis eorū indagari poteſt,ſummorū.n.prīcipū filias ſibi
aſciuerūt uxores,ut bertholdus,q Mechtildē Marchiōis badeñ.filiā ſibi copu
lauit,vn̄ multa Marchionat9 ſibi deſumpſit,in caſtello Rheni Nuēburg olī Pa
latinorū Rheni,nūc Marchionū ditiōis,ac in Darlacho & Forcheimio ſedes
fixerūt.Vt aūt nobiliſſiorū comitū debita mēoria a nobis exigat̃,catalogū eorū
genealogiȩ īſtar hūc collegimus.Primus Otto Hēnēbergēſiū comes fuiſſe cō
uincit̃,q cū beatrice uxore bertholdū filiū ſuſcepit,bertholdus ille cū Mechtil/
da Hermāni Marchiōis badeñ.filia ſua cōiuge Ludgardā edidit,quā & palati

no rheni collocauit,& bertholdũ,q̃ Eberardũ Herbipolẽ.p̃ſulẽ & Popponẽ
filios reliq̃t.Hic Poppo duas filias ex Elizabeth uxore ꝓſatas,unam Marchiõi
Miſnẽſi,reliquã Brãdẽburgẽſi cõiugio collocauit, et Hermãno filio comitatũ
expoſuit,cui Poppo,Bertholdus,Hẽricus,Hermãnus,Bertholdus,Poppo ſuo
ordine ſucceſſerũt.Quos ſecuti ſunt Bertholdus,Hẽricus,Ioãnes,Hermãnus q̃
ex Agnete Hẽrici electi Ro. cæſaris filia Bertholdũ ac Fœdericũ pepit,poſt q̃s
tres Vuilhelmi ducatu illo fungebãt.Inde Georgius vñ Bertholdũ Moguntĩ
nũ epm,Hẽricũ Argẽt.Philippũ Bãberg.canonicos ꝓceſſiſſe noſtra ętas uidit

De comitatu Leoſteinenſi,& eiuſdem comitibus,ac Marchiõibus Monteferra. Ca. cxv.

VEnio nũc ad comitatũ Leoſteinẽ. quẽ tñ Levuinſteinẽſem literę ue
tuſtiſſimę nomĩant,uenerãdę antiq̃tatis regionẽ,q̃ a Gregorio V.ac
Ottõe III.in comitatũ abiuerat tp̃e electiõis impii.Nã paulo poſt im
pii electionẽ,anno dñi M.xxx.comites extitiſſe Leoſteinẽſes annales Elſenſpa
chenſiũ teſtãt,cui9 fundatores p̃fati comites extitere.Nomẽ a ſigno,clypeo eo
rũ impſſo tenuerũt,a leone uidelicet.Prim9 huius regiõis comes q̃s fuerit,ne
mini cõſtat,niſi q̃ Theomarũ hũc uocitatũ annales eorũ ꝓhibẽt,cui poſt lõga
tp̃is interualla ſucceſſit Gotfridus comes Leoſteinẽ.q̃ litẽ inter abbatẽ Mur
hardẽſem & epm Herbipolẽ.cõpeſcuit,quẽ Albertus comes ſecut9 eſt anno
M.ccxc.Inde filius huius Nicolaus,cui inſignis uictoria de Rudolfo Marchiõe
Badẽſi cõtigit,ductu matris eius Luitgardis,p̃dicti Marchiõis uxoris. Interce
ptus erat itaq; Marchio Rudolfus ac ad arcẽ Leoſteinẽ.delat9,cogebãt oĩb9
rebus cõpoſitis iterũ comiti ciuitatẽ,ac arcẽ Leoſteinẽſem,Murhart,Beckingẽ
& cætera p̃dia reſtituere. Tẽpore q̃ milleſimus ac ſupra tricenteſimũ decimus
octauus ann9 agebãt. Vidi & ego literas ſigillis comitũ Vuirtẽbergẽſiũ, Vuer
tenſiũ,Hoenloenſiũ,Eberſteinenſiũ,huius euẽti teſtes.Inde Nicolaũ comitẽ fi
lius Hẽricus ſubſeq̃bãt,cuius filius eiuſdẽ noĩs Hẽric9 comitatu potitus eſt.Ad
uerſus quẽ tota pene germania inſurrexit,tuta tñ oĩa cuſtodiuit. Memorãt hu
ius filius,Albertus,q̃ in bello Vuilenſi a ciuitatibus impialibus occidebãt anno
M.ccc.lxxxviii.Habuit hic fratrẽ Hẽricũ Bãberg.eccleſię canonicũ,poſt q̃rũ fa
ta comitatus illę ad Palatinos Rheni deuenit.Noſtro etiã ſeculo a duce Vuir
tẽbergenſi interceptus ille comitatus eſt,in bello aduerſus Palatinũ geſto.Prę
eſt tẽpeſtate illa comitatui Luduicus homo ſingularis uirtutis,& oĩbus doctis
ac literatis dexter,corpe q̃ aĩo preſtans, cuius fili9 Vuolfgãgus optimus adu
leſcẽs,igne domeſticorũ incuria oborto abſumptus eſt,extat de illo Oecolam
padii uiri grauiſſimi epitaphiũ. Multa de comitibus illis in cœnobio Murhar
denſi reponunt,ubi & eorũ ſepulturæ ſupſunt.Nec ſiletio p̃termittãt piiſſimũ
facinus eorũ in cõdẽdis monaſteriis,nã Lõgentalenſe cœnobiũ Elſenſpachiũ
nũcupatũ inter Saltzburgã ac Raſtettẽ erexerũt,anno M.xxx.inde centũ q̃dra
ginta annis reuolutis,monaſteriũ illud ad S.Viti cœnobiũ eſt trãslatũ.Cæterũ
comitũ illorũ genealogias,ſupra, Marchiõib9 Badeñ.addidim9. MOntifer
ra.inſigni nobilitatis comites ſunt,origĩe germãica, prim9 eorum prĩceps fuit

Comites Leoſteinenſes

Montiferra.

Almar9 Saxōię ducis filius,cuius uxor erat Alaſma Ottōis II.cęſ.filia, ꝓxias ſedes tenuit Marchio Vuilhelmus,cęteros ut externorū principes ꝑteribimus.

De dominis Pfeffingenſibus. Ca. cxvi.

MEret̃ ꝑterea ſplendida Bauarię ꝓgenies Pfeffingēſis,q̊rum genealogiam ad honorē ꝑſtantiſſimi dn̄i Pfeffingenſis illuſtriſſimi ducis Saxoniæ ac electoris a conſiliis,ob ſummā eius erga doctos uoluntatem uolui recenſere.Tum qa non minorē gratiā ab illuſtriſſimo Saxōiæ duci mihi parturus ſum,apud quē uir ille primas partes habet collocatas.Inter huius ſtirpis antiqſſimos recenſet̃ Bernardus,cuius uxor Clara,atq; Nicolaus Fœderici primi tꝑibus,poſtq; milleſimus & ſupra centeſimū qnquageſimus qntus agebat̃ annus. Inde anno M.cc.iii.Vuernherus adiūcta uxore Anna, Othmarū filiū habuit ſucceſſorem.Inde Hēricus q ex Barbara uxore duos ſuſcepit filios unū in Ratiſponēſem epm ſublimauit,alteri nomen Alberti ferenti dominiū reliqt,cui Vuernherus,Chriſtmannus,Stephanus,Andreas,Vuilhelmus,Caſpar,& reliq ſucceſſerunt,uſq; ad Ioannē Degenhardū ac Bernhardum, quos noſtra ſecula uiderunt longa peregrinatione ac expergentia rerum multarum celebres auratorum equitum titulos deſumpſiſſe.

De nobilitate,præſtantia ac politia Norinbergenſiū. Ca. cxvii.

EXacta omniū regum,ducū, ac primatū nobilitate,& cuilibet ſua data portiōe,ad priuatarū urbiū quarundā amplitudinē accedēs, nō mihi tēporare potui,qn aliqd Norinbergenſiū reipub.ac ꝑſtantiæ aſtruerem. Viſa.n.ē urbs illa mihi ſummæ nobilitati accedere,nō q imaginibus ueterū cōſtāt,q ue maiorū opinione tm̄ nitat̃,aut ſanguine ꝓpaget̃,cui nihil uel parū cū uirtute cōe eſt,uerū q ꝓpria uirtute parat̃,et in ꝓpriis egregiis facinorib9 cōſiſtat.Quę.n.genus & ꝓauos,& q nō fecimus ipſi,uix ea nr̃a uoco.Ego q ſolā uirtutē nobilitatis uerū ſimulacrū ꝑ ſe ferre agnoſco,ac reliquā gn̄is notam qualēcūq; nil niſi uana quadā uulgi opinione foui, ac blādiri ſibi deuinctis ,in hoc Norinbergēſiū egregiā rēpub.honeſtari nō deſinā,& ſi q̊rūdā anagyrim mouеā,q oſtenſa illorū nobilitate offendunt̃.Qui ꝑterea nec egregie ferūt(q̊d ſoli manifeſtū eſt) de uerę uirtutis cultoribus qdq̄ honeſtius dici,ego ob ſummū eorū in me officiū,tū qa ueritati patrocionaturus ſum,quæ mihi ſeſe obtulerūt ad paruū ſaltē tēpus morā illic detinēti adiiciam,nec nobiliſſimos illos ciues eorū claritate defraudari patiar.Viget illic reſpub.nulli germāiæ uniuerſæ cōferēda,cuius laudi accedit,ꝙ hęc nō ſutorib9(ut in reliq̄ germāia) qb9 ultra crepitā nō licet,cōſita ſit,uerū uiris ꝑtim qbus rerū cognitionē expientia ac longa peregrinatio peperit,partim q ſeſe nobilioribus doctrinis totos deſtinauerunt,& qui a primis cunabulis aut tenerioribus annis multorum hoīm mores uiderūt & urbes .Illic ita ꝙ ſenatores adminiſtrādę,cōſeruandę,ꝓpagādæ, reipub.cauſa nati, hoc unum agant negocium, hoc unum curent, ut egregie reipublicæ conſulent, nullis aliis addicti negociis. Quibus pene omnibus ingenua pulchritudo ac ſenatorius decor ineſt.Hi ſanctitate morum aut uirtutū prꝑſtantia eligunt̃, nec nobilitate aut ordine ad ſenatorios honores occurrunt.

Poſtq̄

Poſtquam hæc in animum recepi, nobis egregii ciuis memoriam non potui ſubtrahere, Bilibaldi uidelicet Pirckaimeri, qui tot artibus inſtructus, præter ſummam morum eius ac famæ innocentiam, præter amplam rerum familiariũ facultatem, oĩa ſtudiorum genera tractauit, & maximus fœlicitati Nurenbergenſium calculus acceſſit. Putauimus extra naturæ conditionem eſſe, tantum literarum uni uiro ſupereſſe, inter tot alioqui curas diſtracto, & q plurimam temporis ſui partem inter iuris ciuilis pugillares trãſmiſit. Pœnitet nos quotidianæ illius moleſtiæ, ꝙ in conſilium ciuitatis rogatus, non literario magis q̃ publico ocio delegatur, unde uberiora ex eo literariæ palæſtræ emolumenta fluerent. Hic potiſſimũ cæteris germanis in exemplũ aſſumat̃, ut & ipſi acriori ſtudio literas adiuuẽt, & queadmodũ ille, tm̃ lumen linguarũ diuerſitati afferant, q̊d in futuræ ætatis ſeceſſus excurrat. Nõ poſſũ tñ cęteros germanos damnare, quibus ęque bonę literę ſufficiũt. Huic tñ pauci accedũt, & nulli niſi q̊s æquus amauit Iuppiter. Ne lector ægreferat, nos intermiſſo nr̃i opis inſtituto, ad unius uiri memoriã deſcendiſſe, ac pedẽ alieno negocio intuliſſe, uicit me utraq; ratio, tum patriæ noſtræ, cui ex animo ob illius uiri præſtantiam faueo, tum priuata pietas, quæ huic uiro ꝓpria debet̃, ob immenſam ei9 in me uoluntatem, Nã is opem ſuam & bonam partem Germaniæ noſtræ attulit, ductu huius ſtudia noſtra reddidimus alacriora, multa emẽdauimus, plura detulimus, plurima addidim9. Dii ſibi, ſi qua pios reſpectãt numina, ſi quid iuſticiæ eſt, & mens ſibi conſcia recti, præmia digna ferãt. Verũ ne fallẽte trãſitu longior ęquo noſtra oratio proroget̃, in tranſuerſum agor, nõ uoluntate, non animo, qui ſemper uiro huic par reſeruat̃, uerum operis neceſſitate, cui & ſua portio debet̃. Hæc de Nurẽbergenſib9 collegimus, ut honeſta nobis ſaltẽ occaſio p̃ſtet̃, officii uiri illius meminiſſe, ac munus gratitudinis in hoc ſaltem expleuiſſe. Illis heroibus inueſtit̃ Nurenbergenſium ſenatus, dignus etiam tali urbe ampliſſima, ambiguum eſſe arbitror, an urbs ſenatui, an ſenatus urbi ꝓponet̃, una illic omnium mẽs, unus animus, una deniq; μοναρχία. Videmus ante multos annos nullas partes, ſimultates, inter ciues ac ſenatores obortas, ſenatus plebi congruit, plebs primatibus conuenit, & demum res illa nõ aliam habet rationem, niſi ꝙ uno alteri auſcultante, beatiſſimam, locupletiſſimam (ex ciuitate ignobili) erexerunt urbem, tantis opificibus prędítam, ut quod multis aliis priuatis urbibus proprium, quilibet uni ſoli conceſſum eſt, tantum huic urbi diuinitus relatum, ac ueluti in unum faſcẽ complicatum eſſe uidemus, ſaltem fama indicante. Orabunt alii cauſas melius, cœliq; meatus deſcribunt radiis, excudant alii ſpirãtia mollius ęra. Crede etiam uiuos de marmore ducere uultus. Si uero quicquid hominum manibus elaboratum, & quod natura homini conceſſit inueſtigare in animo tibi eſt. Huc concede, patebunt tibi ædificia, non tantum in foro, uerum in modeſtiſſimis uicis ac triuiis urbis, omnium urbium Germaniæ honeſtiſſima, plus tamen in receſſu q̃ fronte pollicentia. Nec diuinus illic cultus deliteſcit, tot delubra, tanta ſacerdotum corona, tãtas etiam delicias pratum (Hallerenſe dictum) præ ſe fert, tot cõſitũ tiliis, tot co-

Bilibald9 Pyrkaimer ſenator

Nurenbergẽſiũ monarchia.

Artifices

Aedificia

ruſcās fontibus, cœleſtis loci ſpeciē de ſe pbet.Illic latam ac diffuſam planiciē natura effinxit,graminibus & fluminibus ſpecioſiſſimis irriguam.Siphunculi horrent plures,a qbus clara aquarū multitudo ſcatet,quæ a cauato lapide rurſus,grato murmure reſonante ſuſcipit.Eſt pterea tanta mercatorū ſtipatio,tantus negociatorū numerus,quibus India,ac ultīa Thule,cognita eſt,tāta ēt opinio rerū familiarium de eis obtinuit,ut ſi ſapiētem uirum,ſiue diuitiis pditum diffinire uoluerimus:de Nurenbergenſium ordine pfectum eſſe indicamus Horum amplitudinis argumentū natura loci expreſſit, q̄ urbi huic ſedem pfectionis,hoc eſt,mediū ac umbilicū totius Germaniæ tribuit.Non eſt in tota urbe q̄d cōtemnas.Ne tñ ab huius urbis origīe recedamus,cætera q̄ reqrunt annectemus. Vrbs illa,dum Hungari Germaniā inuaſerunt,a uicinis condita dicit,ut Germani eo loco tuto ad tranſuehendas res uterent. Alii dū milleſimus ſupra centeſimum quadrageſimus annus agebat,eccleſiam ab Henrico Bauariæ duce conſtructam Nurenbergę,in honorē ſancti Egidii,cum ciuitatis erectione tradunt,ac opus ciuitatis anno ab illo decimo fuiſſe cōpletum.Tūc aūt unica tm̄ arx muris circūdata ſupfuit.Cūradus cęſar ſui noīs ſecūdus,anno ſalutis Dcccc. xi.ad imperium hāc ciuitatem detuliſſe fertur.Henricus aūt tertius ipſam graui obſidione anguſtauit,ac cepit,ab incarnationis ſeculo milleſimo ac uigeſimo ſexto,filius huius Cunradi, dum contra patrem mouerat,Nurenbergam pene deleuit.Henricus etiam filius Fœderici ſecundi,nuptias illic celebrauit,qua tēpeſtate ſex ac quinquaginta uiri,tres ac uiginti mulieres,aqua abſorpti ſunt.Seditio tantum una inter ciues oborta legitur,Caroli quarti imperatoris æuo,& tunc in manus patriciorum ciuitatis iura omnia peruenerunt. Hæc q̄ breuiſſime potui de Nurenberga ingreſſus ſum,haberem in promptu plura de illa (aperiēte ſe latius materia) colligere, niſi me omnia dixiſſe uiderim,dum tantum Nurenbergam nominauerim.

Nurenbergum conditur.

Quando obſeſſa.

F
I N I
S

CAPITA QVARTI LIBRI

Primum de laude bellicæ uirtutis,& q̄ hanc Germani diuinitus quaſi in ſorte aſſumpſerint,dum alii aliis ualeant.
II.De ſcriptoribus ſtrategematum Germanorum.
III.Scriptores ſemp germanorū res depſſiſſe, hoſtiū uero geſta cœlo ęquaſſe.
IIII.De proceritate Germanorum,& eorum magnitudine.
V.De terribilitate,ferocitate,audacia,& immanitate Germanorum.
VI.De fortitudine ,impetu,& reſiſtentia Germanorum.
VII.ppetuo attributo ſeptētrionalibus illis ſemp ferocitatē aſcriptam fuiſſe.
Viii.De barbis Germanorū,& eorum tonſura.
IX.Vicinitatem Germanorum ſemper fuiſſe odioſam uicinis.
X.De horrido Germanorū aſpectu,& facie ferocitatē eorum denotante, ac περὶ τῆς κακοφυΐας cuiuſdam Scythæ,ac de Hunnorum deformitate.

xi. De bellica fortitudine Germanorum & difficultate uincendi germaniam
xii. De donis illorum qui ſe fortiter in bellis geſſerant.
xiii. De pœna illorum qui uincebantur aut ſuccubuerant.
xiiii. De fortitudine quorundam Germanorum, & noſtros ſemper Romanis imperatoribus renunciaſſe.
xv. De uelocitate Germanorum, & de eis robore innato.
xvi. De contentiōe mortis Germanorū, & huius rōne naturali & aſtrologica
xvi. De gratia bellica Germanorum apud imperatores.
xviii. Germanos ſemper imperatoribus fuiſſe adhibitos, & nimia familiaritate imperatorū cum Germanis.
xix. De potentia Germanorum, & auctoritate in bellis, & de nominis eorum ſtudio & obſeruantia.
xx. De laude & præconiis Romanorum, de Germanis triumphantium. aut ſaltem qui Germa. fugauerint.
xxi. De fortitudine ac induſtria ſaltem Germanorum mulierum.
xxii. De ſtudio libertatis Germanorum, & de laude libertatis.
xxiii. De ira & furore Germanorum.
xxiiii. De lanceis, armis, frameis Germanorum
xxv. Septentrionales Germanorū maxime uſui ſagittario occupatos fuiſſe.
xxvi. De ſcutis & catheiis Germanorum.
xxvii. De gladiis ac curribus Germanorum in bello.
xxviii. De uariis telorum & armorum generibus, uariis germanis attributis.
xxix. De inuentione bombardæ, & eius fulmine.
xxx. De equitatu Germanorum, & equis eorum.
xxxi. De ſigillis, ſignis, galeis, thoracibus, & reliquis bellorum inſtrumentis ueterum Germanorum.
xxxii. De inſtructione acierū germanicarū. & modo eorum ineundi bella.
xxxiii. De aris Germaniæ quibuſdam, ubi pugnæ olim editæ fuerant, & de caſtris Romanorum.
xxxiiii. A multis diuinatas fuiſſe Germanorum irruptiones, ac prodigia eorum uaſtationes præuertiſſe.
xxxv. Germanos faciles ſemꝑ ac promptos fuiſſe in nouandis bellis.
xxxvi. Germanos nūq̄ uirtute a Roma. uictos eſſe, uel dolo uel uino aut auro
xxxvii. Germa. religione aut a diis uictos non Romanorum uirtutibus.
xxxviii. De omnibus preliis in generali deſcriptione Germanorū cū Roma. & nos ſemper aut fortuna aut deo, nunq̄ uirtute a Roma. uictos.
xxxix. Requiem Germanis ſemper fuiſſe odioſam.
xl. Germanos ſæpe uictoriam ac triumphum Romanis uendidiſſe.
xli. Germāos a nullis aliis q̄ a Germanis uictos, & ſemper in Roma. exercitibꝰ extitiſſe Germanos.
xlii. De patientia ſitis ac fame Germanorum.
xliii. De ſupplicatiōibus germanorū eorū q ſuccubuerāt in p̄liis aut capiebāt.

VENTUM nunc eſt ad partẽ longe grauiſſimã,ad cuius abſolutionẽ oẽs eloquentię fontes aperirẽ,neceſſum eſſet,nũc eñ mihi labor ſummus plus q̃ in cęteris libris indulgebit,& id q̃d mihi difficilimũ,Germanorũ uero gloriæ cumulatiſſimũ eſt ante oculos obuerſabat̃,in q̃ totas uirtutes eloquẽtia (mihi ſi ulla eſſet) experiret̃, dũ de Germanorũ bellica uirtute diſſerere in animũ accepi.Nunc ſanguinis ac uenę plurimũ noſtra ſibi poſtularet eloquẽtia,ut nobis ad deſtinatũ finẽ liberior ac expeditior curſus cõcederet̃.Nunc ut ſimul plurimorum ingenia ſubirẽ neceſſum eſſet,nec tñ qualicunq; gratia mihi oblata, ſatis inſtituto ꝓpoſito ſufficerem.Nec etiã ſi me Ciceronẽ totũ effinxiſſem.Non eñ bellũ Troianũ,in q̃ tota Homeri induſtria occupata fuit.Non aurei uelleris raptũ exordiemur,q̃ nõ tantã ſpeciẽ difficultatis ꝑ ſe ferebant.Verũ de illorũ uirtute orõnem dicem9,q πολεμώτατοι toti9 terræ uires exceſſerunt,confregerunt,ſubegerũt,q inæſtimanda uirtute ꝑditi ſumma rerũ potiti,ſacratiſſimũ Ro. impii titulũ ac habitũ in eorũ iura redegerunt.Qui ſoli oĩm Romã gentiũ dñam & uictricẽ ceperunt,exhauſerunt,& ſolo æq̃uerunt. Nonne hoc negociũ in oratoria uirtute eminentiſſimũ,ingenio ualidũ,magnificũ,eloquentia effuſiſſimũ,& ꝓpe eloquentiã cæteros docẽtẽ, ac in oĩ ſcientiarũ gñe mirabilẽ requireret? q tantis rebus ſublimitatẽ & cuilibet bellicæ uirtuti debitã dignitatẽ redderet,cuius grauitate ac nitore tres germanorũ ſurgeret,& pro rerũ neceſſitate uarios uultus indueret,ut & rerũ geſtarũ daritati conſentaneus & accõmodatus Homerus reſponderet. Ne ariditate dicendi ,eximia patrię uirtus refrigeſceret, uerũ accõmodato eloquentiæ colore uoluptati futura eſſet legentibus.Ita eñ res illa ſeſe habet, ut Gelli9 Saluſtius ac Cato dicere cõſueuere,ut tanta illorũ uirtus putat̃,q̃ a rerũ ſcriptoribus deſcribit̃, quantũ illorũ ingeniũ.Potuit egregie Alexander ille Magn9 queri de Achille ꝙ dignus ſuæ uirtuti ſcriptor contigiſſet, quẽadmodũ Flauius Vopiſcus ĩ uita Probi teſtat̃.Nec tãta belli Troiani exiſtĩatio eſſet,ſi alteri9 ꝙ Homeri ingeniũ reperiſſet.Laudare aũt uiros claros et debitã glorię portionẽ forti uiro aſſerere,nõ ſimplicis ingenii opus eſt,uerũ excelſiſſimi,ꝑſertim ubi rerũ geſtarũ magnitudo tanta eſt,ut fortiſſimorũ uirorũ geſta a nobiliſſimis auctorib9 cõmẽdata excedere uideat̃,ac luce ſua reliq̃rũ facinora egregia tenebris obducere. Inclinata plane eſſet Homeri gratia illa candidiſſima,comptiſſima,nec facile ingenio eius,tot ac tantarũ geſtarũ molẽ ſuſtinuiſſet,quẽ tñ in magnis ſublimitate in paruis ꝓprietate nemo ſupauit.Quid ergo ego eniti laborem? qui totius orbis uictorum uirtutes deſcribendas noſtræ diligentiæ ac mediocritati deſumpſerim.Et licet orõ noſtra humilis depreſſa humi ſerpat,non forũ tñ,uerũ & urbẽ formidet,& ad extollendos tantos uiros intempeſtiuior, ineptior ,paulũ ſit. Vel in eo tñ probabilis erit, ꝙ nullo intermiſſo ſtudio λυχνόβιος id laboris æq̃ aĩo ſuſtulerit, quod eruditiores uiri excluſiſſent q nec tantã operã erogandis Germanorũ neceſſitatibus cõtuliſſent,dũ modeſtiori labore ea q̃ laudẽ uberiorẽ pariũt aſſeq poſſunt.Nec noſtrũ erat inſtitu

tum

tũ,germanorũ res exacte demũ debita ſua memoria ꝓſeq,affect⁹ cõdonare,uerum tm̃ laboris ſummũ uoluimus ſubire,ex mille locis ac authoribus,q̃ germanorũ uirtuti accõmodari poſſunt,quaſi e luto expiſcari,firma inde ac idonea operi ꝑferendo fundamenta iacere,ut minori cura ſucceſſores noſtri,ea q̃ ad manus eorum libera ac ſolida magno labore cõportata trademus,patriæ conferant,& ædificiũ a nobis relictũ ipſi ad ſummũ ꝑducant. Nec hiſtoriæ ratio uſq; adeo eloquentiæ copias deſyderat.Ideo ab oratori eã excluſit Fabius,dũ mollẽ iucundumq; ſuccum alat hiſtoria,poeticæ parem,dũ nihil aliud etiã referat niſi carmen ſolutũ,& ad narrandũ ſcribat,non ad ꝓbandum aliquid, totumq; opus non ad intuitũ rei pugnãq; referatur,ſed ad memoriã poſteritatis & ingenii famã.Nec Cicero in libro de oratore Xenophontẽ nec Thucydidẽ oratori ꝑmittit. In multa ꝑterea genera hiſtoriã priſci ſecuerũt.Erat eñ q̃ tm̃ in dulcedinẽ loquendi conſiſtebat,alioqui oĩbus manifeſta,erat & quæ tm̃ ad rei prius inuiſę memoriã niteret. Verũ ut demũ ad rem quã paro redeã,& inſtitutũ ordinẽ dicã,quẽ ita ſtare uolumus,ut in proximo libro de Germanorũ nobilitate agat. Liber igit ſubſequẽs rei ſupiori natura cõiũgit,nã pſens liber ad bellicã Germanorũ uirtutẽ tranſibit. Ex qua uere nobilitatis fons in Germanos deſcendit,unde magna illius uoluminis pars ex priori pẽdet. Deſtinauim⁹ aũt ſtrategematibus Germanorum libros tres ſuccedentes,primus liber & in ordine quartus,tm̃ germanorũ bellicoſitatis, τὰ προκατασκευάσματα.i.preparationes ac expeditæ germanorũ uirtutis ſigna monſtrabit.Subſequens uero liber germanorum contra Romanos ſtrategemata & diſcrimina illata oſtendet. Tertium uolumen ſingularium gentium quarundam germanicarum martem ac expeditiones aduerſus totam terram nobis proferet,& ille demum ordo in his libris (quæ bellorũ germanicorum enarrationi deſtinauim⁹) ducẽdus eſt. — Excuſatio auctoris.

Laus bellicæ uirtutis,& ꝙ hanc Germani diuinitus in ſortẽ quaſi ꝓpriã ſumpſerint,dũ alii lingua,aut aliis donis ualuerint. Ca. I.

VAria ſunt mortalibus a deo Opt.Max.dona,etiã diuerſis ꝑpoſita,referente Homero, ἀνδράσιν οὔτε φυὴν οὔτ' ἄρ φρένας οὔτ' ἀγορητύν. Ἄλλος μὲν γὰρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνήρ. Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει.i.Alius fortitudinem,alius uires,alius facundiam ſortitus eſt,alius formam lingua cõpenſat.Sunt etiã quibus longæuam pacẽ fata conceſſerunt,ut æthiopes.Sunt q re uelatione ac cultu diuino cæteris pſtabant,ut Hebræi. Ingeniũ Grais feruens dedit ore rotũdo Muſa loqui,Romani etiã ꝑter ſummã diuitiarũ ac impii facultatẽ,totius terræ dñatum aſſumpſerunt,& dũ itaq; alii orabunt melius cauſas,cœliq; meatus deſcribũt,radiiſq; cadẽtia ſydera ſeruãt.Ac alii uiuos ducũt de marmore uultus.Tu regere impio populos Germane memento:Hæ tuę erunt artes,paciq; imponere morem,parcere ſubiectis,& debellare ſuperbos. Germanis longe excellentiſſimum contigit,ſumma uidelicet uirtutis bellicæ opinio,cuius præſidio (quod aliis excluſum eſt)patriæ libertatem tueri hactenus potuerunt,dum cæteri libertatis iure exuti,in exilio miſerrimi degant, aut duriſſimo ſeruitutis iugo preſſi,uiuant. An ne nihil refert: quo precio

quamoptimo a diuina quiſq; ratione prouiſus euadat,& dum deorum mune ra ſint præſentiſſima ac χαρίεντα (ut Homerico uerbo loquar) nil tamen abſo lutius bellica dexteritate quicquam Germanis obueniſſe facile potuiſſet. Plu tarchus grauiſſimus auctor in libro qui inſcribitur, πότερον ἀθηναῖοι κατὰ πο λεμόν, ἢ κατὰ σοφίαν ἐνδοξότεροι.i. An Athenię̃ſes plus bello an ingeniis p̃ſtiterit, ex cuiuſdã philoſophi ſententia, Athenienſes τῷ λόγῳ μεγαλόφρονας ſermone grandiloq̊s, bellis uero prorſus nullos calumniabat̃. Verba Plutarchi pene Li uius lib.ii.expreſſit,ubi tm̃ lingua bonã gentẽ Athenienſes ſcribit. Cæterũ ſedi tioſam & inquietã,& q̃ patriã tutari non poterit. Cõtra Lacedęmones plus bel lo q̃ literis uiguerunt,& Archilochũ poetã exilio mulctauerũt,q̄a ſcripſerat.

ἀσπίδι μὲν σαΐων τις ἀγάλλεται, ἣν περὶ θάμνῳ
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.

Fuit omni ætati ac populo familiare adagiũ,ubi bellicæ uirtutis ſtudiũ illic & literarũ uſum uigere,fuerunt itaq; ſemper pene diſciplinæ Marti coniunctiſſi mæ. Dum em̃ Roma bellorũ fluctibus aſſiduis conflictabat̃, plenæ fœlicitatis curſũ tenuit, ac poetas celeberrimos ꝓduxit. Non em̃ impium tm̃,uerum & literaturã a Græcis Romani traxerunt. Amiſſa quoq; rerum ſumma, dimidiũ pene literarum Romani amiſerunt,pauci quoq; ante imperii Romani transla tionẽ Germani lr̃is uiguerũt,arcẽ tñ eloquẽtiæ nũc una cũ literis occupauerũt.

De ſcriptoribus bellorum Germanorum. Ca. ii.

Scripto res bello rum Ger manorũ

VIdeamus aũt nunc,quanto numero hi autores conſtiterint,q̄bus Ger manorũ bella curæ fuerunt, numero pene totidem ſunt, Thebarum portæ,uel quot ſunt hoſtia Nili. Neſcio plane an altera pars orbis mi nus q̃ Germania elaborata fuerit. Receſſerũt em̃ a memoria patrię noſtræ oẽs quibus ullum ingenii preciũ affuit. Quidã Germaniã profeſſi,inter initium cõ ſtiterunt. Quare nullũ dicimus,dum Germaniæ ſcriptorẽ allegamus. Fuit hæc p̃cipua imo potẽtiſſima Germanię infœlicitatis pars,ꝙ hęc penitus ab oĩm ĩge nio excluſa,nulli unq̃ ſcriptori acceſſerit. Nec quicq̃ me admiratione maiori detinet,q̃ uirtutẽ eorũ bellicã, qua nihil abſolutius Germanico decori facile futurũ eſt,tot ãnis in tenebris obambulaſſe. Dũ tñ tota uirtutis ratio ac nomẽ male patiat̃ obfuſcari. Et dũ unus memorat̃ qui in deſcribendis noſtris morib⁹ occupatus ſit,dũ & alter q aliquas germanorũ urbes ſua memoria adiuuerit, illuſtrauerit,nullus extiteriit,q in deſcribẽdis bellis ac ſtrategematibus noſtris, quicq̃ molitus fuerit. Hi em̃ q Germanię negociũ hactenus egerunt, ſeſe tm̃ uni ꝑti enarrãdę dediderũt,cætera neglexerũt,q̄re ſcriptoris nomẽ hi bñ tule runt,nõ tñ ſcriptoris Germanię. Et ne ſimili incuria Germanorũ ſummã uirtu tẽ ſine ulla mẽtione tranſgrediremur,neceſſum erat uigili ſtudio oĩa(q̃ tm̃ bel la ſaperẽt)euoluere. Erãt igit̃ nobis reqrẽdi chronographorũ qdã,cui⁹ ꝓfeſſio nis dextimi fuerũt,Euſebi⁹,Eutropi⁹,Hierony.Beda.Paulus diaconus,Sigeber tus Geblacenſis,Gualfredus,Rhegino Prumieñ.Hermãnus,Gotfridus Viter bienſis,Adam Vinenſis,Sabellicus,Blondus Forliuieñ. Ioſephus, Egeſippus, Fretolphus, Vitikindus,& alii quos ex induſtria p̃tereo. Cõtulerũt hi nobis nõ nihil,uerũ ſi modo uera fatemur,exilia erãt,quæcũq; de Germanis ſcripſerũt.

Perluſtrati ſunt inde a nobis ῥαψωδικῶς quaſi, panegyrici ac imꝑatorum enar ratores, in q̊rum numero Herodianus, Suidas, Plutarchus, Procopius, Antoninus, Oneſinus ſcriptor Procli, Marius Maximus, Alexander, Symmachus, Arrianus, Seuerus, Dion Prunienſis, Aelius Cordus, Deuſippus, & hi omnes græci. In latinorũ uero numero Ammianus Marcellinus, Feſtus Ruffus, Aurelius Victor, Hunibaldus, Nazarius Mamertinus, Aelius Spartianus, Trebeli9 Pollio, Barnefridus, Latinus Pacatus, Scotus, Suetonius, Aelius Lampridius, Iulius Capitolinus, Plynius, Quatuor panegyrici, & Auſonius. Claudius Euſthenius aũt quatuor libros de Diocletiano, Maximiano, Galero ac Conſtantino cæſaribus ſcripſit, qui & a ſecretis Diocletiani fuerat. Inde Fabius Marcellinus, Gargilius Martialis, FL. Vopiſcus, qui uſq; ad Numeranũ ac Carinũ hiſtorias ꝑduxerunt. Eutropius uero uſq; ad Iouinianũ, a q̃ Diaconus exordit̃, & uſq; ad Anaſtaſiũ annales ſuos deduxit. Memorat̃ oĩm copioſiſſimus Bimarithius, qui libros quatuor de cæſarũ geſtis diuulgauit, q̊rũ meminit Suidas.

Cæſarum enarratores

¶Scriptores ſemꝑ Germanorũ res depreſſiſſe, Romanorũ cœlo ęquaſſe. Ca. iii.

NE id iniuſtiſſimũ, ac prorſus om̃i iure carebat, q̃ ſcriptorũ iniuria germanos affecit, ac oẽm laudem bello a ueteribus noſtris acquiſitam ſuſtulerat. Maxima em̃ ſcriptorũ pars adulatione corrupta, Germanorũ egregia facinora ab eorũ ſtudio remiſerũt. Semꝑ em̃ captandę bñuolentiæ gratia, uirtutẽ noſtris meritis detractam Romanis aſſeruerunt. Illis plane igit̃ ſuperorũ inferorũq; mala gratia, ac oẽs maledictionũ ſpecies imꝑcãdæ eſſent illis etiã omne malũ Germania debet, potuiſſet Germania a totius orbis inſidiatoribus incruenta ac tuta conſtitiſſe, ab his non potuit. Multi em̃ ab imꝑatoribus alebantur, ut Plutarchus inquit, non ob alium fructum, niſi ut famulante ipſis bono ingenio, facta imperatorum mirarentur. Erat & Iſocratis ſententia, οὐκ πλεῖστοι τῶμ ἀνθρώπων αὐτοῖς πλησιάζουσιν, οἱ δὲ σύνοντες, πρὸς χάριν ὁμιλοῦσι. i. Non multi principibus uerſantur. Qui uero aliquando principibus adſunt, ad gratiam loquuntur. Videamus autem an & id in rebus germanicis contigerit? Cornelius Tacitus libro primo hiſtoriarum. Qui (inquit) Claudii Tiberii ac Neronis res florentibus ipſis deſcripſerunt, ob metum qdã falſe indagauerũt poſtquam obierunt, ab aliis recentibus odiis compoſitæ ſunt. Ecce ille Cornelius? qui anteceſſores omnes, imperatorum geſtis quiddam addidiſſe ſcribit, & ſe liberrimum ab eo uitio profitetur, a Tertuliano mendaciſſimus appellat̃. Oroſius quoq; hiſtoricus Tacitum ſumma adulatione notauit, interfectorum enim numerum Romanorum eum ait cõticuiſſe. Nec ipſe Oroſius ab ipſo crimine ſe potuit abſtrahere, quo alios inceſſerat. Blondo em̃ ac Sabellico hiſtoricis referẽtib9, capta ab Alarico Roma, ĩterfectorum numerũ a ſua memoria excluſit. Sabellicũ aũt & Blõdũ ſũma adulatiõe ĩ reb9 Venetorũ priſcos oẽs exceſſiſſe qs ignorat? Et tandẽ hos autores, q̃ ſeſe nobis quaſi ꝑ ſucceſſionẽ obuiauerũt, adulatiõis expoſtulaſſe ac cõuiciſſe ſufficiat. Cęterũ ĩ reb9 germãicis adeo illos aſſentationibus ineptiiſſe, parum noſtra interfuiſſet, & an hiſtoriæ maieſtatem mẽdaciis ac nugis uiolaſſent, an nec? ſi Germaniæ peperciſſent noſtrę.

Adulatio ſcriptorũ German.

Quis aũt ex induſtria ac dedita opera Claudianũ inconceſſo adulatiõis uitio non accuſaret? qui Styliconis panegyricũ uiderit? ac pene in aſſentationis cognomen Claudiani appellationẽ non uertet? ut a Sabellico & cęteris æque adulatoribus uellicat. Non erãt ulli mortalium Sycobii illi plus auerſi ac alieni, ꝙ Poſcenio Cæſari apud Aeliũ Sparcianũ, qui grauiter ferebat Domitiani, Callicani, Neronis, & aliorũ Cæſarũ memoriã adeo a rerũ ſcriptoribꝰ celebrari. Trebelius Pollio quoqꝫ tam funda aſſentatione immerſus extitit, ut trecenta millia Gotthorũ Claudii Cæſaris ductu iuteriiſſe ſcripſerit, trecẽtorũ millium plagarũ dignus. Ecce Liberianus hiſtoricus ac FL. Vopiſcus, manifeſtiſſimũ ſomnũ in eo Trebellio Pollioni ſubrepſiſſe dicũt, ac mendacio arguunt patentiſſimo. Deniqꝫ oẽs (qs uidi hactenus) tot occiſorũ millia Germanorũ glomerauerunt, unius Trebelii aſſentatoris ſententiã imitati ſunt oẽs, & demũ uice ueritatis, id obtinuit. Huius cauſa eſt quia non allegãt Liberianus, & FL. Vopiſcꝰ ubi ab aliorũ ſententia diuerſi abeunt. Pauci qꝫqꝫ illos legũt, & q eos legerunt, incurioſe res Germanorũ ꝑterierũt. Ita nobiſcũ ſcriptores ludebant, & tu luſũ putas, uerũ nimis procax luſus ille, eſt famę ac priſtinæ germanorũ uirtutis inclinationẽ trahens. Male de germania actũ ẽ, miſerũ eĩm fuerat, unius hoĩs nugas, penitus imitatione ſcriptorũ in ueritatẽ abiiſſe, ac cæteris huius tm̃ mendacio fuiſſe ꝑſuaſum. Quid de cæteris agemus? Verũ quia recens memoria FL. Vopiſci facta eſt. Libuit eius uerba in Aureliano (qm̃ nobis ad rem faciunt) recenſere, ubi oẽs ſcriptores, qualiſcunqꝫ modeſtiæ fuerint, ſemp rebus geſtis cæſarũ aliquid addidiſſe refert, & nullũ ſcriptorũ demum extitiſſe, cui nõ adulatio impingi potuerit. Verum de illo proprium caput libro ſequenti auſpicabimur, nunc ad inſtitutum properemus.

De procęritate Germanorum. Ca. iiii.

Procęritas Germanorũ

IN huius libri ꝑfatione, tm̃ ꝑparationẽ, & q̃ ad bella attinebant ꝑmittere uoluimus. Nunc uero de Germanorũ ꝓcęritate orõ noſtra ſumat exordiũ. Semp ꝑpetuo attributo ꝓcęritas Germanis conceſſa eſt. Vnde Cornelius Tacitus lib. ii. Segeſtẽ germanũ ingentẽ uocat. Sic & Procopius auctor græcus Sclauorũ quendã maxĩa ſtatura hoĩem deſcribit. Sic Suidas Gallorũ principẽ (qs tunc Germanos uocauimus) corpe q̃ aĩo ꝑſtantẽ dixit in dictione Celtarũ. Ouidius in triſtibus ꝓcęritatẽ Getarũ oſtendit. Apud Procopiũ germanorum mulieres irridebant eorũ maritos, ꝙ tam grandia eorũ corpa, non exiliora uiciſſent. Iulius Cæſar libro primo commentar. ſcribit. Germanos incredibili corporum magnitudine eſſe. Idem libro quinto. Finito prelio mirifica corpa germanorum uiſa fuiſſe teſtatur. Vegetius quoqꝫ lib. i.. Quid, inqt, contra procęritatem germanorum breuitas romana ualuiſſet? niſi arte & exercitatione ipſis Romani præſtaſſent. Strabo lib. vii. in principio, & eum ſecutus Perottus ſupra Martialem in primo, corporibus procęros germanos ſcribunt Procæritatis germanorum meminit Cornelius Tacitus libro uigeſimo hiſtoriarum, & Egeſippus illuſtris ſcriptor, qui magnitudine cæteris omnibus gentibus antepoſuit germanos. Idẽ Tacitus. Cecinnã dixit germanũ corpe grãdẽ.

Columella li.iii.altiſſimos & celſiſſimos Germanos dixit.Manilius li.iiii.ingentes eorũ partus ait.Mãtuanus ad Cæſarẽ. Hic uenit excreſcens in maxĩa corpora gutto. Sic & Florus lib.iii.Teutobochũ ꝓceritatis eximię hoĩem deſcripſit.Plutar.Cymbros nõ agnitos primo refert, dũ Italiã petierũt,uerũ tm̃ ꝓcęritatẽ eos Germanos prodidiſſe.Zacharias Lilius & ante ipſum Põpo. Mela lib.iii.de immanitatibus Germanorũ uerba fecerunt. Cornelius in Germania ait oĩbus truces & cærulei oculi ſunt,rutilæ comę,& magna opa.Litera eſt de Locus prauata,nõ eñ opera,ſed corpa,ſcribendũ eſt,ut in antiquiſſimo codice uidi, Cornelii. & ita eſſe Cornelius teſtat̃,ſic paulo poſt ſcribens, Laboris atq; operũ non eadẽ patientia.Si ergo pri⁹ magna opa, q̃d nec ſenſu nec uerbis quadrat,& poſtea in opibus patientiã autumaſſet; ſibi ipſi contradixiſſet. Agrippa apud Ioſephũ de bello Iudaico ſecundo,ita Iudæis perſuaſit.Quis ueſtrum non audiuit Germanorũ uirtutẽ; inquit,& magnitudines corporũ; ut arbitror eqdem ui Spiritus diſtis,cũ Romani illarũ gentiũ ubiq; captiuos habeant.Spiritus etiã maiores German. corpibus gerentes,Hæc ille.Et paulo poſt fortitudinẽ Germanis ut græcis ſapientiã largitã fuiſſe ſcribit.Verba Ioſephi Phili.Beroaldus carmini ita aptauit

Grandes corporis ſpiritu feroces,
Septi robore prodigæq; uitæ,
Hoſtes aggrediuntur & laceſſunt.

Herodianus q̃q; Germanos ubi de Maximino memoriã facit,corpibus magnos ꝓbauit, ſimiliter & Paulus Diaconus,& Celtes noſter dum inquit.

Nomen nobilibus quod adhuc uenerabile noſtris
Pectoribus,ſimiles ingentes corporis artus
Prodiga cui natura dedit per lactea colla,
Candida procęris tollentes corpora membris.

Ammianus Marcellinus li.xviii.Gallos uniuerſos (cui & Diodorus aſtipulat̃) ſtatura celſiores eſſe ſcribit,q̊s tñ germanos eſſe uoluit.Et idẽ li.xvi.Chonodomariũ regẽ Germ. ante alios excelſiores populos ꝓduxiſſe refert,& ipm regẽ nitore cõſpicuũ. Procęritatis germanicę rõnem Io.Eſcendenſis ex meatu ſyderũ cõſtare collegit,diſt.viii.ca.v. ubi ait ſecundũ ſentẽtiã Haly in vii.climate,ubi Germanię ſit⁹ eſt,ĩter latitudines graduũ nimiã frigiditatẽ graſſari,unde corpa grãdiora naſci.Manilius in iiii. aſtronom. iidẽ ſentẽtię acceſſit,poſtq; & hęc ſubiũgit.Et ſtupefacta ſuos inter Germania partus.Vide Arrianũ gręcũ li.i.de reb⁹ Alex.Magni, & Ammoniũ li.i.ca.iii.Liquet & id naturali lumine,ut.n.Ply.placet li.ii.c.lxxx.Procęritas ex mixtiõe ignis intrinſeci ac humoris cauſat̃. Nec aliter Ariſtoteli perſuaſum eſt ĩ ꝓblematib.partitione x.Alberti rõ eſt de natura loci ca.iii.id ꝓpt̃ cõplexionale frig⁹ in poroſis Germanorũ corpib⁹ euenire,loc⁹.n.germanię frigid⁹ & cõſtringẽs,multũ humidi in corpibus reliqt,vñ carnoſi illic naſcuntur.

De terribilitate,ferocitate,& audacia Germanorum. Ca. V.

PErpetuo epitheto Germãis ab auctorib⁹ aſcribit̃ ferocitas,ĩmanitas ue. Lucanus Rheniq; feroces deſeritis ripas,lib.i.dixit.Strabo lib.vii.abun Ferocitas dãtes feritatis Germanos appellauit.Picus itẽ inuictam gentẽ nomĩat. German.

Memorant̃ Germani fuiſſe tñ adeo terribiles,ut teſtamentaria in exercitu Iulii ſcribebant̃,ubi Germanos uiderunt,referentibus Cæſare li.i.cõment.& Floro Cæſar addit tm̃ timorẽ inuaſiſſe ſuos,ut ſui ipſorũ miſererent̃ Romani.Aequa lis timor Styliconis exercitui parem metũ incuſſerat,nã dũ ſeſe contra Germa nos parauerat Stylico,exercitus ſuus pene defecit,referente Claudiano.

Met9 Ro. in germa nos

Perſultat uariis effrena licentia tectis,

Si reducem dominum ſors improuiſa reuexet.

Conſcia ſeruilis præcordia concutit horror. Iuſtinus hiſtoriarũ li.xxxviii. Galatarũ nomen (q tunc Germani erant)ſemꝑ Romanos terruiſſe ꝓbat.Et li. xxv.Tantus terror(inq̃t)eorũ noĩs erat,ut nullus maieſtatẽ ſuã tutã nec amiſ ſam recupari, ſine Galatarũ auxilio crediderit.Tẽporibus Tiberii Cæſaris idẽ Cor.Tacitus li.i.hiſtoriarũ.Romæ(inquit)nondũ cognito exercitus in Illyri co & legionũ Germanicarũ motu audito,trepida ciuitas, incurſare Tiberiũ cepit,ut ꝓuideret ne inualida cunctatione plebs ac patres ludificarent̃.Simili etiã timore in bello Marcomanis Romani conflictabant̃,colligente Iulio Capi tolino in M.Anton.Pio,ut undiq; ſacerdotes impator acciuerit,peregrinos q̃q; ritus impleuerit,& Romã ludorũ oĩ gñe luſtrauerit,ut ſe tutũ a germanis redderet.Itẽ tpe Valentiniani,dũ Marcomani Romanos uicerunt,primo ꝑlio maxima trepidatio Romæ oriebat̃,ne iterũ id fieret,quod tpe Galieni Roma nis obuenerat.ſ.ne iterũ Italiã ita Germani uaſtarent.Hæc FL.Vopiſcus,q & ſacrificia a Roma.ĩſtituta fuiſſe refert.Iuuenalis Cimbros terribiles dixit.Adeo etiã,ut Punico tpe,Romanis aduentu Cimbrorũ territos ſcripſerũt Florus & Plutarchus,& alii.Horatius Sycãbros feroces nũcupauit li.iiii.car.oda ii.& ger maniã ferã in Epodo oda xvi.Iuuenalis q̃q; ſaty.xiiii.Sauromates truces,Dio nyſius truces,atroces & bellaces ꝓbauerũt.Appianus in Celtico ferociſſimos mores germanorũ recitat,& inſignẽ audaciã.Idẽ Seneca in vi.q̃ſtio.na.Ob fe rocitatẽ erga noſtros agreſtes & beſtiales dixerunt ſcriptores,ut Lilius, Põ ponius Mela li.iii.Appianus in celtico,q beſtiarũ more germanos feruere ſcri bit.Cicero cõtra Piſonẽ ĩmaniſſimas gentes germanos dixit,& Rhegino Pru nienſis oĩm ferociſſimos Hunnos aſſeruit,& horũ pugnã truculentiorẽ aliis. Claudianus q̃q; & apud Corneliũ Suetonius Paulinus Germanos attrociſſi mos uocauerunt.Herodianus li.viii.ſimili attributo ut feroces pugnæ Germa nos extollit.Cicero contra Piſonẽ acerrimas Germanorũ nationes eſſe indica bat.Hieronymus oñdit bellicoſa pectora eorũ intumuiſſe.FL.Vopiſcus oĩm fortiſſimos Teutonas demonſtrauit.Põp.Mela li.iii.ubi de Germanis loq̃tur. Qui ſunt immanes,inquit,animis corꝑibus,& ad inſitã feritatem uaſti utraq; exercent,bellando aĩos,corꝑa ad cõſuetudines laborũ.Et idẽ li.ii. Danubium ait per ĩmania multarũ gentiũ loca decurrere,Mantuanus ad Cęſarẽ. Sueuos truces,ardẽtes Marcomanos,& in borealibus partibus(.i.Germanos) habitã tes,truces,potentes aĩo & mẽbris & feroces definiuit. Claudianus de Germa. Hunc tamen in primis populos lenire feroces. Et in Stylicone. Ante tubã nobis audax Germania ſeruit. Idẽ. Debilitat ſęuum cognatis uiribus Iſtrum.

Ammianus

Ammianus Marcellinus li.xv. Gallia,inquit,Rheno a feris gẽtibus diſtinguit̃,
& in fine,Gallos uniuerſos (ubi etiã intelligit tranſrhenanos) terribiles dixit,
& lib.xvi.Chonodomarius,ait,pugnaces & ante alios ſæuos populos duxit,&
paulo poſt robuſtos Alemanos retulit.Dionyſius. λευκάτε φῦλα νέμονται ἀρειμα
νέων γερμανῶν.i.Gentes inde accolũt martiũ germanorũ.Liſtrius tñ Germanos
ἀρηιφίλοσ Martis amatores nuncupauit.Egeſippus li.ii.Immanes,inſuꝑabiles,et
inacceſſibiles uocat,& li.iii.ubi de Veſpaſiano loquit̃ feroces noſtros oſtẽdit.
Et tandem ut rei huic finem fecero,ꝓximã orõnẽ ad fortitudinẽ eorũ uertam.

De fortitudine,impetu & reſiſtentia Germanorum. Ca. vi.

Fortitudo Germanorũ

GErmani in bello tali fortitudine dotati referunt̃,ut ubicunq; ſtragem
fecerunt,imꝑatores inde quaſi in p̃ſidio ipſos ſepoſuerunt.Iulius Cæ
ſar(ut ait abbreuiator Liuii in epitomatibus) in bello cõtra Põpeiũ
Pharſalico Germanorũ cohortes eduxit,qui in effuſos eqtes impetũ fecerũt,
Eorũ itaq; in eodẽ bello meminerunt Appianus & Cornelius,ꝗ lib.xix Sido-
nẽ & Italicũ in acie uerſaſſe ſcribit.Fuerunt aũt hi Germani.Iulius Cęſar in bel
lo contra deficientes heduos auxilia Germanorũ rogabat,quibus ĩmiſſis pug
nam cepit lachrymabilẽ.Et ut ipſe Cęſar li.vii.Comment.teſtat̃.Germanos tũc
uſq; ad flumen hoſtes fuiſſe perſecutos.Itẽ apud Alexiã oppidũ paucis ſuis eq
tibus,Germanos ſubmiſit,contra multitudinẽ hoſtiũ.Germani uero uſq; ad in
ternitionẽ hoſtes ꝑſequebant̃, Hæc idẽ Iulius teſtat̃.In eodẽ etiã libro ſcribit,
cũ oĩs Gallia aduerſus eũ ſe apparabat,& dubia uictoria a meridie,uſq; ad ue
ſperum fuerat,Germani confertis turmis in hoſtes impetũ fecerũt, & Cæſari
uictoriã reſtituerunt.Hæc Cęſar.Itẽ in obſidionibus Germanos primo conue
nire iuſſit,& uictoriã peperit,ut lib.i.bellorũ ciuiliũ teſtat̃.Itẽ Iulio ægyptũ ſter
nente bello,cũ ripa paulo altior eſſet,Germani aquã tranauerunt,& uicerunt,
ut idẽ lib.iiii.bellorũ ciuiliũ tradidit.Hæc ipſe Iulius, ꝗ tm̃ ter uictus eſt, bis in
Germania,ſemel a Gallis,ut ait Eutropius li.vi.Auguſtus tm̃ in Germania ſuc
cubuit,refert Iacobus Carmelitanꝰ,et ĩ capitibus ſequentibus Euſebii,Strabõis
Flori,Eutropii,Suetonii autoritatibus ꝓbabo.Ioſephus li.xix.Germãis ait mo
rem eſſe,importabili uti furore,ſicuti & barbaros ingenio minores,robuſtos
corpore,& primo impetu dixit quibuſcũq; hoſtibus congreſſos p̃ualere.Hęc
Ioſephus.Huius ergo coętaneus Cor.Ta.bellicã gloriã Germanis in hoc eripe
re uolens,magna eorũ corꝑa tm̃ ad impetũ ualida eſſe dixit.Contrariũ Cęſaris
oẽs res teſtant̃.Hic em̃ ubi de periculo agebat̃,Germanos ĩmiſit,& hi facta tur
ma,hoſtes fuderunt,ſicuti ſupra probaui.Et idẽ Cor.Ta.cũ uentũ ſit in aciem
turpe eſſe principi germano uirtute uinci,militi uero uirtutẽ principis nõ ad-
æquare.Et hunc uſum Crinitus li.xii.ca.vii.miris laudibus extollit. Appianꝰ tñ
in Celtico ferociſſimos in aggrediẽdo hoſtes germanos dixit,& inſignẽ auda
ciam eorũ ibidẽ noĩat.Plutarchus ſcribit Germanos militibꝰ Ottonis ꝑmixtos
maximã ſtragẽ edidiſſe,et Batauos inde romanis auxilio ueniſſe & uiciſſe.Sue
tonius Paulinus Germanos dixit genus multũ ualens apud hoſtes,ut eſt apud
Corneliũ in hiſtoriis.Mantuanus de Germanorũ fortitudine plura retulit, in
primo em̃ libro ad chriſtianos principes ſcribit.

Locus Cornelii.

Omnibus his durati auris borealibus artus
Atq; potens animi membriſq;,truceſq; feroces   Et idem.
Feſtinant Daci,rigido gens aſpera cultu,
Aſperior uictu,pugnãti aſperrima dextra. Et idẽ in panegyrico ad Ropertũ.
Verum accola Rheni
Gens durata gelu genus inſuperabile bello,
Quæ toties Romamq; ſua ditione premebat,
Europæ Libyæq; urbes,Aſiamq; minorem
Terruit,hi ſuperant Parthos.Thracumq; furores.

Herodianus græcus autor,Maximinũ Cęſarẽ ſemp̃ in aciẽ inſtruxiſſe Germanos li.viii.refert,dicẽs ἐβούλετο μεταπέμψασθαι τοὺς γερμανοὺς συμμάχους ὄντας ἐν ῥώμῃ,αὐτάρκεις ἐσομένους ἀντιστῆναι τοῖς ἐπιβουλεύουσιν.i.Germãos iuſſit uenire,qui olim in Roma municipites eius erant, q̊s ſufficiẽtes putabat ad reſiſtẽdũ p̃torianis militib9.Et paulo ſup̃i9 γερμανῶν ἱππέων μεγάλῃ πλῆθος εἶχεν συμμάχους,ἐκείνους γὰρ μάλιστα προβάλλειν,ἵν' ἐκδέχωνται τῶν πολεμίων τὰς πρώτας ἐμβολάς,θυμοειδεῖς ὄντες καὶ εὔτολμοι ἐν ἀρχομένῃ μάχῃ,εἰ δ' ἄρα καὶ κινδυνεύοιεν ὡς εὐκαταφρόνητοι ὡς βάρβαροι.i.Eq̃tatu germanico conſueuit,q̊rũ multitudinẽ magnã ſibi auxiliarem futuram ſperabat.Quos etiam germanos p̃ponere hoſtibus ſolebat,ut primos impetus pugnę exciperẽt,q̃m feroces audaceſq; uiri in pugnę exordio exiſterent.Aut ſi periculũ ſibi cõtingeret,potius illud diſcrimen uilibus barbaris agerẽt.Hæc ille.Procopius author græcus Herulorum ac Sclauorum populos feroces appellauit. Ouidius in Triſtibus.Sauromatæq; tenent fera gens.

Perpetuo epitheto Septentrionalibus ferocitatẽ eſſe aſcriptã. Ca.vii.

APud priſcos itaq; ſempiterno adiectiuo ferocitas ſeptẽtrionalibus oĩbus conceſſa eſt.Iulius Firmicus ita rabiẽ Scythis aſcribit.Ita & Ouidius li.iiii.de Põto germaniã rebellatricẽ.Idẽ & ferã dixit,&addit.Sũt circa gẽtes p̃dã q̃ ſanguine quærunt.Nec minus infida terra timet aqua.Illi q̊s audis hoĩm gaudere cruore,pene ſub iiſdẽ ſyderis igne iacent.Nec ꝓcul a nobis locus eſt,ubi Taurica dira,cæde pharetratæ ſpargit̃ ara deæ.Ita Claudian9 Alanos ĩplacatos,Vindelicos feroces noĩabat.Et idẽ Claudianus de bello gothico,atq; Procopi9 Sclauorũ,Herulorũ,ac cæterarũ gentiũ crudelitatẽ oſtẽderũt.Ouidius Getas nũc inhumanos, nũc male pacatos, nũc ĩdomitos uocat.

De barba Germanorũ,& eorum tonſura. Ca. viii.

Barbæ German.

BArba etiã Germanorũ ac coma hiſpida horrorẽ hoſtibus incuſſit,longam eñ comã,Cornelio referente,nutriuerunt.Vnde Ouidius in Triſtibus,Getas intonſos uocauit,& cæteri ſcriptores Hũnorũ facies barbam deformaſſe ſcribũt.Nec ferocitati eorũ diſconueniebat coma.Nã Homerus ut Achiuos bellicoſos oſtenderet τοὺς εὐπλοκάμους.i.bene comatos dixit,& Lucian9 Iouẽ minus Veneri aptũ ob id uult,magis ſeriis rebus accõmodatũ Fuerunt ſeptentrionales ſemp̃ comati,q̃d Ouidius in triſtibus oſtendit,& Lucianus in dialogo φιλίας differentiam inter Alanos & Scythas facit his uerbis κοινὰ γὰρ ταῦτα ἀλανοῖς καὶ σκύθαις, πλὴν ὅτι οὐ κομῶσιν οἱ ἀλανοὶ ὥσπερ οἱ σκύθαι.i. Simulant̃ Scythæ ac Alani,niſi q̊d Alani min9 comant̃.Tõſura aũt Germanorum talẽ

rum talē habebat rōnem. Priſco em̄ inſtituto hi crinis luxuriem fugierunt, nec patiebant̄ capillū uſq; quaq; ad humeros uſq; ꝓtendere. Herodianus lib. iiii. Im̄patorē Romanum inſtar germanicæ tōſurę caput raſiſſe refert, his uerbis. πολλάκι γὰρ καὶ τὴν ῥωμαικὴν ἀποθέμενος χλαμύδα, ἠμφιέννυτο τὰ γερμανῶν περιβλήματα ἔν τε χλαμύδα, αἷς εἰώθασιν ἀργύρῳ πεποικιλομένας, ἑωρᾶτο. κόμας τε τῇ κεφαλῇ ἐπετίθετο ξανθὰς, καὶ εἰς κουρὰν τῶν γερμανῶν ἠσκημένας. i. Sæpe & Romanā ueſtē deponens germanicā induebat, atq; in eorū ſagulis argento uariatis conſpiciebat̄, flauam etiam cæſariem capiti imponebat, in modum germanorum tonſuræ.

Vicinitatē germanorū ſemp̄ fuiſſe odioſam uicinis. Ca. ix.

INtoleranda oībus erat, germanorū uicinitas ob eorū ferocitatē. Nā ſemp̄ ruptis limitibus uicinos preſſerunt. Et in primis Franci, q̊rū demū truculētia erga uicinos in ꝓuerbiū abiit apud Vrſpergēſem, τὸν φράγκον φίλον οὐκ γείτονα ἔχε. Francū uicinū non, ſed amicū opta. Oēs em̄ uicinos ſubegerunt Frāci. Maximinus cęſar iniq̊ aīo ferebat Romanorū regiones a uicinis barbaris deuaſtari, ut Iulius Capitolinus, & Aelius Cordus aſſerunt. Alexādri Cæſaris tp̄ib9 uicina loca late germani depopulabant̄. Oſtendit hoc Herodianus li. v. cuius uerba ſunt. Poſtq; im̄pator literas de Germanorū inſultationibus legebat, & a Perſis q̄ Germanis p̄mebat̄, οὐ γὰρ inquit ὅμοιον ἡγοῦντο, τὸν ἐκ περσῶν κίνδυνον, οἷον ἐκ γερμανῶν. οἱ μὲν μακρᾷ γῇ καὶ γείτονας ποιεῖ γερμανοὺς. i. Nec æquale periculū īminere putabat a Perſis ac Germanis, dū illi in longinqua terra, hi uero rura uicina accoluerint. Sidonius Apollinaris ſæpe in uicinorū loca populantes germanos expeditionē feciſſe refert. Miſerrimæ plane conditionis gentiū illi erant, qui uicinos in eorū ſanguinē ſatellites inuenerūt. Siquidē id uerū eſt q̊d apud Heſiodū ꝓuerbialiter legimus, πῆμα κακὸν γείτων. Vicinū malū peſſimum. Execrabilis Iudæorū aduerſus chriſtianos ac amariſſima imp̄catio eſſe conſueuit, q̄n malū uicinū nobis p̄cant̄ συνοικοῦντα. i. cohabitatorē. Non potuiſſent plane chriſtianæ legis hoībus ullo uoto plus incōmodaſſe, & ſi ſuperorū inferorūq; gratiā malam p̄caturi fuiſſent, q̄ ſi germanos illis uicinos optaſſent. Nazarius Mamertinus & cæteri panegyricorū miſerā ſemp̄ Galliam nuncupauerūt, dū nimis in agendis p̄diis accōmodatior Germanis fuerit. Alemani etiā (ut Procopius author græcus lib. i. de rebus Gotthorū inquit) uicina loca ſemp̄ populabant̄. Et Ouidius in triſtibus getarū uicinitatē p̄iculoſiſſimā oſtendit, lib. iii.

Protinus æquato ſiccis aquilonibus Iſtro
Vicinam late depopulantur humum
Diffugiunt alii, nulliſq; tuentibus agros,
Incuſtoditæ diripiuntur opes.

Claudianus poeta pulcherrima uſus fictione. Siciliā ꝓpinquitatis Gotthorū p̄teſam eſſe, ac montes uicinitatis Germanicæ oſtendit impatientes, in bello Gotthico his uerbis de Getis.

Iam iam conſcendere pupes
Sardonicos habitare ſinus, & inhoſpita Cypri
Saxa parant.
Ipſa etiam diffuſa breui tinacria ponto
Si rerum natura ſinat diſcedere longe

Vicinitas German. odioſa.

Optat,& ionium refluo laxare peloro,
Fultaq́ꝫ deſpiciens auro laquearia diues,
Tutior æoliis mallet uixiſſe cateruis. Olim Turingorũ rex ideo affinitatem cum rege Gotthorũ contraxit,ut ſperaret pacem ſuis regionibus a uicinis Germanis,ut ſcribit Procopius. Verũ ſpe ſua deluſus eſt, bellũ eñ cruentiſſimũ inter eos oboriebat̃.Habuerunt Saxones ac Sueui Francorũ uicinitatem ſemp̃ ſuſpectã,referente Hunibaldo.Noſtro q̊q́ꝫ ęuo male illis conſultũ eſt,q̃ ſedes fixerũt Heluetiis ꝓpinquiores.Theodericꝰ Oſtrogotthorũ rex nil plus q̃ uicinorũ beneuolentiã poſtulabat,ut Sabellicus ait,putabat eñ his artibus ꝑpetuo Italia ſe potiturũ.Procopiꝰ ĩ primo.Turingi,ait,& Viſogotthi germanorum uires auctas ueriti,hi multitudine ꝓualebant,adeo ut finitimos oẽs iam aptius uiolarent,Hæc ille.M.Antoninus grauiſſime germanorũ uicinitatem ferebat,referente Herodiano li.α.οὐ μετρίως,inquit,δὲ αὐτὸν ἐτάραττον οἱ γερμανοὶ γειτνιῶντες,οὓς οὐδέπω πάντας ἐκεχείρωτο.i.Terrebat cæſarẽ p̃terea non mediocriter,ꝙ Germaniæ ſibi uicina gens eſſet,quã nondũ plane ſubiecerat, unde in ſocietatẽ aſciuerat Germanos,& ab eis arma bellumq́ꝫ edocuerat.

Faciem ac aſpectum Germanorum ferocitatem oſtendere,
καὶ περὶ τῆς κακοφυίας Scythę cuiuſdã ac Hũnorũ deformitate.Ca.x.

ET quia de Hunnorũ deformitate nobis ſermo incidit,inſignia ſcommata cuiuſdã incõpoſitiſſimi Scytharũ tunc germanorũ,a græcorũ autoribus celebrati,uolui oſtendere,tum ut illius inq̃ſita deformitate aliorum fœditas nobis rep̃ſentet̃,tum q̃a riſu digna fabula celebrat̃ a Suida,gręcã orõnem remittã ob ꝓdigã uerborũ dilatationẽ,latina tñ adducã,q̃ interp̃tata in hunc ſenſum redeunt.Cerco natione Scytha,genere Mauruſius, Cerci nomen ſibi uendicauit ob deformẽ corꝑis habitudinẽ,ludicrãq́ꝫ ſpeciẽ. Os huic ridiculũ erat,cæterũ breuiculus ac curtus,pedibus diuaricatis,naſo rhoncis ſublato,eoq́ꝫ p̃ter modũ ſimus uidebat̃.Aſpari aũt Ardaburio regi donatꝰ eſt,eo tp̃e,q̃ aſpar in Libya uerſabat̃.Deinde captꝰ eſt a barbaris,in Thraciã ĩmiſſis, ac apud Scythiæ reges alitus.In Attilæ q̃dem conſpectũ non admiſſus. Bleda uero admodũ p̃ter modũ ridiculo eius ſermone ac greſſu delectabat̃.Ludicri igit̃ gratia aderat ei paranti ſibi expeditionẽ, vñ magni faciebat eũ Bleda. Dũ aũt cũ cæteris Romanis captiuis aufugiſſet,aliis neglectis, Bleda hunc magna cura requiri uoluit.Captũ aũt ac ad ſe adductũ,dũ in uinculis uidiſſet,riſit,cauſamq́ꝫ fugæ quæſiuit: aut cur Romanos Scythis p̃tulerit: Reſpondit Cerco, delictũ q̃dem fugã eſſe,ſed delicti ſibi cauſam fuiſſe,ꝙ ſibi uxor non ſit data, Bleda igit̃ ioco illo adductus, tradidit ei uxorẽ nobiliſſimã e reginæ Gynęcio ꝓductã.Vnde Cerco uſq́ꝫ ad ultimũ uitæ terminũ apud Bledã regẽ remãſit. Succeſſor aũt Bledæ Attila,ipſum Aetio patricio,ac Romanorũ occidẽtalium impatori dono dedit.Aetius aũt Aſpari priſtino dño reſtituit. Hactenus Suidas q̃ feſtiuiſſime ſonuit.Claudianꝰ Hũnos,tali forma deſcripſit cõtra Rufinũ

Suidas de Cercone.

Hũnorũ deformitas.

Eſt genus extremas Scythiæ uergentis in oras
Tranſgelidum Tanaim,quo nec deformius ullum

Arctos

Arctos habet, triſtes habitus, obſcœnaqꝫ uiſu
Corpora, mens duro nunquam ceſſura labori.
Præda cibus, uitanda ceres, fratreſqꝫ ſecare
Ludus, & occiſos pulchrum iurare parentes. Ait em̄ Iornandes uſum eſſe Hunnis q̄ primū naſcant̄ ferro genas traiicere, & id nonnihil eorū deformitati conferre. Idem collegit Diaconus, Apollinaris. Sidonius lib. ix.
Sed Scythiæ fera turba plagæ, feritatis abundans,
Dira, rapax, uehemens.
Hunnus erat. Quis tale ſolum? iacet axe ſub ipſa
Gens animis membriſqꝫ minax, ita uultibus ipſum
Infamem ſuus horror habet, conſurgit in arctum,
Viſus adeſt oculis, eſt propter prælia natus
Hæc habet, & teretes arcus, ſunt ſpicula cordi,
Terribiles teretęqꝫ manus, iaculiſqꝫ ferendo. Iornandes ac Rhegino ſcriptores tm̄ ob deformitatē uultus reliq̄s populos deterritos ſubegiſſe Hunnos referunt. Poſtquam enim e Scythia in Gotthos illi exarſerunt, cōtinuo Oſtrogotthos percitos metu deuicerunt.

De bellica fortitudine Germanorū, & de eiuſdē teſtimonio & difficultate uincendi Germaniam. Ca. xi.

ID etiā Germanicæ fortitudinis peculiare argumentū eſt, ꝙ totius orbis impium, tot annis cuſtodiuerint, dicente Cāpano in orōne ad principes, ſexcentis ac lx. annis, pene Germani impio potiti, q̄ Italia uix CCC. ſeptuaginta utebat̄, uos duplo diuturnius impiū ſeruaſtis, & cū Romani Traianum, Diutius Adrianū, Theodoſiū, Hiſpanos. Aurelianū Dacū, Philippū Arabū, Seuerū Germani Aphrū, Maximinū Thracē, Diocletianū Dalmatā, Iouinianū, Valentinianū, romanis eligebant, uos inuicti excelſi neminē non germanū ꝑtuliſtis. Hæc ille. Et paulo impabāt poſt. Quid, inquit, Germania faciat? cum olim exigua portio incognitæ inſu imperio læ, collecta in Scādia, oēm Europā, Africā & Aſię partē ſubiugauerit. Et addit, in germanica igit̄ concordia una chriſtianorū ſalus ſita eſt. Plinius ad Traianū cęſarē. An audiant? q ſciant te ſedaſſe ferociſſimos populos eo tp̄e, q̄ illis amiciſſimū, nobis difficillimū fuit. Danubius em̄ gelu ripas iunxit, ingentia tergo bella tranſportauit, cū fere hæ gentes, non telis magis q̄ ſuo ſydere armant̄. Et idē ad eundē, q̄s germāos infinita uaſtitas, plurimę gētes muniunt, & pyrenei alpes dirimunt. Panagyricus ad filiū Conſtantini. Facile eſt, inquit, uincere imbelles Indos, & timidos (q̄s amœna gręcia aut orientis delicię educunt) uix bene palliū & ſericū tolerantes. At trucē Francū, q ferina ſola carne diſtentus, uitā ꝑpter ſui utilitatē contemnit, q̄ta molis ſit ſupare? Idē Panagyricus ad filium Cōſtantini. Alterā terrarū orbē Cęſar pepit, cū Germaniā debellauerit. Franciſcus Philel. li. xxxii. epiſt. Hungari, inq̄t, adiacent gentibus bellorū cupidiſſimis germanis, q nec rura colūt, uerū ſemp armati eq̄tant, incedunt, nulli opificum mores &c. Et idē li. xxxiiii. ad Nicolaū ducē Venetū. Habent, inq̄t, Hungari bellicoſiſſimos populos, q nihil aliud malunt, q̄ expeditionē. Et ad Laurentiū Me

dicem li.xxxvii.nec mirũ cũ tot barbarę gentes Vandali,Gotthi,Hunni,Lõgo
bardi,Germani,Burgundiones,Frãci,Belgæ,linguã ipſam & mores & doctri
nã & uires Italorũ mutauerĩt.Mamertinus ad Maximianũ ita alloquit̃ Germa
nos.Non,inqt,eſtis in ocioſa ac deliciis corrupta regiõe nati,ſed in his quas ad
infatigabilem conſuetudinẽ laboris & patiẽtiæ uſ9 imbuit, Semp̃ eñ hoſti op
poſiti eſtis,ſemp̃ inſtructus miles exercet terrã,oĩs uita eorũ militia eſt, quarũ
fœminæ cæterarũ uiris fortiores ſunt.Egeſippus,qui,inquit li.iii.impacatas gal
lias germanorũ tumultu eriperẽt. Et lib.ii.idẽ inſupabiles dixit Germanos. Ar
rianus græcus autor lib.i.de geſtis Alexandri,Danubiũ,ait,bellicoſiſſimas gen
tes p̃terfluere.Et paulo poſt elatũ aĩm ipſis aſcripſit.Ammoni9 ſcriptor frãco℞
li.i.ca.iii.Germanos p̃eminente uirtute uiros appellat.Plynius epiſt.li.ix. ad Ca
niniũ Ruffum de Traiani triũpho ait.Sup hæc arctos bis triũphauit,q̃rũ alter
ex inuictã gente,primus etiã e maxima difficultate erogatus eſt.Hæc ille.Cęte
ra q̃ ad hanc lineã requiruntur, uberiori memoria libro ꝓximo appendem9.

De ſignis quibuſdã ferocitatis ſeu fortitudinis Germanorũ. Ca. xii.

Nomina germãica MVlta ſigna ferocitatis in Germanis relicta ſunt.Primo noĩa eorũ tan
tam habẽt ferocitatẽ,ut hi tm̃ noĩe terruerint cæteros. Vnde ait Na
zarius Mamertinus ad Cõſtantinũ.Quid clamoſos Cheruſcos,Vã
giones,Alemanos,Tubantes,memorẽ? ubi ipſi9 uocabuli barbaries horrorẽ
adhibet. Vox etiã Germanorũ minax & metuẽda eſt,ut ait Marcellinus hiſto
ricus li.xv.Itẽ armorũ uſus q̃tidianus in Germanis exercebat̃,ita ut Philelphus
in epiſt.contra Turcos ad chriſtianos principes,in bello pace ac agrorũ cultu
ris nunq̃ inermẽ fuiſſe germanũ oſtendat.Idẽ Pontanus in orõne Ratiſponen
ſi,& Egeſippus armatos ipſos funus cuiuſdã impatoris deduxiſſe, acſi in bella
ꝓficiſcerẽt̃ refert.Idẽ Nazarius Panagyricus ad Diocletianũ demõſtrat.Oui
dius de Ponto. Omnia barbarice loca ſunt,uociſq; ferinæ, Oĩa q̃ poſſunt
plena timore ſonant. Celtes q̃q; nil muliebre uocẽ germanorũ ſonare dixit.
Verũ ſpiritũ eorũ fortia corda ꝓdere,& ut demũ modũ orõni noſtræ impo
nã.Ouidius oĩa crudelitatis genera reperiri in germanis illo diſticho interclu
ſit,de Getis dicens. Vox fera,trux uultus,ueriſſima mortis imago. Non
coma,nec ulla barba reſecta manu. Aliud Germanicæ fortitudinis erat inci
Dona uictorũ germanorũ tamentũ, q; donis etiã uiri fortes aliciebant̃,dabat̃ eñ uictoribus e uiridi gra
mine decerpta laurea,q̃ obſeſſos liberabant. Nã apud antiq̃s ſignũ erat uicto
riæ herbã porrigere,quẽ morẽ & apud Germanos fuiſſe Plynius li.xxii.ca.iiii
teſtat̃.Cor.Tacitus equis,frameis,gladiis,aut armis donatos,ſcribit fortes ger
manorũ uiros,& poſt eũ Petrus Crinitus li.xii.ca.vi.& Sabelli.li.ii.Enea.vi.

De pœna illorũ q ſuccubuerũt,ac ab aliq̃ uincebant̃. Ca. xiii.

Pœna uictorũ in abſciſiõe manuum SCythis peculiare fuerat uictis ab eis man9 ãputare,queadmodũ Toxaris
apud Lucianũ oſtendit natione Scytha. ὡς ἔγωγε πολὺ ἥδιον ἄν μοι δοκῶ μο
νομαχῶν ἡττηθεὶς, ἀποτμηθῆναι τὴν δεξιὰν, ὥσπερ τῆς σκυθικῆς ἐπιτίμιόν ἐστι .i.
Adeo ut ego qdẽ,& ſi ſingulari certamine uictus eſſem: facile paterer mihi am
putari dexterã,queadmodũ penes Scythas pœna illorũ eſt,q uĩcebant̃. Apud
eundem

eundem Lucianum & Mneſippus contra Toxarim, εἰ γὰρ ἥττων γένοιμι, οὐ τὴν δεξιὰν ὥσπερ ὑμεῖς, ἀλλὰ τὴν γλῶτταν ἀποτμηθῆναι καλόν.i.Et ſi tunc abs te uincor; non ſolum dexteram nobis,ſed & linguam amputare phas ſit. Cæterum Cornelius Tacitus nõ quidquam poſſe infamius Germanis accedere ,q̃ aliquẽ ea pugna confugiſſe uoluit.

De fortitudine quorundam Germanorum,& noſtros ſemper imperatoribus Ro.repugnaſſe. Ca. xiiii.

VEnio nunc ad unius ſaltem gentis Gotthorum uidelicet uirtutem, cuius fortitudinẽ Agathius, Ablauius, Iornandes,Diõ & multi nominis ꝗ animi uiri proſecuti ſunt.Nam Mantuanus ille etiam Baptiſta de eis teſtimonium plenum dedit,cum ait. Sæuitia Germanorum

Qui Martem genuiſſe ferunt,hi ſpicula torquent
Pantheſilea non inferiora ſecuri.

Et optime Mantuanus. Hiſpania enim Libya & Aſia,teſtant̃ eorũ ſæuitiã,ut Methodius martyr,Rhegino Pruniẽſis, & Paulus Diaconus ſcribunt,& præcipue Italiæ urbes funditus dirutæ.Claudianus de Gotthorum in Thraciam irruptionibus,ita inſit.

Ex quo iam patrias gens hæc oblita triones
Atq; Iſtrum tranſgreſſa ſemel,ueſtigia fixit
Thraiicio funeſta ,ſolo ut impegit erinnys
Præcipites per clauſtra ruunt,nec contigit ullis
Amnibus,aut ſcopulis,proprias defendere terras.
Nil rhodope,nil uaſtus athus,nil profuit hęmus.
Odryſiis facili contemnunt ſtrimona ſaltu.
Et fruſtra rapidum damnatq; alimonia bellum.
Nubibus intactum macedo miratur olympum
More per erratum campi gemit irrita tempe
Theſſalus,& domitis irriſum cotibus œnum
Seruati dryopes,nec nubifer actia texit
Littora leucates,ipſe qui durius olim
Reſtiterat Medis,primo conamine ruptæ
Thermypolæ,uallata maris Scyronia ripis
Iſthmos,& anguſti patuerunt clauſtra lycæi.
Culmina Taygeti,trepidæ uidiſtis Amyclæ.
Secum cuncta uehens,a Gadibus uſq; Britannum
Terruit Oceanum,& noſtro procul axe remotam
Inſolito belli tremefecit murmure Thylem.

Reliqua iſtiuſmodi cum ad damna Roma. a Germano milite illata peruenero,declarabo. Vt enus poeta egregius i ta loquitur.

Terrent germana Britannos
Auxilia,Hiſpanos arcent pugnatur,ab illis
Splendida Pharſalico parta eſt uictoria campo.

Reſiſtentia germanorum.

Et ut concludam.Otto Friſingenſis capite quadrageſimo octauo libri ſecundi ait.Germani omnium fortiſſimi & bellicoſiſſimi.Qui plura legere deſyderat, Suetonium Tranquillum ,Ioſephum,Egeſippum in oratione Agrippæ ad Iudæos,uideat.Hæc Otto. Ioſephus autem libro ſeptimo Titum iuducit, fortitudinem eorum demonſtrantem,& xix. antiquitatũ libro,robuſti corporis gentem dixit Germanos. Egeſippus libro quarto.Domitianus,inquit, fortius indignatos remittit Germanos in Capitolium,qui ferocis immanitate gẽtis,ſimul numero ualidiores circunuenerunt.Sabini enim rebellatione facta,prope oẽs interfecti ſunt.Et libro tertio ingenitam ferocitatem Germanis oſtendit, ubi de Domitiano loquitur. Hæc ergo fortitudo ab omni ſortis inproſperę caſu Germanos cuſtodiuit,ut Roma. pop. omnibus uiribus uix ſubiicere imperio eos potuerit,ut Picus Iunior ſcribit.In hoc ergo Claudianus poeta ex decreto adulabatur Styliconi,cum ſine ferro ac nullius belli horrore deuictos Germanos ſcribit.Quis enim meminit,authore eodem,deuictum ſola formidĩe Rhenum? Verba Claudiani huiuſmodi ſunt de Germanis.

Claudiãi locus.

Miramur rapidis hoſtem ſuccumbere bellis,
Qui ſolo terrore ruit,nunc claſſica Francis
Intulimus,iacuere tamen non Marte,Sueuos
Contudimus, quis iura damus.Quis credere poſſit?
Ante tubam nobis audax Germania ſeruit.

Bene (inquit) quis credere poſſit? credat hoc Iudæus Apella,Cęſaris Iulii ſpretores,Auguſti uniuerſi orbis pene ac diuum arma contemnentes,ſine ullius Martis facie oſcitantes,Styliconi ſe dedidiſſe,præcipue cum omnis res Romanorum temporibus iſtis in turba fuerit,& continuis calamitatibus agitata memoretur & afflicta.Hieronymo teſte.Paulo poſt idem Claudianus de Germanię ſine armis ſubiugatione loquitur,& addit. Vlla ne proſperitas credet. Sic Nazarius Mamertinus inauditum aliqd ſe relaturum putat,dum Germanos ſuccubuiſſe inducit.Huic autem iniuriæ Germanis illatæ a Claudiano Styliconis adulatore ,poſtea reſpondemus,cum Styliconis facta retegemus,in quo nihil memorabile,niſi perfidiam,Oroſio,Iornande,Paulo Diacono,& aliis authoribus,reperimus.Simili infamia Sidonius Appollinaris Germanos affecit,ita ad Maioranum uenatorem quendam dicens,ut carmen ſequens habet.

Et licet aggrederis,quod nullus tempore noſtro
Auguſtus potuit, rigidum ſeptemplicis Iſtri
Agmen in arma rapis.

Verum quid non potuit in aſſentatione fauor principum? Iniuria igitur ſcriptorum non uirtute uicti ſumus.

De uelocitate & innato robore Germanorum in bello. Ca.xv.

Velocitas germanorũ.

BElli uirtus ſũma eſt uelocitas,quicquid enim unquam ab Alexandro Magno egregie geſtum eſt,id uelocitatis pręſidio agebatur. Vnde Q.Curtius,ſcriptor facundus,nullam Alexandri uirtutem in tantum extulit, quantum ſummã eius uelocitatem. Verum ut ad Germanos tranſeã. Cęſar uelocitatis eximię Germãos dixit in primo cõmẽtario.Quod etiã Sene.in li.de ira an

notauit qn̄ ait.Quid Germanis aĩoſius? quid curſu acrius? & optĩe.Nam Germanis quid uelocius Aſiam,Phalangiam,& totius orientis partes tranſcurrit? Illud ipſum Hieronymus mirať in epiſtola ad Euſtochiã & Marcellinã,cũ tres ultimos libros,inquit,explicaſſem,barbarorũ impetus inſtar torrentis fluuii ægypti limitẽ pcurrit,ut uix effugerim.Et idem ad Heliodorũ.Nã certe ,inqt, pterito anno ex Caucaſi ultimis montibus ſeptentrionales lupi inuaſerunt,et tã breui ,puinciã noſtrã pcurrerũt.Quod Claudia.innuit his uerbis de germãis.

Innata fortitudo germanis

Ventis ueluti ſi frena remittat
Aeolus,abrupto gentes ſic obiice fudit
Armeniaſq; niues inopino milite ducti,
Heu heu quam breuibus pereunt ingentia cauſis.

Nazarius Mamertinus Iuliano qui (.ſ.germanus) inquit,paulo ante inaudita regionũ,fluminũ,mõtiũ noĩa exercitu uictoriæ pagrauerat, per ultimã ferarũ regna calcata,regũ capita ſupuolans,in medio Illyrici ſinus improuiſus aſtitit. Illa autem uelocitas innata Germanis extitit,referẽte Ioſepho de bello Iudaico.Campanus in epiſtola ad Germanos.In primis cunabulis,inquit,priuſquam nati eſſe uidentur, ad dicti armis ſunt.Et idem,Omnes cæſares ſolos Germãos corporum cuſtodes ſibi aſciuerunt,ut eos tanq̃ natura ad robur,& ad arma, & fidem genuiſſent. Procopius græcus in rebus Gotthorum,penes Iuſtinianum refert Sclauũ quẽdam uelociſſimum ac fortiſſimum nutritum, qui in uepribus abſcondens ſe, mane exoriente Gotthorum quendã raptũ,uiuũ in caſtra Iuſtiniani detulerit.

De contemptione mortis Germanorum,& ratio cur id fiat. Ca.xvi.

Cõtẽptio mortis germanorum.

GErmanos uitæ prodigos Philippus Beroaldus ſcribit in carmine de Germanorum laude,quod epitheton perpetuo Germaniæ attribuitur,dum noſtris ut & Ioſephus ſcriptor teſtatur lib.de bello Iudaico xvii.animam mortis contẽptatricem ſcriptores conceſſerint.Cornelius Tacitus infame eſſe ſcribit in omnem uitam,& probroſum Germanis, ſuperſtitem ex acie rediiſſe.Idem paulo ante,relinquere ſcutum præcipuum flagicium ſcribit,cui nec ſacris ineſſe,aut cõſilium inire phas ſit. Et multos addit ſuperſtites bello,laqueo uitam finiuiſſe.His moribus quoq; Heluetii hodie incumbunt. Plura de mortis eorum contẽptione Seneca quæſtion.vi. naturalium collegit Appianus autem in Celtico,eandem ſententiam fouit,& hanc rationem dat. Eorum contemptus mortis,inquit,magnus eſt,ob reuiuiſcendi ſpem.Egeſippus cæteris gentibus in cõtentione mortis ualidiores dixit Germanos. Bataui apud Cornelium miſſi ſunt iterum in Germaniam,ne truculentius quid auderent.Seneca libro de ira tertio. Quid Germanis animoſius? quid curſu acrius? mortis cupidius.Mantuanus ad Cæſarem.

Quem ſequitur magnis dominans alemania campis.
Gens fera contemptrix animæ.

Campanus in oratione ad Germanorum principes,omnia ob patriam cõtempſiſſe refert Germanos,uocauit mortis contemptores fœlices Mantuanus & bene, audacẽ enim græci εὔψυχον,audaciam εὐψυχίαν uocant, ab animæ qualitatibus ac conditionibus. Huius au-

Rō aſtrologica ꝓdigalitatis uitæ germā.

tem ratio eſt, cur ita mortem contemnant, cœli influentia, & ſyderum bonitas, quæ robur his addunt, & mortis contēptionem pariunt. Sicuti Ioannes Eſcendenſis, in prima triplicitate, ſub ſeptentrione, & occidentis angulo, ubi Iupiter & Mars imperia exercent, beſtiales, bellicoſos, magnanimos, fortes gigni, ut Germanos, Britannos, authoritate Ptolemæi, Haly, & aliorū approbat. Maternus Firmicus per horoſcopos Martis aliq̄s fieri bellicoſos ſcribit. Alii aſſeruerunt ſub ſeptentrione curru & plauſtro degentes, magnanimos effici in ſeptio climate, ut idem Io. Eſcendeñ. ca. v. diſtinc. viii. Huic opinioni innitit̃ Luca. lib. ii.

Certe populos quos deſpicit arctos
Fœlices errore ſuo, quos ille timorum
Maximus haud urget læti metus, inde ruendi
In ferrum mens prona uiris, animæq; capaces
Mortis, & ignauum eſt rediture parcere uitæ.

Alii tñ q̄ rebus naturæ inſudant, rē argutius tractauere, & hanc rōnem collegerūt. Ariſtoteles problematum partitione xiiii. in locis calidis timidos eſſe tenet, in frigidis uero uiriles, q̄a natura calefigit̃, ſecūdū naturā em̃ calidi ſunt, & ita caro ꝓpter frigus exterius condenſat̃, Hæc ille. Vegetius in primo de re militari militē in ſeptentrione eligendū ſuadet, ex eo, q̄a mortē non timeat, & huius cauſam hanc adducit. In locis frigidis hoīes plurimi ſanguinis eſſe, unde fieri, ut non timeant uulnerari. Picus in ſecundo hymno. cōmentario ꝓbabilius rem ꝓſecutus eſt, ſcilicet, plurimum ſanguinis circa p̄cordia conſtipatū ſeptētrionalibus ſupeſſe, & ob frigus aeris cōtinentis calefieri, & ita aīos & audaciā p̄bere uoluit. Huic ſententiæ aſſertor eſt Ariſtoteles q̄q; problematū ſectiōe xxviii. ubi audaces ſanguine plenos facit, & motū ita ſurſum tendere. Albertus tñ de natura loci ca. iii. corpora Germanorū rōne frigiditatis, quæ in eorū loco eſt, conſtringi ait, & quia multum hi habeant humoris, carnoſos effici, quia uapor in loco digeſtiōis generatus, euaporare non potēs, conſtrictione reflectitur ad ſtomachum, & generat aqueū humidū, ſicut fumus in olla feruente reflectit̃ ad operculum, & generatur aqua. Et quia corda eorum calida ſunt, in audaces tranſmutant̃, calor enim abundat ſpiritu & ſanguine, unde fit ut magis timeant Germani febrem q̄ uulnera. Hæc Albert9. Manilius aſtrologus ꝑ ſydera ita germāis fortitudinē cōcedit li. iiiii. ait enim

Scorpius armata uiolenta cuſpide cauda,
Qua ſua cunq; phœbi currum per ſydera ducit,
In bellum ardentes animos, & Martia caſtra
Efficit, & multo gaudentem ſanguine ciuem.

Seneca li. ii. de ira, fortiora ingenia ſolidæ naturæ prona eſſe ait, & germanos in exēplū aſſumpſit

De gratia bellica Germanorum apud imperatores. Ca. xvii.

Poſtq̄ germanoꝝ uires romāi expiebāt, uix bellū cōſumatū eſt, ſine ductu et auſpiciis germanoꝝ. Tāta eoꝝ apud īꝑatores uigebat gratia. Cāpano autore. Iuli9, ut Marlian9 ait, ī ei9 exercitu ſp̄ habuit germāos. Iac. Carmel. cohortsi cęſaris ductorē germanū fuiſſe ait, & p̄ſentiā ipſorū in bello gallico pri9 declaraui. In bello aūt ciuili eorū meminit Appia. et Luca. li. i. dicēs

Deſeruere cauo tentoria fixa Lemanno
Triſtia quæ Vogeſi curuam ſuper ardua ripam
Pugnaces pictis cohibebant lingones armis.
Soluuntur flaui longa ſtatione Rutheni. Et addit.
Tum rura Nemetes
Qui tenet,
Et biturix longiſqꝫ leues Axones in armis, Sulpitius legit Sueſiones.
Optimus excuſſo Leucus, Rhenuſqꝫ lacerto
Et docilis rector monſtranti Belga carini
Vangiones Batauiqꝫ truces.
Tu quoqꝫ lætatus conuerti prelia Treuir,
Et uos crinigeros belloqꝫ arcere Chaicos.
Oppoſiti Romam petitis, Rheniqꝫ feroces
Deſeritis ripas, & apertum gentibus orbem

Gratia germanorũ apud impatores.

Vbi ſecundũ Sulpitiũ ultio illo uerſiculo totã Germaniã uoluit inferre. Caio inde Cæſari gratiſſimi acceptiſſimiqꝫ Germani conuinciebant̃, ut Ioſephus li. xix. antiq̃tatum ſcribit. Antoninus q̊qꝫ Cæſar adeo Germanos dilexit, ut ualidiſſimũ quenq̃ in bello, & ſocios, & cuſtodes ſibi aſciuerit, & aliq̃n Germanorũ ueſtẽ indut⁹, Romano cultu dimiſſo, flauã capiti cæſariẽ imponens, ad modũ germanicę tonſuræ geſtabat, ut Herodiano placet li. iiii. hiſto. Antoninus Pius q̊qꝫ Marcomanos Germãos in exercitu ſuo ſuſtentabat, ut apud Aeliũ Spartianũ uidere eſt. Maximin⁹ q̊qꝫ numerũ Germanorũ habuit ſecũ, colligẽtibus Herodiano lib. vii. hiſto. & Iulio Capitolino. Sub Nerone etiã in Syria militabãt Germani, cuius rei Dion Bithinus græcus author eſt. Adriano q̊qꝫ p̃cipue gratus erat Maſor Iazigũ un⁹ ductor ob id ꝙ in eo fuit robur & audacia. Id de Caligula, Cornelius in hiſtoriis, & Suetonius in eius uita referunt, cuius uerba ſunt, admonitus dicit̃ turba Batauorũ q̊s circa ſe habebat. Herodianus om̃es pene impatores τοὺς συμμάχους ſuſtentaſſe germanos aſſerit. Eius uerba ſunt de Maximino libro octauo ita. ἐπανῆλθον δὲ καὶ οἱ ἀπὸ γερμανίας ἐληλυθότες σύμμαχοι, ἐθάρσει γὰρ αὐτῶν τῇ εὐνοίᾳ, ἅτε καὶ τὸ ἔθνος ἐπιεικῶς πρότερον ἄρξας. i. Proficiſcebant̃ & cũ ip̃o auxiliares copię Germanorũ, q̃bus maxĩe cõfidebat, q̃bus & olĩ p̃fuerat. Et in alio loco de eodẽ ἀφικνεῖτο δὲ αὐτῷ γερμανῶν, οὐκ ὀλίγη συμμαχία, πεμφθεῖσα ὑπὸ αὐτῶν κατὰ εὔνοιαν. i. Mitebat̃ etiam Cæſari non paucus auxiliariũ Germanorũ numerus a popularibus b̃n̄uolentiæ noĩe, q̃bus olim Maximinus dũ imp̃io p̃fuerat diligẽtiſſime moderabat̃. Idẽ Herodianus li. vi. apud Alexandrum Germanos fuiſſe refert, ὅθεν οἱ νεανίαι ἐν οἷς ἦν τὸ πολὺ πλῆθος παιόνων μάλιστα. Erant & iuuenes apud ipſum q̊rũ bona pars e Pãnonia ueniebat. Iuſtinianus etiã aduerſus Gotthos nullis niſi Germanis utebat̃. Habuit ſemp̃ Narſes apud eũ duo millia Herulorũ. Bellizario q̊qꝫ ſemp̃ aut Lõgobardi, Sclaui aut Heruli mittebant̃, ut Procopius in omnibus pene libris, quos de rebus Gotthorũ conſcripſit, publice profitetur. Claudianus q̊qꝫ penes Styliconem Germanos fuiſſe aſſerit, Et q̊s naſcẽtes explorat gurgite Rhenus. Venit accola ſyluę Bructer⁹ Hercinię, ac Albim liq̃re Cheruſci. Galatę populi in ære Antigoni militabãt, ut Iuſtin⁹ lib. xxv. ſcribit.

Germanos ſemp̃ imp̃atorũ corporibus fuiſſe adhibitos,& de nimia familiaritate imp̃atorum erga Germanos. Ca. xviii.

Germani apud imperatores

TAnta inde gratia Germanorũ obtinuit,ut nulli alii corporibus principum cuſtodiendis adhibiti fuerint, nec ullus imp̃atorũ extitit,qui nõ Germanos in cuſtodes,q̃s græci λυκόπολες σωματοφυλάκους appellant,ſibi aſciuerit.Cor.Tacitus hiſt.li.i. Germanorũ,inquit,qui tunc imp̃atori cuſtodes aderãt,de Auguſto locutus eſt.Procopius author græcus Iuſtinianũ Cęſarem ſatellite q̃dã Sclauo ingenti ac fortiſſimo fuiſſe p̃uiſum aſſerit. Nimium etiã familiaritatis imp̃atores cũ Germanis habuerunt,ut eorũ gratiã uberiorẽ ſibi conciliarent.Quod tñ in Alexandro Lãpridius rep̃hendit,ac nimiã ciuilitatẽ imp̃atoribus non conuenire aſſerit.Herodianus ſcriptor eidẽ imp̃atori tãtam aſcripſit cũ Germanis familiaritatẽ ὠκειώσατο δὲ καὶ πάντας τοὺς ἐπέκεινα γερμάνους, ἔςτε φιλίαν ὑπηγάγετο, ὡς καὶ συμμάχους παρ' αὐτῶν λαβεῖν, καὶ τοῦ σώματος ἑαυτοῦ φρουροὺς ποιήσασθαι, γενναίους τε καὶ ὡραίους ἐπιλεξάμενος. Quod illud nobis ſignificat, Adiunxerat aũt ſibi comites Germanos,q̃s & in amiciciã ſibi deuinxit,adeo ut ſocios bellorũ ac corp̃is cuſtodes ualidiſſimũ, quenq; & pulcherrimũ ſibi aſciuerit.Addit etiã Herodianus,eũ nonnunq̃ depoſita Germanorũ ueſte,germanica uſum eſſe,& flauũ capillũ capiti impoſuiſſe,ut ſibi Germanorũ beneuolẽtiã cõciliaret.Suidas gręcus eãdẽ ciuilitatẽ Antonino Cęſari aſcripſit,ſic inq̃ẽs. ἐπεὶ δὲ οὖν ἴστρον κατέλαβε καὶ τοὺς ἐκεῖσε γερμανοὺς ἐφιλοποιήσατο, ὡς καὶ συμμάχους παρ' αὐτῶν λαβεῖν καὶ τοῦ σώματος φρουρούς, καὶ ταῖς φορέσιαις αὐτῶν χρῆσθαι, οὕτω τε καὶ ὑπὸ τῶν βαρβάρων καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἠγαπᾶτο, κοινὸς ὢν. πρὸς ἅπαντας, ὡς συστρατιώτης μᾶλλον, ἢ βασιλεὺς παρ' αὐτῶν λεγόμενος.i.Inde ad Iſtrũ p̃fectus Germanos adeo ĩ ſui amorẽ conciliauerat,ut cõmilitones ex ipſis ſibi cõſtituerit,et corp̃is tutores & eis in ſui tutelã uſus fuerit, ob q̃d a barbaris ac toto exercitu diligebat̃. Erat em̃ oĩbus familiaris,adeo etiã,ut plus cõmilitonis nomĩe q̃ imp̃atoris appellat⁹ ſit.Cornelius li.xiii.Dũ Romani ad clauſtra Caſpiarũ penetrabant, Germãos pugnę affuiſſe dicit. Et idẽ in alia expeditione q̃ in Albanos parabat̃,ait Cor. li.xvii.Itẽ Vitellius Capitoliũ cũ Germanis expugnauit,Ioſepho li.v. antiq̃tatũ indicante.Itẽ Conſtantinus ſecũ Germanos habuit,aiũt Soſimen⁹,& Aurelius Sextus.Bebelius etiã circa lectũ Herodis filii Germanos fuiſſe ſcribit,autorib⁹ Ioſepho li.vii.& Egeſippo li.i.Itẽ Mithridates ſecũ Germanos tenuit, ut Iuſtinus lib.xxxviii.Itẽ Marcus pater Comodi.Otto q̃q;, ut ait Plutarch⁹ in uita ei⁹ Batauos & Germanos apud ſe aluit, Galba cuſtodes corporis eos habuit, Suetonio referente.Similiter & Nero Caligula & mater ei⁹ Agrippa,ut Ioſephus ſcribit ãtiq̃tatũ xix.multa ex Cornelio noſtro illic collegi.Germani etiã in cõflictu Gordiani & Maximini fuerunt,ut ſcribit Iulius Capitolinus. Itẽ Lolianus adhibitis Germanis ad bellũ,diu protraxit pugnã,ut in Victorino loq̃tur Trebellius Pollio.Apud Ruffinũ q̃q; Germani egerunt,q̃d Claudia. oſtendit li.i.

Iam gentes Iſtrumq; mouent,Scythiamq; receptant
Auxilio,traxere ſuis hoſtilibus armis
Relliquias,mixtis deſcendit Sarmata Dacis,
Maſſagetæ,patriumq; bibens mæotis orontem.

Fœdericus etiã tertius

auguſtiſſimus, Maximiliano noſtro Cęſari (cũ ad ultimã uitę ſuę deſperationẽ redactus fuerat) dixiſſe ferẽ, ut in primis Germanos coleret, q̃rũ p̄ſidio facile hoſtiũ minas in ludibrium interuerteret. Quid uero noſtro ſeculo opinionis apud imꝑatores Germanorũ militib9 aſcribatẽ? cõſtat uniuerſis, ſummorũ eñ pontificũ hactenus fuit cõſuetudo, Heluetiorũ p̄ſidio uel Doryphororũ ſe facere munitos. Teſtãẽ hęc Iulii II. Pii II. Alexãdri, et aliorũ ſcriptores. Age quid Gallorũ rex unq̃ ſine Germanis egit? Nã profecto in tota Gallia non continere ſe poſſet, niſi Teutonicorũ p̄ſidio uallaret. Ego ſolido ſenſu loq̃r. Nõ eſt totius orbis regio, ubi non Germanorũ authoritatẽ corã principibus experiaris. Nulla eſt ſimul, ꝓuincia, regio, impiũ, ubi non ſummũ militiæ & authoritatis imperiũ apud principes ſibi ſp uendicent Germani. Vnde factũ eſt, ut nihil egregie unq̃ ſine Germanis geſtũ eſt. Fœderici eñ Conradi, Henrici, Othones, Lotharii, Gotfridus, & alii, quicquid egerũt, Germanorũ p̄ſidio illud pere gerunt. Longobardos uaſtauerunt, Hieroſolymã penetrauerũt, Græciã populabanẽ, Hungariã, Bohemiã, Illyricũ trãſmeati ſunt. Taceo bella Neapoli, Galliæ, Hiſpanię, Anglię, geſta, & q̃ q̃tidie Germanorũ ductu & auſpiciis geruñt.

De potentia Germanorum, & authoritate in bellis, & obſeruantia eorum nominis. Ca. xix.

TAnta Germanorũ apud priſcos potentia fuit, ut reſiſtenti bus q̃buſcunq̃, eorũ ſemꝑ opinio oportuit p̄ſerri, unde plures imꝑatores ipſi conſtituerunt germani. Vitellius eñ ab ipſis ad impium euectus eſt. Cornelio, Suetonio, Methodio, Egeſippo li.iiii. Oroſio li vii. autoribus. Veſpaſianus contra eorũ potẽtiam primo dubitauit, an nitendũ ſit, Cornelio autore. Claudiũ imꝑatorẽ Germani initiauerunt, ut Ioſephus li.xix.ſcribit. Maximinus imꝑator effectus eſt a Germanis (ut Symmachus lib.v.hiſto. Iornandes & Capitolinus aiũt) contra ſenat9 autoritatẽ etiã, ut collegit Herodianus. Seuer9 imꝑator a Germanis creabaẽ. Aelio Spartiano ꝓbãte. Clodiũ Albinũ noluerũt Germani in imꝑatorẽ conſecrari, & ita priuatus eſt impio. Conſtantinus q̃q̃ (ut Aurelius ait) ab ipſis imꝑator creabaẽ. Hæc de Iuliano Cæſare ſcribũt Soſimenus hiſtoricus lib.v.ca.I. Ammianus lib.xv. Platina pontifices & imꝑatores allegat, contra oĩm gentiũ opinionẽ ſolis Germanis inſtantibus, ad talẽ amplitudinẽ aſcendiſſe. Hodie quoq̃ & ſummã authoritatis arcẽ ſibi uẽdicauerũt, ſoli eñ ſanctiſſimi impii regẽ & dñm conſtituendi facultatẽ obtinuerũt. Ecce quanta eorũ potentia? qua Cęſares adducti ſunt, ut q̃libet Germanici nomen ſibi uoluerit aſcire, non enim extremæ fuit laudationis, dicere Germanicum cęſarem aliquem. Quod Martialis in Epigram.lib.ii.oſtendit.

Opinio germanorum.

Eſſe germanicum

Creta dedit magnum, maius dedit Aphrica nomen
Scipio quod uictor, quodq̃ Metellus habet,
Nobilius tribuit domito Germania Rheno,
Et puer hic dignus nomine Cæſar eras,
Frater Idumęas meruit cum patre triumphos,
Dicitur ex Cattis gloria tota tua

Vnde Panagyricus ad Maximianũ

Quid maius,inq̄t,euenire potuit? illa tua in Germaniã tranſmigratiõe?.Auui dius,ut Iulius Capitolinus ait,Victorinus Germanici cognomē tulit, quia etiã Carthos deuicit,lege Cathos.Dracõtius Romanis ſcribit fuiſſe decēs et glori/ oſiſſimũ dici Germanicũ,ob inſignē Germanorũ gloriã,Germani eñ auctore Egeſippo li.ii.totius impiũ orbis ſibi ſemp aſſumpſerũt.Cætera ſequentur.

De laude & præconiis Roma. Germanos debellantium. Ca. xx.

NVnc ad amplitudinē eorũ deſcendã,q̄bus etiã exilis uictoria de Ger/ maniscontigerat. Marius ut deus habitus eſt,quia Teutonas deſtitu erat,ut ex Plutarcho,Iuuenale,Propertio,Floro,Plynio lib.xiii.ca.xi. Valerio in lib.ſequenti adducemus.Põpeius apud Lucanũ cęſari ĩuidebat de Germanis uictoriã & de Gallis. Verebat̃ eñ hęc obſcurare eius triũphos.Ma ximinus q̄a proſpere rē geſſit in Germania,impator continuo euaſit,ut Otto li.iii.ca.xxxii.Platina in uita Antheri papæ ſcribunt.Pertinax,q̄a ſub impatore fœliciter geſſit,continuo Cæſar conſecrabat̃ impatore mortuo,ut Herodian⁹ li.ii.exequit̃.Iulianus,ut aiũt Sozimenus lib.v.ca.I.hiſto. & Ammianus lib.xvi. in fine,quia Germanis fœliciter conflixiſſet, auſus fuit imperium affectare. Clodium Albinũ magni fecit eius de tranſrhenanis uictoria,ut Seuerus & Iu lius Capitolinus collegerunt.Cæſaris nomen Comodus ſibi indidit,& adept⁹ eſt ob fuſos Germanos ſtipendii facultatē. Victorinus q̄q cũ tm̄ Catos uicif/ ſet ſub Antonino Pio,mox impator effectus eſt. Et q̄a nobilitant ueteres (ut Claudian⁹ ait) germanica fœdera Druſos,Quilibet Germanici cognomē ſibi arrogare uoluit,ſicuti de Domitião,Druſo,Claudio,Vitellio liq̄t. Sicut apud Aeliũ Spartianũ Antoninus Caracalla, apud Iuliũ Capitolinum Gordianus. Tacitus apud FL. Vopiſcũ,Iuſtinianus apud Hunibaldũ,Iornandē & alios. Claudianus q̄tę laudis ſit uincere Germanos de Stylicõe adducit tm̄ ſemel de germanis uictore.

Laus imperatorũ germãos debellantium.

Qui mihi Germanos ſolus Francoſq; ſubegit,
Cur nondum legitur faſtis? cur pagina tantum
Neſcit adhuc nomen? quod iam numerare decebat.
Vſq; adeo ne leuis paccati gloria Rheni?

Et idē Claudianus paulo poſt maiorē laudē Germanicũ ſiue Gotthicũ bello eſſe ſcribit,& plus Stylicõi debe ri q̄ Pyrrho, Decio,Fabricio,Mario,Paulo,Achilli,& aliis ęſtimauit,facta.n. horum egregia memoria,ſubiungit.

Quanto maius opus ſolo Stylicone peractum
Cernimus,hic ualidam gentem,non Chaonas atq; Moloſſos
(Quos epirus alit) nec Dodonea ſubegit.
Agmina. Et idem.
Nil ueris æquale dabant, prohibere rapaces
Scilicet harpyias,ſuetaq; excludere menſa
Nobilior titulus,quam tot potuiſſe paratas
In latii prædam geticas auertere fauces.
At ego terrigenas potius mirabor in ipſis
Procubuiſſe ſatis,uitæ quibus attulit idem

Principium

Principium, finemq́ dies, quam cæſa Getarum
Agmina, quos tantis aluit bellona triumphis. Verū nec Stylico Germa-
nos adeo armis fregit, uel Getas, ut Claudianus (panagyricorū more) de ipſo teſtat̃. Sed Probus imꝑator Germanos ſolus uicit. Huic quãtus ideo honor delatus fuerit FL. Vopiſcus adduxit. Claudianus etiã id teſtat̃ cum inquit.
Omni nobilior luſtro tibi gloria ſoli
Contigit, exactum nunquam memorata per æuum,
Germãos habuiſſe duces. Crinitꝰ li.xii.c.vi. de huiꝰ triũpho pluribꝰ ediſſeruit

De fortitudine & induſtria Germanicarū mulierum. Ca. xxi.

Mulierū germanicarū fortitudo

FVit hæc igit̃ Germanorū uirtus bellica obuia ac manifeſta oibꝰ, ita q̄ non inueniat̃, quē nec ultra primas ſaltē literas ꝓgreſſum fugiat. Vt aūt nulla pars fortitudinis noſtrę remittat̃, maiorū noſtrorū mulieres ſaltē in exemplū aſſumamus, uideamuſq́, cui militiæ ſacramento hæ ſe aſtrinxerint, in q̊ paternæ libertatis ardore illæ coaluerint. Harū em̄ uirtutis p̄ſidio facile germanicæ fortitudinis periculū & exēplar nāciſci poſſumus. Plutarchꝰ librū apud græcos de illuſtribus mulieribus, & Io. Boccatius apud latinos ediderunt, a germanicarū uero mulierū memoria receſſerunt, q̄ tñ̄ belli uirtute oēs eiuſdē gñis fœminas deuicerunt. Cędant in hoc Amazones Germãis, quarū uirtutē germanicę mulieres (Bohemia olim occupata) ſuis facinoribꝰ ęquarunt. Bohemiã em̄, ut ſcribit Aeneas Syluius li.i.hiſt. Fœminæ olim regebant, & regioni p̄fuerunt, non minoris uirtutis q̄ Amazones æſtimatæ. In bello etiã Cimbrico mulieres hoſtiū arma ſumpſerunt, & contra Romanos (uirorū inſtar) infremuerunt armis, ſicuti ait Plutarchus in uita Marii, & addit, cōmiſſo p̄lio, & rebus Cimbrorū afflictis, mulieres ſe ipſas occidiſſe, & pueros ultra currus ꝓieciſſe, ne in hoſtiū uenirent poteſtatē, terribiliſſimū tradidiſſe ſpectaculum. Val. Max. li.v.ca.i. & cū ipſo Oroſius li.vi. mulieres Mariū rogaſſe uoluerūt, uti uirginibus ueſtalibus iūgerēt, re uero minus impetrata, ſibi ipſis mortē conſciuiſſe, Hæc illi. Verba Valerii inde ſequentia illa ſunt, Dii melius quid animi hæ uiris eorū in acie non dederunt? Nã ſi eorū mulierū maluiſſent ſeq uirtutē, Teutonicæ uictorię trophea reddidiſſent. Hæc ille. Inde ſub bello Iulii mulieres uiros rogabãt flētes, ut p̄ſiſterent, ne ſe & ſuos in ſeruitutē redigerēt, & currus ipſis obuiã repoſuerunt, ne effugerent, ut Cęſar li.i.cōment. late ꝓſequit̃. Tēpore inde Auguſti, q̊ Druſus bello Germaniã tentauit, mulieres cum uiris iuxta Romanis conflixerunt, & telis deficiētibus, pueros in faciē hoſtibus iniecerunt, ut Oroſius li.vi.ca.xx. & enarrator uitę Iuſtiniani aſſeruerunt. Florꝰ etiã li.iiii. agmen in eo bello fœminas auertiſſe hoſtiū uoluit, unde puto de eo agmine dictū hoc eſſe a Floro, de q̄ Cor. Tacitus mentionē facit, ſcribit em̄ memoriæ eſſe ꝓditū, quaſdã acies inclinatas, iam & labãtes, a fœminis reſtitutas, conſtantia p̄cū, & obiectu pectorū, & monſtrata cominus captiuitate, quã longe impatiētius fœminas timere ſuorū nominū adeo, ut efficacius eorū obligēt animi, q̄bus inter obſides puellæ nobiles imparēt. Hæc ille. Eutropiꝰ oīa iuxta ac Oroſius dixit, uerū Cimbricis temporibꝰ ea geſta aſcripſit. Euſebius tñ̄ Oro

ſio & Floro in libro temporū ſuffragaṫ, & Rhegino Prunieñ. eandē ferocitatē
refert in Hunnorū uiris & mulieribus reptam fuiſſe. Iornandes de Gotthorū
fœminis eadē ꝓtulit, quas & in acie uerſatas ſcripſit. Lōgobardi (numero uiri
li deficiente) fœminas armauerunt, ut Ligurinus de geſtis Fœderici. Paul. Dia
conus & alii ſcribūt. Cor. Tacitus fœminas Germanos ſecū in bellū adducere
teſtatur, ibiq; ullulatus earum, ac infantium uagitus audiri, teſtes ſacratiſſi-
mos illos, ſolitos inde ad has uulnera efferre, & nec illas horū plagas exigere,
Vlmēſes mulieres. aut numerare ac pauere, uerū cibos & hortamina bellantibus geſtare. Aiunt
Vlmā oppidū Sueuiæ olim a mulieribus (uiris deficientibus) defenſam, & in
oēs uino ciboq; oneratas, dū res in exitiū ciuitatis ageretur, igne, proprio mar
te ſe ipſas cōbuſſiſſe. Ego uero quia apud ꝓbatos non legi, nolo argumentis re
fellere, nec fidē habere. Sufficiat nobis id q̄d Cāpanus collegit, ſæpe fœminas
germanicas frameā ſuſcipientes, maritis p̄ſtitiſſe, & pro patria pugnaſſe. Et ad
dit. Facite Germani q̄d ueſtræ matres in bello Cimbrico fecerunt .ſ. pueros in
hoſtiū ora iacite. Mamertin9 ad Maximianū de Germanis. Quibus, inquit, oīs
uita militia eſt, q̄rū fœminæ ceterarū gentium uiris fortiores ſunt. In exercitu
Gotthorū cōtra Aurelianū decē mulieres bellaciſſimas ſumma uirtute ſub ha
bitu uirili decertaſſe FL. Vopiſcus, Blondus ac alii aſſeruerunt, quas & in triū
phum īpator traduxit. Amalaſunthā gothicā mulierē Sudas uirilē nuncupa
bat. C. Plynius II. in li. hiſt. germaniȩ, tradit fœiam ingētē animi, ſauciis militib9
germāis ueſtes ac fomenta largitā. Quod maxīe aīm Tiberii cęſ. cōcuſſerit. Idē
Cor. Tacitus hiſt. li. i. in fine aſſerit. Bellū q̄q; a Germanis cōtra Druſum geſtū
germanicæ mulieres potiſſimū tenuerunt, ut Strabo li. vii. refert, tunc eīn ſum
morū principū uxores ac filiæ capiebantur. Cimbri q̄q; ac Galli, ut Plutarch9
in uita Camilli ait, uxoribus ac filiis comitibus Romanū impiū inuaſerunt. He
rulorū mulieres in bello Gotthorū, digitis Romanos corpore minores mon
ſtrantes, uiros eorū accuſabant, q̄ hi multo grandiores ſuccubuiſſent. Poteſt
igitur Germanorū uirtus tm̄ fortitudine mulierū internoſci. Proculus Cæſar
centū uirgines in Sarmatarū acie captas, q̄ndecim dierū ſpacio mulieres red-
didit, putauit ſe forte, ſi dēſitate criminū caleſceret, ut ip̄e impator in una epiſto
la oſtendit, ac id honori ſuo accedere putabat, ut & de eo FL. Vopiſcus colle-
git. Claudius etiā cæſar deuictis Sarmatis & Gotthis, ingentē mulierū copiā in
tercepit, ut ipſi9 cęſaris ep̄ſa una ad Bochū oſtendit, in hæc uerba euadens. De
leuimus, inquit, trecenta millia ac uiginti Gotthorū, duo millia nauiū ſubmer-
ſimus, tecta ſunt flumina ſprotis & lanceis, cāpi oſſibus tecti lucent. Tot etiam
mulieres cœpimus, ut noſtrorū militū q̄ſq; ſibi binas aut ternas adiungere po
terit. Hæc Trebellius Pollio, Blondus, Sabellicus, & alii repetiuerunt. Nec for
tiſſimū illud facinus & ꝓbe uirile a noſtra memoria excludaṫ, q̄d apud Pauſa
niā grȩcū legim9 ἐν τοῖς φωκικοῖς de Galatarū .i. Germanorū mulieribus illa ora
tione, poſtq̄ Galatas occiſos tradidit, γυναῖκες δὲ καὶ ὅσαι, inquit, ἐν ὥρᾳ τῶν παρθένων,
ὅσαι μὲν φρονήματός τι αὐτῶν εἶχον, ἑαυτὰς ἔφθασαν, καὶ ὅσαι μὲν τῶν γυναικῶν ταῖς μαχαίραις
γαλατῶν ἐπιτύγχανον, αὐρχηίεια τὰς ψυχὰς ἀφίεσαν. quod ſaltē nobis ſenſum illum
faciat

faciat,uerba non curabimus traducere,Galatarũ mulieres inquit,& uirgines q̃ adhuc in flore uiguerunt,q̃ ſaltẽ rõne ꝑditæ erãt rẽ ꝑuenerũt, & oẽs ſumptis Galatarũ gladiis,ipſarũ manu ſibipſis cõſciuerũt.Et tãdẽ de germãię mulierib.

De ſtudio & laude libertatis Germanorum. Ca. xxii.

OMniũ illorũ q̃ uirtute belli nobis cõtingere poſſunt, longe ꝑclariſſimum eſt libertas,ob quã ſolã conſeruandã Lacedæmonii,ut Plutarchus ait,totã corꝑis habitudinẽ direxerũt. Cuius etiã ſentẽtia erat potius liberã caſam inhabitandũ eſſe,q̃ ſeruũ imꝑare oĩbus.Nec potuit Homer⁹ deorũ fœlicitatẽ clari⁹ exprĩere, niſi ꝙ eos ἐλευθέρους.i.liberos uocaret, & Iouẽ ἐλευθέριον Heſiodus in Theogoniis τὰς ἐν πιερίῃ κρονίδῃ τέκε πατρὶ μιγεῖσα μνημοσύνη γουνοῖσιν ἐλευθῆρος μεδέουσα,de Muſis loquens,& muſas liberas oñdit. Fuit aũt libertas in ſummo ꝑcio apud germanos, unde Tacitus li.ii.hiſt.Arimiũ cumulatius non potuit extollere,niſi ꝙ haud dubie germanię liberatorẽ & libertatis germanicę uindicatorẽ ipſum diceret.Idẽ Arimius fratri ſuo Flauio ob defectionẽ a Germanis nihil grauius potuit infligere,niſi ꝙ ad Amitã libertatẽ negligens, ꝓpter opprobriũ amicorũ ad Romanos defeciſſet,ita ut patriæ ꝓditor iudicari potuerit.Et paulo ante apud eundẽ Cornel.lib.ii.hiſt.maioris eſſe uirtutis mori pro patria ꝗ̃ ſeruito iniuſto ꝑmi putauit.Oẽs q̃ꝗ ꝓprio libertatis iure exuti ſunt,qui Germanorũ libertati inſidiabant.Nã Valentinianus Cæſ. tributa germanis iniungere uolens,pene ad ꝑſoluenda tributa ipſe cõpulſus ẽ. Doluit Lyſimachus rex ꝙ germanorũ libertatẽ qetã affecerat.Plutarc.ita ait. λυσίμαχος ἐν θρᾴκῃ κρατηθεὶς ὑπὸ δρομαχέτου, καὶ διὰ δίψαν ἑαυτὸν καὶ τὸ στράτευμα παραδούς, ὡς ἔπιεν αἰχμάλωτος γενόμενος, ὦ θεοὶ εἶπεν, ὡς μικρᾶς ἡδονῆς ἕνεκα, δοῦλον ἐμαυτὸν ἐκ βασιλέως πεποίηκα.i.Lyſimachus in Thracia uictus a Dromachete, Gotho.i.germano,cũ ſeſe & exercitũ ꝑſidi tradidiſſet,bibens in captiuitate poſit⁹, o dii,inquit,ut paruæ uoluptatis gratia,me met ſeruũ ex rege feci.Dromachetes aũt ille germanus extitit,& illa pugna germanis edita fuerat,ut li.iii.ex Strabonis & aliorũ ſententia diximus.Nil ergo hi quibus germanorũ libertas offenſa fuit,niſi pœnitentiã meruerũt.Idathyrſus Scytharũ germanicorũ rex,qm̃ Iſtri loca tenuit,ubi Scythæ Germani erant,ille etiã ſuaſit populis libertatẽ germanicam nulli impune tentandam eſſe Plutarcho referente, cuius eſt oratio. Ἰδάνθυρσος ὁ σκυθῶν βασιλεύς, ἐφ' ὃν διέβη Δαρεῖος, ἔπειθε τοὺς ἰώνων τυράννους, διὰ τὸ ἴστρου ζεῦγμα λύσαντας ἀπαλλάττεσθαι, μὴ βουληθέντας δὲ διὰ τὴν πρὸς Δαρεῖον πίστιν.i. Idathyrſus Scytharũ rex contra quẽ Darius traieciſſet,ſuadebat Ionũ tyrannis, ut ſoluto Iſtri Germanorũ fluminis iugo effugerent,ac ſeſe in libertatẽ uindicarent.Dũ noluiſſet fidẽ ſuã in Dariũ facere,alii hunc regẽ Agathyrſum uocauerunt, q̊d plus arridet a populis illũ noĩari, qui haud dubie Iſtrũ incoluerunt.Tantum penes Germanos libertatis ſtudiũ floruerat.Nullus etiã ſine Galatarũ tũc germanorũ ope libertatẽ ſuã tutã ſperabat,referente Iuſtino hiſtorico li.xxv. Methodius in ſuis annalibus penes Germanos libertatis ſtatuã olim cultã ſcribit. Oſtrogotthi poſt tot editas clades,dũ pene in cineres oẽs reſoluti a Narſete fuerãt.Deniq̃ ut oẽs eorũ facultates tuto eis liceret aſportare,uſq̃ ſpiritus artus eorũ dirigeret ſeſe certaturos Romanis uoluerũt, apud Procopiũ li.iiii. Idem

Libertas Germanorum.

Procopius li.i.Sicuti deinceps,inquit,Alemani gens ualida habitãt, liberi oẽs. Seneca de ira li.ii. Vt ſcias,inquit,an generoſi ira aliq̃d habeat,liberas uidebis gentes,quæ iracundiſſimæ ſunt,ut Germanos & Scythas. Id exẽplo mulierũ germanarũ probari põt.Hæ ut Cęſar li.i.cõment.ſcribit flentes pueros oſtẽtãtes,maritos rogauerunt,ne ſe in ſeruitutẽ redigerent.Libertatis ergo eorũ meminit Tacitus in Germania,& in libris hiſtoriarũ,ubi Teutheri ad Vbios dicunt.Agimus Marti gratias,ut liberi inter liberos ſimus.Egeſippus Rheni fluenta dixit liberas gentes uſq; ad mare inhabitaſſe. Aeneas Syluius ad hũc diẽ adeo libertatẽ apud ipſos in ꝓcio eſſe ſcribit.Mulieres Cimbrorũ captiuæ,dũ neq; uirginibus ueſtalibus iungerẽt,uerũ captiuæ ducerẽt,ſe inuicẽ oẽs occiderunt.Val.Max.li.vi.ſcribit,& Hierony. diſtin.xii.epiſt.ad Geruntiam.Qui poſtq; hanc hiſtoriã poſuit.Quid,inquit,barbaræ caſtitati non potuit inferre captiuitas? Oroſius li.vi.ca.xx.ubi de bello Druſi loquit̃. Germani,inquit,oẽs confluxerũt undatim,aut ſuſcepturę conditione pacis,ſi uincerẽt,uel uſuræ (quieta libertate) ſi uincerent.Getæ q̃q; pro libertate oĩa expoſuerunt,ut ſcribit Horat.oda.lib. Sic & Lõgobardi legatis Vandalorũ reſpondebant,poſcẽtibus tributũ aut bellũ, ob libertatẽ tuendã potiꝰ armis ſe res cõmiſſuros eſſe, ut Paul. Diaconus in fine primi libri habet.Et idẽ .Hactenus apud Baioarios ,inquit,Saxones & alios eiuſdẽ linguę hoĩes(intellige Germãos) ea libertas ẽ, ut carminibus celebret̃. Libertatis ſtudiũ in Frãcis Hunibaldus ſatis exprimere neſcit.Nã cupidiſſimos libertatis, ideo ſemꝑ Romanis ſuſpectos Frãcos fuiſſe ſcribit.Valentiniano em̃ tributũ poſtulanti reſponderunt,ſe libertatẽ præ oĩbus cuſtodire uelle,& ſi bello contra ipſos inſurgat,ſe ſenſurũ Frãcos liberrimos,& ipſum ſeruũ.

Frãcorũ libertas.

Hunibaldus a Marcomiro primo uſq; ad Clodoueũ libertatẽ eorũ ſummã recitat.Abbas Spanheimius ſcribit inuicẽ ſe ſalutaſſe Frãcos, Salue liber France,Eſt apud nos ꝓuerbiũ,Liberior Franco ſum.Tacitus tanq̃ aliq̃d mirandũ adducens dixit, Germanos adeo ludo aleæ deditos, ut plęriq; oĩbus amiſſis pecuniis libertatẽ offerant,& ꝙ uictus uoluntarię ſeruituti acq̃eſcat.

Ludus aleæ.

Sic & apud hiſtoricũ loquit̃ impatorũ unus,pene concidi,& tãta erat germanorũ libertas.Hodie q̃q; libertas penes noſtros q̃ta ſit? ex clade Suitenſiũ ſcimus,qui ſemel re infecta,occiſis ciuibus,extrema (ſalua libertate) pati nõ denegauerũt. Nec unq̃ tributa aliqua ſoluiſſe planũ eſt Germãos, uſq; ad impii translationẽ ad eos,niſi ſemel Vngaris. Pro libertate tñ cũ duce Hẽrico nolebant ſoluere,& uicerunt,ut ſcribit Lupoldus.Bene ergo Cor.Tacitus Arſacidis regno acriorẽ dixit eſſe libertatẽ noſtrã. Ammianus de Sarmatis lib.xvii. Qui libertatẽ,inq̃t,ſperabant parere impiis,& alias ſedes ſuſcipe ſunt accenſi trãquillas,ut nec bellis uexari, aut ſeditionibus mutari poſſint. Ioſephꝰ li.ii.belli iudaici.Septuaginta annos Germanos ait pro libertate pugnaſſe,uerũ tantũ ad ſuũ tempus rẽ eſt metitus,ſi diutius uixiſſet, maiori ſpacio hãc numeraſſet.

De ira & furore Germanorum. Ca. xxiii.

Ira Germanorũ.

NVnc ad irã Germanorũ deſcendã, q̃ cos fortitudinis a peripateticis eſſe ferebat̃. Seneca grauis author, Iracundiſſimas gẽtes Germanorũ ac ſeptentrionaliũ eſſe arbitrat̃. Similiter & Albertus in li. de natura

locorum Lucianus, Scythas ſeptentrionales in dialogo τόξαρις inſcripto aſſerit ἔχθρᾳ μὲν ἀεὶ χρῆσθαι, καὶ ὀργῇ ϗ θυμῷ. i. ſemꝑ malę irę q̃ furori indulgere. Ira olim ut Cor. Tacitus lib. xix. aſſerit, Germanorum inconſulta erat, ut etiã Ioſephus lib. xix. ſcribit, barbarorum p̃ceps, inquit, ſubita, & repentina, ira eſt. Seneca q̊q lib. primo de ira. Quid curſu acrius? inquit, quid induratius ad oẽm patiẽtiam &c. & multa ibidẽ de eorũ ira diſſeruit. Claudianus de Alarici regis Gotthorũ ira ſcribit in Stylicõe. Sed nec euentu, inquit, minus furor caret. Sic etiã de eorũ furore ſi quis legere cupit Florum lib. iiii. uideat, ubi pugnã & exitium Q. Vari deſcribit. Mamertinus ad Conſtantinũ, Francorũ furorẽ ultra oceani æſtum feruere ſignificauit. Man. ad cæſarẽ. Ecce Carithnos, q̊s furor armauit. Sidonius li. x. Obſequiũ gens una negat quæ nuper ab Iſtro Turgida plectendas in prælia ſuggerit iras Rettulit indomitũ ſolido truculentior agmẽ. Et Panagyricus ad filiũ Conſtantini, non ueritus gentis Frãcorum inexecrabiles iras ac odia. Oroſius, Euſebius, & Eutropi⁹, de furore mulierũ Germanarũ tm̃ Tiberii & Druſi tp̃ibus plura retulerunt. Taceo furorẽ Cimbrici belli, cui⁹ Otto, Plutarchus, & alii pleniſſimi p̃cones ſunt. Furoris Germanorum teſtes ſunt, ut Methodius martyr, Paulus Diaconus in hiſtoria Longobardorũ, Rhegino Prunienſis, & Aeneas Syluius aliiq inquiunt, uniuerſæ urbes Italiæ, Galliæ, Græciæ, & totius Europæ nunc dirutæ. Quarum in plæriſq ueſtigium adhuc apparet. Teſtimonium huius perhibet Ammianus Marcellinus lib. xvi. dũ ꝓpter furorẽ Germanorum inter Coloniam & Confluentiam nullam olim ciuitatem uiſam teſtatur. Et idem circa finem. Fremitus, inquit, Alemanorum indignatione mixtus, unanimi conſpiratione uociferantium erat, & in oculis eorum furor uidebatur. Id etiam peculiare eorum irę & furoris argumẽtum eſt, ꝙ ſemper Germani armati ſunt, & armis cincti fuerunt, ut Egeſippus probat libro primo, ꝙ & in exequiis etiam militarem ordinem ſeruauerĩt germani, ac ſi in bellum ire uoluerint. Idem Campanus in oratione ad principes teſtatur. Nec, inquit, maiores ueſtri templum niſi armati ingrediebantur.

Ira inconſulta Ger.

Furor

De armis, lanceis & frameis Germanorum. Ca. xxiiii.

NAtio quaſi quælibet propriis decorata armis nitebatur, Romani pilis, alii aliis, Germania uero maxime frameis & haſtis. Quam & Cor. Tacitus maioribus lanceis uti dixit. Similiter et Diodorus lib. vi. quas frameas dicimus, anguſto & breui ferro ac acri, et ad uſum habili, ut eo telo uel eminus uel cominus (ut ratio dirigit) pugnetur, Cornelio in germania libro hiſtoriarum uigeſimo referẽte, q̃d poſt eum Sabellicus recitat libro ſecundo Eneadis ſextæ, quorum ſententiæ addictus Lucanus ita loquitur.

Arma germanorum.

Aut longis Teutones armis. Idem libro primo.
Et biturix, longiſq leues Axones in armis. Et bene leues, quia Tacitus tm̃ miſſilibus uti germanorum pedites aſſeruit, & Celtes lib. ii. odarum cum inq̃t.
Quid ue germanus meditatur armis Dum mouet longa galeatus haſta
Horrida bella. Leuitatem quoq armorũ Germ. Tacitus libro xx. probat. Rhegino monachus Hũnorũ ait eſſe morẽ, pugnare ꝓcurrẽtib⁹ eq̃s, & terga

dando fugã ſimulare, cominus inde reuerſo equo pugnare, & ſagittarios eſſe.

Framea & lancea quid.

Aſtipulant̃ huic de Hunnorũ more Sidonius Apollinaris, Paulus Diaconus de geſtis Gotthorũ, Claudianus, Iornãdes, & multi alii. Propria etiã Germanis framea concedebat̃, & origine nõ alia q̃ germana, nos ain pfrym, ita & lancea (Lantz) licet ſint q lanceã hiſpanicũ dixerint nomẽ. Nec tm̃ Germanis ꝓpri⁹ erat, lõgarũ haſtarũ uſ⁹, ſiq̃dẽ Homer⁹ δολίχ᾽ ἔγχεα .i. longa tela Græcis ac Troianis aſcripſerit. Tacitus li. i. hiſto. Barbari, inquit, cecinnę ſtatiões perfregerũt, Sueui aũt & Cheruſci ingentes haſtas ad facienda uulnera ſtrinxerunt.

Septentrionales Germanorũ maxime ſagittis uſos fuiſſe. Ca. xxv.

Qui populi Germanorũ ſagittarii.

ILli aũt q magnã Germaniã incolebãt, ſagittariorũ nomẽ ꝑpetuo attributo ſibi deſumpſerũt. Sycãbri aũt telis Amazonũ uſi ſunt, referente Horatio li. iiii. oda xiii. Te cede gaudẽtes Sycãbri. Cõpoſitis uenerant̃ armis, idẽ Horati⁹ Vindelicis ſecurim Amazonũ cõceſſit. Mãtuanus, hi ſpicula torquẽt, Pantheſilea nõ ĩferiora ſecuri. Cymbri, auctore Plutarcho ĩ Mario, tricuſpide telo utebãt̃. Daci aũt & Getæ ueneno ſpicula eorũ inũgebãt. Silli⁹. n. ita ſcribit. Dacus ut armiferis Geticæ telluris in oris, Spicula qui patrio gaudet acuiſſe ueneno. Plura Iornandes. Ouidius etiam in Triſtibus. Pars cadit hamatis miſere confixa ſagittis. Nam uolucri ferro tinctile uirus ineſt. Procopius lib. ii. Maſſagetas ſagittandi peritiſſimos aſſerit. Apud eundẽ Gotthos nõ ſagittarios niſi ex longinq̊ teſtat̃ Bellizarius. Iulius Capitolinus in Maximino ait cęſarẽ Germanis peritis ſagittãdi, ſagittarios Mauros oppoſuiſſe, q̊d & Herodianus refert. Nazarius Mamertinus ad Diocletianũ optĩos ſagittariorum Bohemos aſſerit. Lucianus in dialogo q τόξαρις inſcribit̃, de Scythis ſeptẽtrionalibus. οὐ μόνον ἄρα τοξεύειν ἀγαθοὶ ἦσαν σκύθαι, καὶ τὰ πολεμικὰ τῶν ἄλλων ἀμείνους .i. Nõ ſolũ utiq; ſagittãdo ualẽt Scythę, uerũ & eos in his q̃ bellicã uirtutem ſpectant, cæteris præſtantiores eſſe uideo.

De ſcutis atq; catheiis Germanorum. Ca. xxvi.

Scuta germanorũ

SCuta Germanorum lætiſſimis coloribus diſtincta obducebant̃, referẽte Cornelio. Plutarch. in Mario ferreis ſcutis uſos refert Cimbros. Fuit aũt peculiaris in bello ſcutorũ cõſuetudo penes eos, ita ut Cornelius Phẽnas populos eo argumento Germanos dixerit, qa ſcuta gerũt. Et idẽ Cornel. in hiſtoriis Brunonẽ canenefatũ ſcutũ ſibi impoſuiſſe aſſerit ad morẽ gẽtiũ. Sic aũt obtinuit mos ille cõficiẽdorũ ſcutorũ, ut hęc ex boũ tergis ſicuti ĩ hiſtoriis Tacitus profitetur conſarciebantur. Familiare etiã apud eos fuerat detortis mulierum crinibus ſcuta ac tela eorum imbuere, quem uſum ualidiſſimũ Vegetius, Frõtinus, & alii fecerũt. Maximin⁹ cęſar q utroq; parẽte germanus ferebat̃, fœminarũ crines telis adhibuit, ut Iulius Capitolinus, & Aelius Cordus de eo teſtant̃. Romani ideo Veneri Calųę tẽplũ cõſtituerũt, ut mulierũ comis uti ipſis liceret, ut Deuſippus ac Arianus græci authores, & Iulius Capitolinus collegerunt. Cæterum Sclaui clypeum ac tela in manibus geſſerunt, Procopio referẽte lib. ii. belli Gotthici. Rugi aũt ac Leuonii rotunda ſcuta, Naharuali uero & Harii Germani nigra induerunt, quemadmodum ait Cornelius in Germania

Campanus in orõne Ratiſponenſi multa ſcutorũ genera inueniſſe Germanos refert, in q̊rũ numero ego cateias puto eſſe referendas, dũ illis alios a Germanis uſos fuiſſe non legat̃. Huius teli meminit Virgilius, qui in vii. libro tantum μεταφορικῶς quibuſdam aſcripſit aliis. Teutonico ritu ſoliti torquere cateias. Et Sidonius Appollinaris li.xx. Quondã fracte ſubis Cimber gladiiſqꝫ grauatus Ante manus ſolas iuſſi portare cateias. Volunt aũt cateias ſcuta fuiſſe p̃longa, pene totã corpis inferioris partẽ tegentia. Qualia Boemorũ ſcuta, ſolo (dum p̃liat̃) infixa referunt̃ (ain Tartz) Locũ hunc Virgilii Seruius q̄ Cateiæ.
Landinus illotis pedibus tranſeunt, & quorſum id attineat? q̊d ad Gallos referant, non intelligo. Nec p̃mittat̃ q̊d Cornelius ait lib. hiſt. v. ex urorũ tergis ſcuta fabricare ſolitos Germanos, & addit eodẽ anno Phryſii tranſrhenani terga boũ, ꝓ ip̃ẽſis in uſus militares negabãt, donec Olẽnꝰ eorũ prĩceps urorũ terga ipſis tradebat. Hæc ille.

De gladiis ac curribus in bello Germanis peculiaribus. Ca. xxvii.

NEc ſemp̱ λοφόφοροι Germãi extiterũt, uerũ gladiis aliq̃n res agebat̃ ab ipſis. Bellizarius dux apud Procopiũ græcũ lib. i. tm̃ Gotthos telis ac gladiis cõſueuiſſe refert. Cornelꝰ breues gladios Rugiis ac Leuoniis ꝓprios eſſe aſſeruit. Idẽ Cornelius in hiſtoriis nonnihil Germanos ad pedeſtrem pugnã ualere putauit, p̃ſertim dũ contis ac gladiis rem gerant. Camillꝰ conſul uidit uiriũ ſummã Galatarũ tm̃ in agitatiõe ac uſu gladiorũ poſitã, referente Plutarcho, conſtituit igit̃ contos p̃acutiſſimos. Valuerunt & gladii non parũ contra Germanos, Cæſar eñ cõmẽt. pri. ac Maximinus, referente Herodiano, nuda Germanorũ capita, nullo telorũ gñe plus offendebant q̄ꝫ gladiis. Curribus etiã ſungebant̃ noſtri in bellis, q̂s Germanorũ mulieres maritis (ne uiri eorũ effugerent) oppoſuerunt, Cæſare, Eutropio, Euſebio, & aliis referẽtibus, Et Scythas ſeptentrionales in exercitu curribus uſos Lucianus refert in dialogo qui ἢ φιλία inſcribitur. Arma German.

De uariis telorũ & armorũ gñibus, uariis germãis attributis. Ca. xxviii.

ET licet p̃ſcriptis armis Germani in cõmuni acqeuerint, ꝓpria tñ arma pene cuiqꝫ Germanorũ generi a ſcriptoribus ſunt addicta, quibꝰ uidelicet plus aliis ualuerint, quod Sidonius illo diſticho oſtendit. Varia genera armorum

Curſu Herulus, Hunnus iaculis, Francuſqꝫ rotatu,
Sauromatæ clypeo, ſalius pede, falce Bohemus. Et Claudianus in Stylicõe Nec falſe gelonus, Nec arcu pepulere Getę, nec Sarmata conto. Statius etiã in ii. Achil lib. Nec q̊qꝫ me ulla feri mauortis imago Præteriit, didici q̊ pæones arma rotatu, Maſſagetæ ſua geſta cient, q̊ turbine ceſtũ Sauromatæ, falcẽqꝫ getes, arcũqꝫ Gelonus. Bilibaldus Birckaimerus uir in oĩbus literis adeo exercitatꝰ ut οὔπω ριοῦρν ἐγὼ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν in proxima ad me epiſtola ita ſcripſit. Narrabis igitur quomodo Attila militãtibus cum ip̃o Sueuis pedibus, Hunnis arcu, Alanis graui armatura, Gotthis enſibus &c. Si autẽ proprium quiddam Germaniæ loco attributi concedere uolumus, bombardæ inuentio euiuſqꝫ uſus ipſis erit accommodatiſſimus.

De inuentione Bombardarum Ca. ix.

Bombardæ unde.

OMnium q̄ crudelitatis impulſu ſibi ipſi mortalitas noſtra excogitauit, crudeliſſimū Bōbarda locū obtinuit, cōtra quā nullę ab humano ingenio elaboratę, ꝓualent artes, uulla uirt9, fulmīe.n.minati9, oīa obuia ꝓſternit, ſolo ęquat, nihil hoīm manib9 adeo firmū ac ſtabile fūdatū eſt, cuius uires non excedāt bombardarū tonitrua ac faces, quæ mare, quæ terras cœlūq́ꝫ ꝓfundum, qppe ferūt rapide ſecū, uerrūtq́ꝫ ꝑ auras. Hui9 īuētorē tot funerib9 dignū, Polydor9 de īuētiōe rerū ſcribit. Stapulēſis politicā Ariſtotelis enarrās cōgruū fuiſſe ait, authorē tātę machinę opus ībuiſſe. Non me latet multarum rerum fontem eſſe, non tamen auctor memoria debita (ut rei cum rerum natura ꝑliātis reꝑtor) defraudet. Polidorus nomē autoris reticuit. Stapulēſis huius artificii originē an Burgūdis: an Germāis aſcribat: hęret. Cāpan9 ī orōne Ratiſponēſi, ac Platīa ī uita Vrbani VI. germāis aſcripſerūt, multi id monacho cuidā cōceſſerūt, q ex libris philoſophi de cœlo uidēs, ignē multo mai9 ſibi ſpaciū q̄ꝫ terrā uēdicare, ac mixta corpa (ut phyſici loquūt) in ignē redigi, ęreā ollā undiq́ꝫ circūſeptā, ſulphure ac puluere repletā, igne accedente conflauit, agnoſcēs roborib9 acernis dēſiſſimos ornos cōtuſos, bōbardā a ſono dictā eſtinxerat. Alii uo cuidā noīe Petro tribuerūt, q pſpectiua arte ībut9, ex duab9 rebus diuerſiſſimis, nā altera ſūmo frigore ex ſaligno Salpetro, altera calore naturali īſtincta puluerē cōglutīaſſe, ac ī morē fulminis naturali rōne cōſtituiſſe, & ſic Bombardam reperiſſe dicitur. Adrianus Cardinalis in li. de uenatione inquit.

Erat Sycamber,
Forte in tam celebri ſodalitate
Audax, prælia tanta qui cieret
Libs cognomine, machinę repertor
Mirandæ, horrificæ, minacis, atræ
Qualem nec Steropes, nec ipſe ferē
Pater Lemnius inferis cauernis
Informaſſe Ioui, nec ulla in orbe
Per tot ſecula excogitauit ætas
Nam truncum teretē, æneum cauūq́ꝫ
Nitro ſulphure puluere & ſaligni
Carbonis replet, uſq́ꝫ ad umbilicum
Includitq́ꝫ palam, ex liquente plumbo,
Superne tenue oppido foramen
Spirat, hanc iacit igneam fauillam.
Non ſic fulminis impetus triſulci
Nec balarica ſic rota fertur.

Multa Nauder9, & alii. Nō aūt hęc de fūda balarica ſīlia ſunt, q̄ ſine ſulphure emittebāt. Sabellic9 germāi noīs hoſtis, deniq́ꝫ id nobis reliqt, licet ſępe ſundis & alios populos uſos ſcribat. Tanais Scytharū rex ī ep̄la ad Vexorim regē ęgyptiorū, Parthos olī & fragoſis uaſis cōſueuiſſe ait, ꝓcul hoſtes ferire, ī modū ac ſonū tonitruę. Id tn̄ certo certi9, Venetos cōtra Genuēſes primos bōbardis conſueuiſſe, & primo tunc ea tormenta fuiſſe uiſa, ut Platina in loco prędicto aſſerit, ac germanos huius repertores aſſignat. Nec non Campanus in Ratiſponenſi oratione. Nec Beroaldus illo carmine eius inuentione germāos defraudare uoluit. Menſarū nitidas ære machinaſq́ꝫ Ad nos belligeras ſubinde mittis. Annus aūt tūc milleſimus & ſupra trecenteſimū octuageſimus agebāt, quando bombardarum tonitrua a Germanis ſunt repta. Et tandē de illa. Sūt præterea artifices longe optimi in Germania, qui a gręcis γρυτυβαλγαστιδισται dicuntur, quorum artificio nil abſolutius alius orbis produxit.

De equitatu Germanorum ac equis eorum. Ca. xxx.

EQuitatu Germãos τῶ ἀμφιπποτοξότας plurimũ ualuiſſe oĩm ſcripto
rum conſenſus allegauit, repetat̃ oĩs ætas, om̃e bellũ Germanorum
uirtute cõfectũ, & cõſtabit primas uirtutis partes eqtatui germãico
fuiſſe delatas. Bellizarius apud Procopiũ li.ii. aſſerit Gotthos tm̃ equites telis
ac gladiis conſueuiſſe, licet & idẽ Procopius ibidẽ uirtutẽ eqtandi Sclauis ade
merit, & eos κατὰ ἀντίφρασιν tm̃ pedibꝰ bonos dixerit. Pauſanias græcꝰ in Pho
cicis pene tm̃ eqtatum Galatis Germanis conceſſit, quantã pedeſtriũ multitu
dinẽ. Maximinus impator Germanorũ eqtatũ ſemp hoſtibus antepoſuit, Ca
pitolino ac Herodiano referentibus. Idẽ impator ſummope Germanorũ eqta
tum horruit, unde aduerſus eũ mauros ἀκροτάτους immiſit, qui paulum ſubmo
uerent eqtes hoſtiũ, ut ait idẽ Herodianus. Cæſar q̊q; in cõmẽtariis Germano
rũ equites ſæpe ſtragẽ ingentẽ edidiſſe aſſerit. Eqtes Germanorũ ſcutis ac fra
meis uſos fuiſſe collegit Cornelius, Procopius gladiis & telis add t, & raro ſa
gittis. Equos p̃terea Germani ad belli uſum alebant, poſthabita forma aut cor
poris uelocitate, ut Tacito placet. Appianus in Celtico Germanorũ eq̊s in ne
ceſſitate lignis ali poſſe profitet̃. Ad natandi etiã conſuetudinẽ eq̊s adhibebãt
Germani, ad q̊d illud Cor. Taciti attinet, ſic dicentis in hiſtoriis. His qui ueteri
(inquit de Germanis) inſtituto nobiliſſimi regebant, erat equus natãdi ſtudio
deditus. Idẽ Herodianus li.viii. Auſi inqt, ſeſe Germãi ſunt fluminibus ἅμα τοῖς
ἵπποις διανήχεσθαι εἰθισμένοις (ut eiꝰ ꝟbis loquar) cũ eq̊s natare peritis ĩmergere.

Eqtatus Germanorum.

De ſigillis, ſignis, galeis, thoracibus, & reliquis bellorum inſtrumentis ueterum Germanorum. Ca. xxxi.

VAria ſecundũ gentis diuerſitatẽ ſigna erãt Germãis, Cimbrorꝫ uexil
la taurus ĩbuit, ut ait Plutarchus in Mario. Frãcorũ etiã leo retulit, re
ferẽte Hunibaldo. Saxõibus idẽ ſignũ Hermãnꝰ fuiſſe, ꝓbat. Gotthis
uero urſa, Gepidis nauis, Alanis, Burgũdiõibꝰ ac Sueuis Hiſpaniã inuadẽtibꝰ
Catꝰ in ſignũ militare aſſumebãt̃, Methodio colligẽte. Cimbri galeis horrẽdis
hiãtiũ aĩaliũ imaginibꝰ luſtratis utebãt̃, ut Plutarcho placet. Alii Germanorũ
(ut Cornel. ait) pauci galeis aut loricis tegebãt̃. Procopiꝰ etiam Sclauos thora
cibꝰ oĩno nõ uſos aſſerit. Et ut rei ſummã uno dicto teneas, armorũ grauitate
offendebãt̃ Germãi, leuibꝰ uero ſemp fungebãt̃, ut Plutar. in uita Camilli ait.

Signa germanorum.

Galeæ & thoraces germanorum.

De inſtructione acierũ, ac modo ineũdi bella German. Ca. xxxii.

DVm Vegetiꝰ, Aelianꝰ, & alii cuneos ꝑtim literis, ꝑtim ĩſtar τῶ ζυχοβατῶ
uarias ĩſtruẽdarũ acierũ ſpecies aſſignẽt, Germani ἄτεχνοι furore q̊dã
more barbarorũ uulnera inferebãt, ut Plutarch. de Galatis germãis
ſcribit. Acies tñ ꝑ cuneos cõponebãt, & loco aliqñ cedebãt. Tacitꝰ em̃ lib.i. ubi
Druſi pugnã aduerſus Cheruſcos auſpicat̃. Dirigũt̃, inqt, apud germãos acies
nõ ut olim diſiectę ꝑ catenas & uagis ĩcurſibꝰ. Pauſanias in Phocicis alã Gala
tarũ tũc Germanorũ ita ĩſtructã ĩducit. Primo numerũ eqtũ Galatarũ igẽti nu
mero cõp̃hẽdit, duo, inqt, circa unũquẽq; eqtẽ miſtri uerſabant̃, ἀγαθοὶ καὶ αὐτοὶ
τὰ ἱππικὰ, ut eiꝰ uerbis loq̃r, q rerũ equeſtriũ haud ignari paribꝰ eq̊s uehebãt̃.

Bellica inſtructio Germ.

Et a tergo ſecūdū ſeriē ſeqbāt̃,& ad oīa negocia parāda utiles reqrebāt̃. Hęc ille. Cæſar in cōment. Germanos multo tumultu bellū ingredi aſſerit, quēadmodū Plutarchus oēs barbaros ait magno ſublato clamore, bella exordiri. Et Homerus Troianos tumultu, græcos uero tacitos in bella irruere aſſerit. Plurimū aūt & in cuneos acies noſtri maiores cōponebant, unde merito Cuneos Germanorū Appianus appellat fortiſſimos. Germāos in pricipio pugnæ acerrimos antiqtas dicebat, & Marius, referente Plutarcho, tm̄ acies Cimbrorum ualidas primitus eſſe ad ſuſtinendos impetus indicabat. Repentinus em̄ eorum furor extitit. Cæſar Iulius, teſtante Frontino, Germanos fortiſſime pugnantes emiſit, & ita uictoriæ ſe compotem reddidit, ut idem Plutarch9 in Camillo de Cimbris, ac Procopius de Gotthis teſtantur.

De aris Germāię, ubi uidelicet pugnæ olī editę ſūt, & Ro. caſtris. Ca. xxxiii.

Aræ Germaniæ

CONfecta aūt pugna qualicunq; fortuna, Germani in huius rei memoriā aras poſuerunt, quas & noīe ducis appellauerunt. Daci Germani uicto Decio Philippi Cæſ. p̄fecto, aras Decianas conſtruxerūt, ut Iornandes de rebus Gotthorū, Sabellicus, & alii dicunt. Druſo q̊q; inter Salā & Rhenū aræ fabricatæ ſunt. De quibus illa uerba Cornelii ſunt li. ii. hiſto. Foſſa inde ac aræ Druſinæ, inquit, uident̃. Meminit & earū Suetonius in Claudio. Duæ p̄terea aræ in Germania uidebant̃, q̄ ſingulis annis reuolutis die ſolenni q̊ Cimbri a Germanis uicti ſunt, clangorē edebant, ut Dorotheus græcus li. iii. rerū Italicarū, ac Plutarchus in lib. περὶ παραλλήλων ἑλληνικῶν καὶ ῥωμαίων teſtātur. Antoninus in itinerario, ac Itinerarium nup̱ Auguſtæ rep̱tū ararū Vbiorum recordant̃. Aræ q̊q; Barbonæ ubi Baro occiſus erat apud Cheruſcos, & ubi

Caſtra Ro.

Centuriones Romanorū a Germanis mactati erant, erigebant̃, ut ait Tacitus lib. i. hiſt. in fine. Sic etiā ubi hoſtes Germanorū hyemabant, eorū noīe noſtri caſtra dixerunt, ita a Cornelio uetera caſtra, Romanorum caſtra nuncupabant & Vbiorum ciuitas Romanorum colonia dicitur.

A multis diuinatas fuiſſe Germanorū dirruptiōes ac uaſtatiōes. Ca. xxxiiii.

Dirruptiones Germanorū diuinatæ.

CAeterū ut et demū finis uolumini huic eueniat, illud prius annectere uolui, ante multos annos ac ante rei euentū etiā ſæpe Germanorum fortitudinē fuiſſe p̄dictā. Heraclitus em̄ græcus ab Hyp̱boreis Romā capiendā p̄dixerat. Siſr̄ter & Ariſtoteles, referēte Plutarcho in Mario. Valerius etiā q̄dam ꝓdigia Gallorū ſenonū dirruptionē p̄curriſſe teſtat̃. Plinius lib. ii. q̄dam ꝓdigia ac pluuias ante Cimbricū bellū, ac q̄dā ſpecies armaturarū in cœlo apparuiſſe aſſerit. Iuſtin9 hiſtoricus Philippū q̊q; hiſtoriarū uolumine xxix. Romam Gallis ac pœnis prædam futurum prædixiſſe uoluit.

Germanos faciles & prōptos in repetendis bellis. Ca. xxxv.

GErmani ad bella (q̊cunq; modo cōpoſita) renouanda cupidiſſimi fuerunt, ut bene de ipſis Herodianus lib. ᾱ. dixit. ῥᾷ γὰρ τὸ βάρβαρον καὶ ἐπὶ ταῖς τυχούσαις ἀφορμαῖς ῥᾷστα κινεῖσθαι. i. Barbarū. n. eſt in rebus adeo mutabilibus facile ad bella moueri. Ob leuē etiā occaſionē, Brēn9 german9 a Ro. q̄ſitus, cur Cluſianos bello īfeſtaret: apud Plutarchū ī uita Camilli. Paruū, inquit, ſpacium terræ illis ſufficeret.

Germanos nunq̃ uirtute a Romanis uictos eſſe. Ca. xxxvi.

MAximũ id Germãicę fortitudĩs argumẽtũ, ꝙ ſi oĩm auctorũ uolumĩa regrerent̃, nunq̃ uirtute Germanos ſuccubuiſſe conſtaret. Semp̃ eñ auaritię gratia, aut nimia ebrietate obruti, Romanis uictoriã pepererũt. Reuocẽt oĩa a q̃cũq; ætate bella Germãis inflicta: Galli Senones, Sueui ac Germani poſtq̃ uno ductu Romam eorũ populationibus habuerunt patentẽ uirtute Camilli uicti ſunt, dũ ſomno ac uino ſepulti, ſe hoſtibus nõ ꝓuidebãt, Plutarcho in Camillo, Oroſio ac Frontino authoribus. Conſimili dolo Mari9 uſus eſt, q̃ in calida regione Cimbros æſtus ĩpatientiſſĩmos uicit, triduũ eñ erat poſt ęſtiuale ſolſtitiũ, ac in die nebuloſiſſima. In arenis q̃cq; ut ſe inuicẽ cernere non potueruut, ut denicq; Germani ob multitudinẽ ſeſe inuicẽ ferirent, uictoriã Romanis reſtituit, Floro, Plutarcho in Mario, Frontino ca. xxii. authoribus. Nec mirũ fuit, toties uirtute Cimbrorũ uictos Romanos, & hos tot dolorum ac inſidiarũ ductu, ſemel uictorię cõpotes euaſiſſe. Alludit Huttenus egregius poetarũ. Contra eſt Marius, data copia pugnę, Quis non ille dolis, qua ſe non fraude tuetur? Poſſum aduerſus Roma. id dicere q̃d Val. Maximus li. vii. aduerſus Hãnibalẽ, Ro. denſitate nubilarũ arenarũq;, ac oppoſito ſolis aſpectu uincentẽ. Punica uidelicet, inquiens, fortitudo hęc eſt, dolis & inſidiis ac fallacia inſtructa, q̃ uirtutis noſtræ certiſſima excuſatio eſt, q̃m magis decepti q̃ uicti ſumus. Tiberius, ut Cornel. ait li. i. hiſto. in uicis Marſorum inermes ac epulis oneratos Germanos ſtrauit, & nulla ætas ei miſeratione attulit. Verũ Tiberius Cæſ. æquali nebula oriente, ſummo mane in Germanorũ caſtra irruit, ut idẽ Frontinus li. ii. ſtrategematũ ca. i. oſtendit. Iuſtinianus Cæſar ut Germanos uinceret, mẽſas in exercitu parabat, uino ac epulis refertiſſimas, inde fugã ſimulans, Germanos epulis inde ac uino ϗ τῆ ζωροποτίας pene deſyderatos opp̄ſſit, ut ex græcorũ cõmentariis habemus, q̊d & Suidas in dictione βούλγαροι late exequitur.

Germãos nunq̃ uirtute a Romanis uictos

Germanos religione aut a diis uictos, nõ Romanorũ uirtute. Ca. xxxvii.

ALia ratio erat q̊cq; uictorię Romanorũ aduerſus Germanos, & maxima, cũ non hoĩes, uerũ deos noſtri habuerint infeſtos, ſæpe eñ religioni adeo dediti fuerunt Germani, ut certis ſolenniſq; diebus, nulli hoſtiũ ſeſe oppoſuerint. Fuerunt in ſabbathis Hieroſolymæ a Põpeio dirutæ, certũ eñ ei fuerat, eũ diẽ Iudæos habere ſacrũ. Aequali iudicio Germanorum mulieres uiros eorũ ad pugnã non emittebãt, niſi dũ nouiluniũ p̃teriiſſet. Hęc ſciens C. Cæſar, Germanos opp̄ſſit, & in hac ſola pugna contra Germanos uictor euaſit. Hæc Plutarchus in Iulio, Frontinus li. i. Florus in iii. Marius etiã toties rebus Romanorũ ꝓfligatis a Cymbris, ut uictoria potiret̃, aut ſaltẽ extrẽa neceſſitate duct9, illos e Latio ꝓpelleret, ſacrificia diis uouit, ut Sylla hiſtoric9 Val. Maxi. Plutarchus in Mario, Suetonius in Auguſto, Frontinus, & plęriq; alii teſtant̃. Oſtendit & hoc Mantuanus illo carmine. Poſt Cimbrica bella
Barbaricis templum ſpoliis, prædaq; recenti
Struxit, & optato Marius ſacrauit honori. Verum cur non Plutarchi uer

Germani tm̃ a diis uincunt̃

ba in libro qui περὶ παραλλήλων ἑλληνικῶν καὶ ῥωμαικῶν .i.de uirtutibus græcorũ & Romanorũ inſcribit̃ adducamus.Qui in hæc uerba prorupit. Μάριος πρὸς Κίμβρους πόλεμον ἔχων, καὶ ἡττώμενος, ὄναρ εἶδεν, ὅτι νικήσει, ἐὰν τὴν θυγατέρα προθύσῃ, ἦν δὲ αὐτῷ καλπουρνία, προκρίνας δὲ τῶν φύσεως τοὺς πολίτας, ἔδρασε καὶ ἐνίκησε, καὶ ἔτι καὶ νῦν βωμοὶ εἰσὶ δύο ἐν γερμανίᾳ, οἳ κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἦχον σαλπίγγων ἀποπέμπουσιν, ὡς δωρόθεος ἐν τετάρτῳ ἰταλικῶν .id nobis hunc ſenſum reddit. Marius a Cymbris in bello ſupatus,ſomno monitus eſt,tunc ſe uictoriæ cõpotẽ futurũ, dũ in uictimã ſuã filiã(quã habuit Calphurniam) diis conſecraret. Præpoſuit ergo ille naturæ legibus reipub.cõmodũ,unde & uictoriã conſecutus eſt. Videtur adhuc duæ aræ in Germania,q̃ reuolutis uictoriæ tp̃ibus clãgorem edunt,ut Dorotheus in iiii.rerũ Itali.teſtat̃.Idẽ Plutarchus in uita Marii,Catulum refert Marii collegã,fortunæ templũ deuouiſſe,ut in meliorẽ ſtatũ res Romanę redigerent̃.Nec oĩm memorabiliſſima illa Antonini cæſaris clades contra germanos emittat̃.Fuit tunc tp̃is Germanis uictoria p̃ſens in manibus.Romani enim ſitis ac potus indigentia,terrore q̃cꝫ confecti,iamiam pene (antecꝫ hoſtibus cõflixerunt)deſiderati deficiebant.Interfuerant aũt Romanis milites chriſtiani, q̃ repetito toties Chriſti noĩe,imbrẽ largiſſimũ p̃cibus conſecuti ſunt. Germani fulmine territi ac diſſipati,a Romanis circũuenti ſuccubuerũt.Hęc oĩa Oroſius li.viii.ca ix.Euſebius in tp̃ibus & in hiſtoria eccleſiaſtica li.v.ca.iiii.Tertulianus in apologetico ca.v.Platina in uita Soteri papę xiii.Marſilius Ficinus in li. de chriſtiana religione ca.xxxv.Nec tm̃ chriſtiani,uerũ pagani,externi,diuinã ꝓuidentiã tunc Romanis adiutricẽ non excluſerunt,ut ipſe imꝑator q̃ unã epiſtolã de illa clade ad fratrẽ ſuũ ſcripſerat. Appollinaris phũs hanc totã pugnã deſcripſit,& fulmineã nũcupauit.Ad hoc id Athenæi in primo dipnoſophiſtarũ ꝑtinere puto,ubi Antoninũ fulmineũ noĩat.Quaſi Germani tunc nõ a Romanis,ſed fulmine diuinitus miſſo perierint. Multa Iulius Capitolinus in Antonino,Quadratus phũs,Theophilus Sextus,& alii, qui prælium illud totum expoſuerũt.Gratianus etiã Cęſar Chriſti fretus auxilio,multa Germanorũ millia caſtris exuit,ut Otto Friſing.li.iiii.ca.xv.oſtendit.Clodoueũ Francorũ regẽ toties a germanis uictũ habita cũ B.Remigio ratione ac uoto p̃ſtito aſſumẽdę legis chriſtianę,ſi uicerit Germãos,ſubegiſſe tñ eos ſacrę canões, tũ Sigebertꝰ Geblacen̄. Lupoldus,& infinitus ſcriptorũ numerus ꝓfitet̃.Sumus ergo non uirtute a Romanis ac Francis,ſed a deo uicti.Iuſtinus in hiſtoriis Galatas a Diana & Apolline ſupatos oſtendit,& quaſdã in acie,ut & Suidas & Pauſanias teſtant̃,diuino habitu apparuiſſe,ac Delphis uictoriam retuliſſe.

Deꝰ chriſtianos cõtra germanos iuuit.

De oĩbus uictoriis Romanorũ in cõmuni de Germanis,& nos nunccꝫ uirtute ab ipſis uictos fuiſſe. Ca. xxxviii.

Romani plus fortuna q̃ ꝟtute cõtra Germanos uſi.

DEmũ ut rẽ,g̃nali oĩm Romanorũ uictoriarũ deſcriptione oſtendã, qua uirtute nos uicerint Roma.Accedat unicus Plutarchi liber περὶ τῆς ῥωμαικῶν τύχης.i.de Romanorũ fortuna intitulatꝰ,plane feſtiuiſſimꝰ niſi cꝙ miror cur a nu llo hactenus latinæ linguę donatus ſit. Illic Plutarchꝰ pene bella oĩa Romanorũ cõtra Germanos adduxit,& ſemꝑ fortunã ſolã Romanis uictoriam conſtituiſſe concludit,& Romanos fortunæ etiã tẽpla erexiſſe,

ſicuti M. Ancũ & Camillũ καὶ φούριος κάμιλος, ὅτι δ' κελτικὸν ἔσβεσε πῦρ, καὶ τὴν
ῥώμην ἀντίῤῥοπον χρυσῷ κεκλιμένην ἀπὸ ζυγοῦ καὶ τῆς πλάστιγγος καθεῖλεν, οὔτε εὐβουλίας
οὔτε ἀνδρίας, ἀλλὰ φήμης ἱδρύσατο καὶ κληδόνας ἐκεῖ παρὰ τὴν καινὴν ὁδόν. Vbi Furiũ Ca
millũ,qui flãmas gallici belli extinxit,Romã auro inclinatã,a iugo & p̃ſſura libe
raſſe refert,nec bono conſilio,nec uirtute.Sed q̃a fame ædificabat templa,for
tuitu Romã in aliã uiã reſtitutã.Idẽ de Decio refert,quẽ a diis monitũ,Gallicũ
bellũ paruo tp̃e cõpoſuiſſe refert.Idẽ Plutarchus de Marcello innuit,quem &
uirtuti ac honori ſacrificaſſe ſcribit,& idẽ ſubiũgit.Aemiliũ Scaurũ in Cimbri
cis bellis molitũ.Redeat igit̃ prior oratio ad nos,a diis uidelicet non Romanis
noſtros fuiſſe uictos.Interponamus huic libro aliud Plutarchi uolumẽ,in quo
Delphis Apollinẽ conſultãtib⁹. Quid cõtra Galatas agerent? ἐμοὶ μελήσει ταῦτα
καὶ λευκαῖς κόραις mihi hæc curæ erunt,reſpondit,ac cãdidis puellis.ſ.Palladi ac
Dianæ.Nam ut Iuſtinus,Pauſanias,ac Plutarchus referunt,dii in bellum pro
Delphis p̃ſentibus armis,ꝓceſſerunt ac corpibus. Cæterũ ne tm̃ diis, uerũ &
excluſa in aliis neceſſitatibus uirtute,nec nos a Romanis uictos oſtẽdã.Redeat
in priori uolumine Plutarchus περὶ τῆς ῥωμαίων τύχης inſcripto,fortunã a maxi
mis diſpendiis Ro.defenſaſſe referens,Gallis em̃,inq̃t,Capitoliũ anguſtantib⁹
ac arces Romanas diripientibus peſtis, in exercitu Gallorum graſſabat̃.Qua
multi mortales perierant.Itẽ dũ nocturnos aditus Romani ignorarẽt, fortuna
eis uiã rexit.Quid plus? dũ Capitoliũ iamiam a Gallis clam p̃ſcenderet̃. Fortu
na αὐτόματον ἔκτυπον ut uerbis eius utar.i.Fortuitũ non ꝓuiſum auditũ romãis
largiebat̃.Quid multa? εἰ γὰρ ὥσπερ πολύβιος ἐν τῇ δευτέρᾳ βίβλῳ περὶ τῶν τότε τὴν
ῥωμαίων πόλιν καταλαβόντων ἱστόρηκε κελτῶν ἀληθές ἐστι, ὅτι προσπεσούσης αὐτοῖς ἀγγε
λίας,φθείρεσθαι τὰ οἴκοι ὑπὸ τῶν προσοίκων βαρβάρων, ἐμβεβληκότων εἰς τὴν χώραν καὶ
κρατούντων. ἀνεχώρησαν,εἰρήνην θέμενοι πρὸς τὸν κάμιλλον.οὐδὲ ἀμφισβήτησίς ἐστι πρὸς τὴν
τύχην,ὡς οὐχὶ τῆς σωτηρίας αἰτία κατέστη, περισπάσασα τοὺς πολεμίους.μᾶλλον δὲ ἀποσπάσα
σα τῆς ῥώμης ἀπροσδοκήτων, q̊d ita uertimus.Si em̃ uerũ eſt,q̊d de gallis urbẽ Roma
norũ tunc occupantibus Polybius in iiii.lib. ꝓdidit,ſcilicet dũ Gallis nuncia ac
cidiſſent,eorũ domos ab aduenis Germanis eorũ regionẽ militantibus dirrũ
pi ac deuaſtari,ad patriã eorũ redierunt,ꝑcuſſa pace cũ Camillo.Nulla igitur
contentio ſit ad fortunã,ꝙ ſcilicet non Romanorũ ſaluti affuerit,q̃a eis tot ho
ſtes iᷓmiſerit? ſi uerũ dicimus,magis hoſtes a Roma auertit etiã inexpectato.
Hactenus Plutarchus.Ibidẽ ſimul maxima fortuna Iuliũ cęſarẽ ſemꝑ uſum aſſe
rit,& ſi ꝑgeremus ex eo ſolo libro ea oĩa q̃ nobis ad p̃ſentẽ lineã faciunt accer-
ſere,opus eſſet totũ uolumen illud ac integrũ ꝓferre.Cæterũ de Romanorũ
fortunis audire cupido uel ſatis Athenæus ille facit, ĩ dipnoſop.li. Vbi ex Poſſi
donii ac Polybii ſentẽtia plæraq; adducit. Videam⁹ q̃nã dolo et Galatę ab An
tiocho ſuccubuerint? Lucianus in dialogo ζεῦξις ἢ ἀντίοχος inſcripto.Galatarũ
eq̊s aſpectu elephantorũ deterritos (dũ prius elephantos non uiderint) uicto
riam Antiocho peperiſſe teſtat̃. Vnde dũ Macedões(q̃ cũ Antiocho fuerũt)
regẽ καλλινικόν honeſtæ uictorię cõpotẽ dixerunt.Reſpõdit rex collachrymãs,
αἰσχυνώμεθα ὦ στρατιῶται, οἷς γε ἡ σωτηρία ἐν ἑκκαίδεκα θηρίοις θηρίοις ἐγένετο. ὡς εἰ μὴ τὸ
καινὸν τοῦ θεάματος ἐξέπληξε τοὺς πολεμίους, τί ἂν ἡμεῖς ἦμεν πρὸς αὐτούς .i. Verecũdiam

Fortunã
ſemper
Romanis
indulſiſſe

habeamus o milites, φ ſalus noſtra tm̄ in ſedecim illis beſtiis erat ſita. Si non nouitas aſpectus horū, hoſtes terruiſſet: Quid nos aduerſus illos potuiſſemus.

Requiē ſemp Germanis fuiſſe odioſam, & de eorū tributis. Ca. xxxix.

Germani inquieti & nouitatis cupidi.

HAbuit id Germāia cū paucis comune, q̄d cędis inexhauſta, nihil plus φ bella ſp excogitauerit. Vt dū etiā hoſtis ſibi defuerat, in ſe arma mouebat. Cor. Tacitus li. hiſt. ii. Sueuos & Cheruſcos diſceſſu Romanorū ſeſe ipſos affeciſſe teſtat. Mirū in una gente illa, tantā ferri fuiſſe licentiā: tātā cædis edendæ cupiditatē: Procopius autor græcus Herulos Germanos ſcribit regē eorū habuiſſe ſibi offenſiſſimū, eo φ animi eorū aſſidua pace reſiderent, ac pene bellorū deſuetudine corrūperent. Alexander Ro. impator pacē donis ac muneribus cū Germanis cauponatus eſt, ea cōditione, ut a Romanorū damnis deſiſterēt, tam diu ipſe impio p̄eſſet. Germani egre diuturnitatē impatoris ferentes, ſeſe iterū conſueto bellorū uſu in Romanos iniecerunt, ut ait Herodianus lib. vi. de Germanis ὄντες γὰρ καὶ ἄλλως πρὸς τὸ καινοτομεῖν ἐπιτήδειοι καὶ τὸ μὲν πρῶτον τῆς ἀρχῆς. βαρὺ δὲ μῆκος ἐξουσίας ἡγούμενοι ἀκερδὲς δὲ ἤδη, πάσης προσανηλωμένης φιλοτιμίας. i. Sunt em̄ Germani ſuapte natura proni ad res nouandas, & tam longo principatu grauati, minus lucroſum putauerunt, eius diuturnitatē omni ambitione conſumpta &c. Gotthi ſimul ſub rege deſide impatiētes, regem eorū occiderunt, ut teſtat Aretinus in rebus Gotthorū. Paulus Diacon9 ſupra Eutropiū li. xii, Semp ante Theodoſii tpa, ſolo terrore noīs tributa Germanos ab oībus exegiſſe refert, Gratianus Cæſar, referente Blondo, Alanos pecuniis pellexerat, contra Maximinū. Eutropius tñ uel potius Diaconus ſupra Eutropiū li. xi. Inconctant p̄cio ſibi Alanos Gratianū conciliaſſe teſtatur. Ecce Cor. Tacitus li. i. hiſto. magis uerbis adornaſſe q̄ ſpecie uirtutis oſtēdiſſe triumphū Tiberiū inſit. Ad cætera exequenda nonnihil Procopius ualeret, q in primo tum in tertio libro multa de Germanorum tributis diſſeruit.

Germanos olim triumphos eorum uendidiſſe. Ca. xl.

Germanos auro triūphos uēdidiſſe

GErmani q̄ ſtudioſi fuerint pecuniis, li. ii. diximus. Victoriā aūt plerūq; auro uendiderunt, oſtendit hoc Iuſtinus de Galatis Germanis. Qualſauit & id Germanorū famā nō mediocriter φ uictoriā conſecutam auro uendiderant Germani, ac impenſiores ad compandas pecunias q̄ laudes inhiabant. Scriptores inde pecuniā in uictoriarū deſcriptione omittentes, abſolutā uictoriā Romanis aſſignauerunt, ut in nullo bene de Germanis meriti ſunt, in oībus q̄ ad Germanos ſpectant iniquiores extiterunt. Traianus Cæſar māſuetudine ac donis Germanos ſupauit, ac ſibi uictoriā aſcripſit. Germani ut fuerant ἀφιλότιμοι libero aīo tulerunt. Otto Friſing. li. ii. ca. xlviii. Germanos a Iulio cæſ. pecunia lactatos titulū uictoriæ cęſari cōceſſiſſe refert. Galli ſenones tunc Germani capta Roma, ac Romanis deuictis, in agendis p̄dis adeo occupati fuerunt, ut Romanis fugentibus non ſolū uitā, uerū & reparandarū uirium occaſionē ac ſpaciū reliquerint. Vnde uictoriæ ignaros Plutarchus in Camillo eos ac barbaros appellauit. Datū igit fuit Germanis uincere (ut uerbis Liuii ad Hannibalē dicā) uerū non uictoria bene uti. Thraces (q̄s ideo Germaniæ aſcribere

aſcribere ſoleo, dum pene ſemper Getæ eam inhabitauerint, ut prius oſtendimus, æquali ſtoliditate diuitias uictoriæ præpoſuerunt, teſtante Plutarcho in libro περὶ παραλλήλων ἑλληνικῶν καὶ ῥωμαικῶν.

Germanos a nullis niſi Germanis uictos extitiſſe. Ca. xli.

ET ut demũ Germanicę fortitudinis ſummã habeas. Germanos nũq̃ niſi a ſuorũ militũ uirtute deſtitutos inueneris, qui dũ diuerſis partibus ſtudebant, in quãcunq; partẽ uictoria inclinauerit, ſemꝑ Germanorũ fuerit neceſſe eſt. Camill9 Gallis Gallos ſtrauit, Aemilius Paulus Baſtarnis Germanis Germãos ſuꝑauit. Iulius ac Auguſtus ſemꝑ germãis exercitũ eorum inſtruxerunt ut prius diximus. Id & Antonini ex Suidæ ſententia moliebãt. Iuſtinianus cęſar contra Gotthos agens, apud Narſetẽ tantã multitudinẽ habuit ꝓficiſcentẽ, quanta uix Iſtrum tranſlata unq; eſt, referente Procopio li. ii. Tot quoq; Herulorũ millia ſibi aſciuerat. Ita Claudius cæſar Gotthos Germanis detriuit. Maximinus ſemꝑ Germanis ad ꝓlia uſus eſt, Herodiano authore. Stylico Vãdalorũ auxilio Gotthos deſtituit. Bellizarius aduerſus Gotthos (referente Procopio) Herulos & Alanos habuit cõmilitones, & ſi ad calculũ res deducenda eſt, non ſuſtinueris, quin ſemꝑ Germanorũ armis Germanos ſuccubuiſſe inuenies. Cor. Tacitus lib. i. hiſt. Tiberium Cæſarem Germanos, quos apud ſe habuit, ad aciem contra Cheruſcos poſuiſſe affirmat.

Germani tm̃ a Germãis uincuntur.

De patientia ſitis & fame Germanorum. Ca. xlii.

VEgetius rei militaris author non ſpernendus, militẽ ob id e ſeptẽtrione. i. Germania eligendũ ſuadet, q̃d hi ſitis ac fame patientes, laborẽ quẽcunq; tolerare poterint. Nec id bellicę uirtutis minimũ in ſe continet. Ouidius Germanorum patientiæ teſtimonium tale adhibuit.

Quodq; ſitim didicere diu, tolerare famemq;,
Quodq; ſequens nullas hoſtis habebat opes.

Ateas Scytharũ Germanicorũ rex Philippo Macedonum imꝑatori ita apud Plutarchum ſcripſit, σὺ μὲν ἄρχεις μακεδόνων ἀνθρώπων μεμαθηκότων πολεμεῖν, ἐγὼ δὲ σκυθῶν, οἳ καὶ λιμῷ καὶ δίψει μάχεσθαι δύνανται. i. Tu quidem Macedonibus imperas rerum bellicarũ peritis, ego uero Scythis, qui famẽ ac ſitim tolerare poſſunt. Appianus nõ ſolũ Germanos, uerum & equos eorum tanta continentia aſſuefieri indicat, ut in neceſſitate etiam lignis u eſci didicerint.

Germanorũ frugalitas & parſimonia.

De ſupplicationibus Germanorũ eorũ qui ſuccubuerunt in præliis, aut captiui ducebantur Ca. xliii.

DVm aũt deus Opt. Max. præuertit Germanis anchorę iactũ, ita ut & hi conditione rerũ mortaliũ, in arena aliorũ uirtuti ſuccubuerit, raro tñ ſeſe dedebãt, niſi rebus ſaluis, quẽadmodũ apud Procopiũ Gotthi. Septentrionalibus uſus erat alio ſupplicãdi genere, porrecto ſcil. boum corio εἰς τοὐπίσω παραγαγὼν τὼ χεῖρε, ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν ἀγκώνων δεδεμένοι. i. Reductis in tergum manibus, more illorum qui a cubitis uincti ſunt. Hæc Lucianus. Victi ꝓterea ac capti ſeptẽtrionaliũ Zyrym dixerũt, quẽadmodũ antiq ſaltẽ. i. ſalutẽ.

Modus copiendi German.

Zyrym.

FINIS LIBRI QVARTI

GERMANIAE EXEGESEOS

LIBER QVINTVS EXEGESEOS GERMANIAE

De bellis Germanorum in generali & communi, & continet capita XLVIII.

Primum, De primis Germaniæ bellis.
II. De bello Iulii Cæſaris contra Germanos.
III. De bello Auguſti contra Germanos.
IIII. De traductione populorũ a Druſo, & eius ſtrategematibus.
V. De aliis ductoribus ſub Auguſto contra Germanos, ut Labieno, Lentulo Pollione, Vibio, Lelio, Varo. &c.
VI. De Tiberio, Claudio, Caio, Nerone contra germanos, & eorum ducib⁹ Virginio, Ruffo, Strabone, Pompe. Vindice &c.
VII. De Galba, Caligula, Veſpaſiano, Ottone, Vitellio, contra germanos
viii. De Domitiano, ac eius ductoribus Cornelio Fuſco, L. Anto. Appio Sabino, & reliquis contra germanos inſurgentibus.
ix. De Traiano ac Hadriano contra germanos proficiſcentibus.
x. De Antoninis contra Germ. ſtrategemata agentibus.
xi. De pertinace, Auuidio, Caracalla, Heliogabalo Imp. contra germanos.
xii. De Clodio Albino, Alexandro Seuero, Maximino, Gordiano, Galieno, Poſtumo, contra germanos militantibus.
xiii. De Galli Hoſti, Taciti, Aureliani, Procli præliis contra germanos, & eorum triumphis.
xiiii. De Conſtantino ac Iuliano Cæſ. contra germanos.
xv. De Valentiniano, Valente, Gratiano, aduerſus germ. bellantibus.
xvi. De Theodoſio, Arcadio, Honorio, Martiano imper. contra germanos
xvii. De damno Romanis a germanis illato.
xviii. De imperatoribus temere de Ger. triumphantibus.
xix. Multos imperatores ignauos tanti a panagyricis factos, & qui nihil in germ. egregie geſſerunt
xx. De damno a germ. Iulio & Druſo illato.
xxi. Quid germani Auguſto diſpendii intulerint?
xxii. Quomodo Domitianus, Traianus, Adrianus, Antoninus, Maximinus, Veſpaſianus, Poſtumus, a germanis uincebantur.
xxiii. De germanis contra Galienum ac Claudium inſurgentibus.
xxiiii. De damno a germanis Conſtantino ac filio eius, Diocletiano, Iuliano, addicto, & eorum irruptionibus tempore illorum imperatorum.
xxv. De iactura a noſtris Theodoſio inflicta, & eius tẽpibus irruptionibus.
xxvi. Catalogus imperatorũ contra germ. debellantium, & eorũ infortunio.
xxvii. Repetitio oĩs diſpendii, quo germani Romanos affecerunt.
xxviii. De ĩcurſioĩb⁹ germ. in Ro. ꝓuincias, Auguſti, Tiberii ac Nerõis tẽpib⁹.
xxix. Quomodo Druſus non ſine exitiali diſcrimine germanos afflixerit, & quæ eius temporibus a germanis uaſtata ſint.
xxx. De irruptionibus germ. in Rhætiã, Illyricũ, aliorũ impatorum tẽpibus.

xxxi.De Germanorum populationibus ſub Gordiano,ac aliis editis.
xxxii.De irruptionibus Germ.ſub Veſpaſiano cæſare factis.
xxxiii.De uaſtatiõibus ꝓuinciarũ Ro.a noſtris ſub Galieno, Macrino ac Clau.
xxxiiii.De direptione Tomitanæ urbis a Germanis.
xxxv.De incurſiõibus Germ.Aureliani Cęſ.& ſubſequentium imperatorum
xxxvi.De irruptionibus Germ.tp̃ibus Cari,Floriani,Taciti,Bonoſii.
xxxvii.De uaſtationibus Germ.temporibus Gratiani,Theodoſii.
xxxviii.De populationib. Germ.Iuſtiniani tp̃ibus in Ro.imperium.
xxxix.De limitibus Germaniæ,ubi grauiſſimos ſumptus Ro.faciebant,tantũ ad cuſtodiendum Romanum imperium.
xl.De cuſtodibus limitum,& Germanorum limitationibus.
xli.Difficultas ſubigendi Germaniam a Ro.& aliis.
xlii.De ſubactione omnium prouinciarum Germanicarũ a Romanis,& q̃mõ Romani Germaniam,& quando ſubegerint.
xliii.De ſubactione totius Europæ a Germanis.
xliiii.De Hungarorũ ſtrategematibus contra Germanos.
xlv.De ſubactione Vngariæ a Germanis.
xlvi.De ſubactione oĩm aliarum gentium,& debellatione a germanis.
xlvii.De uirtute dñorum Teutonicorum,& ſubactione Pruſſiæ.
xlviii.& ultimum.De captione Liuoniæ.

LIBER QVINTVS

NOn me latet,magnum ac difficilem laborem nobis eſſe ſubeundum,& nos minimam metam laboris attigiſſe, dum in medio opere noſtro,pene principio proximiores paulum a littore receſſimꝰ, adhuc longe a deſtinato fine ſumꝰ remoti.Bene tamen ſe res habet,dum memoriam aliquam rei nobis difficilimæ in deſcribendis Germanorum bellis exceſſerimus.Nam libro proximo bellicam in noſtris uirtutem exorſi,ad præſentis libri negocium aditum fecimus,ac illa quę ad deſcribenda bella condonabuntur,ſummis tantum digitis attigimus. Præparatiua quædam ac præfaciones noſtri inſtituti deſcripſimus.Nunc uero uirtutẽ bellicam aggrediamur, oĩbꝰ excluſis ambagibus qbꝰ intẽdi creſcere aut deprimi res noſtra potuiſſet,nudã rei ueritatẽ cũ geſtarũ rerũ magnitudĩe,qua poterimꝰ breuitate trãſcurremus.

De primis Germaniæ bellis. Ca. I.

MVltę ac uariæ priſcorũ germanorũ gentes extiterũt,qui ante Germanorũ noĩs cognitionẽ,totã terrã inuaſerunt. Quẽadmodum Cimbri Romãos,Galatę Aſiã,Getę Scythiã ac Thraciã.Quorũ ſtrategemata uſq; ad ſequẽtis libri memoriã dilaturꝰ ſũ.p̃ſentis.n.inſtituti eſt nulliꝰ ſingularis populi recordari,nec rerũ priuatarũ,uerũ illarũ q̃ ad germaniã attinebant,& ĩ q̃rũ flucubꝰ fuerat occupata.Habuit germãia nullũ bellũ aptũ añ Iulii tp̃a.

Bellum primum germãiæ.

Alexander Magnus a Germanis abſtinuit, q̃uis σκύθας οὐκ καταφρονήτοις ἄνδρας, ut Luciani de eo uerbis utar.i.Scythas nõ contẽnẽdos ac Tanaĩ trãſgreſſ9 ſit Arrianus græcus author, Campanus ac Ptolemæus Lagus, ob formidinem eũ abſtinuiſſe refert a Germanis. Otto Friſing. legatos ſcribit Germanos conciliandę pacis gratia Alexãdro miſiſſe, in q̃ fide caret, oẽs em̃ diuerſi ab eo abeunt. Galli etiã ante cæſaris ætatẽ Germanis p̃ſtabant uiribus & opibus, ut liq̃t ex ipſius cæſaris teſtimonio in primo cõmentariorũ. Hæc tm̃ a cæſare ſcripta credo ei9 honoris gratia, ut & ſe tãtorũ pplorũ potẽtiſſimorũ uictorẽ oñderet.

De bello Iulii Cæſaris contra Germanos. Ca. ii.

Bellũ Iul. Cęſaris. cũ Germ.

IVli9 igit̃ exorto Galliæ tumultu Arouiſti Germanorũ regis primũ uires expertus eſt, exercitũ enim duxit Arouiſt9 cum germanis, in q̃ Trebotes Vangiones, Nemetes, Menapii, & alii militabant. Iuliũ igit̃ Arouiſtus affectauit, a q̃ & uictus eſt, ut ſcribit ipſe Cęſar li.i.cõment. Oroſius li.vi.ca.vii.et viii.ſimiliter ix. Euſebius in tp̃ibus, Florus, Plutarchus in uita eius, ſecundũ quẽ căpũ quadringentis ſtadiis ſanguine ſparſit, occiſorũ numerus etiã apud hos conſtat. Inde Heluetios, Tulingos & Latobrigos, in deditionẽ accepit. Rauracos inde & Boios, q̃rũ cclxviii.millia occidit. Vt Cæſar li.i. ꝓfitet̃. Eutropius li. vi. Belgas, Bellouacos, Caletes, Velomandos, Cõdruſos, Eburones, Cheruſcos Tamatos, Germanos eũ uiciſſe ſcribit, & legatũ ſuũ Tituriũ Albinũ, Heluetios, Eburones, iterũ deſtituiſſe. Cæterũ rẽ executus eſt Oroſius perinde ac Cæſar, altero inde anno Iulio q̃q; a G. Trebonio Germania addicta eſt, unde Cęſar contra Germanos ꝓfectus, prius pontẽ Rheno fecit, ut Plutarchus, Eutropius, Oroſius, Suetonius, Diodorus li.vi. Liuius in loco p̄dicto, Sabellicus li. v. Enea.vi. & ipſe Cæſar in cõment. teſtant̃. Verũ bello Britannico impeditus, iterũ a Germania diſceſſit, ad Treuiros uenit, contra ipos bellũ geſſit, ut libro iiii.comment. & Liuius libro cvii. Florus ſupra Liuium, & Oroſius collegerũt, Sueui inde auxilia Treueris præſtabant, ut Sabellicus, Oroſius, & Cæſar libro iiii.aiunt. Vnde contra ipſos Cæſar profectus eſt, & non inuento hoſte, ut Liuius ibidem aſſerit, diſceſſit. Oroſius tñ & Eutropius, tm̃ CCCCxl. Germanorum Cæſarem fudiſſe dicũt, & totã Galliã a Rheno uſq; ad Oceanũ ſubegiſſe .i.Belgas. Inde Bellouacos uicit, ut Liuius lib. ſequenti affirmat. Et idem ait Dalmatas Cæſarem in Illyrico ſubiugaſſe. Hæc Iulius in Germania geſſit, quã tñ non ſibi ſubdidit, q̃d Lucanus oſtẽdit, apud quẽ Lelius adulatorie loquitur ad Iulium, teſte Sulpitio. Oceani tumidas Rheno compeſcuit undas Fregit & arctoũ ſpumanti uertice Rhenum. Nam & Pompeius ipſum a Rheno fugiſſe teſtatur apud Lucanum lib.ii. Rheni gelidis quia fugit ab undis. Et libro primo Lucanus multa in arctoo comparari potuiſſe ĩdicabat, niſi bella ciuilia inhorruiſſent, dicens. Heu quantum terræ &c. Ex quo Cæſarẽ Germaniam non ſubegiſſe ſcimus, nec Cæſar ipſe profitetur. Arouiſtum uicit, & Germãos ut libro primo & libro quarto commentariorum dicit, ſe caſtra hoſtium Germanorum noctu & ex improuiſo irruiſſe, & ipſos fugaſſe. Hæc bella cum Germanis legimus C. Iulium Cęſarem geſſiſſe. Suetonius quoq; Tran

Germaniam non ſubegit

quillo & Euſebius uoluerunt, quater Cæſarem triumphaſſe. Germaniam uero ipſi triumphum peperiſſe, nullus ſcriptorũ ꝓfitet, & ſi Catulo & Mario ſimul Cimbros uincentibus, utriq; triũphus decret⁹ fuerit, hoſtes ſternentib⁹. Cõiectura eſt cæſarẽ ꝗ paruũ de Germanis honorẽ retuliſſe. Quoties aũt ipſe uict⁹ ſuccubuerit, & qua iactura Germaniã tẽtauerit, cap. xxxi. patebit. Gladiũ apud Neruos amiſit (ut ipſi gloriantͭ) Plutarchus apud Auernos ait, Strabo li. iiii. apud Gallos, Suetonius in Vitellio apud Germanos, bello eum ꝑdidiſſe affirmat in templo Martis. Beroaldus uidens tantã diſſentionẽ auctorum, duos gladios ꝑdidiſſe cæſarẽ innuit, unum apud nos, alterum in Gallia. Triũphi Cæſaris

De bello Auguſti contra Germanos. Ca. iii.

BEllo Cæſaris adhuc uibrãte Octauiãi ſtrategemata referã, anq̃ Auguſtus germanico incubuit bello. Sex. Põpeius Dalmatas & Pannones ſubegit, ut ſcribit Liuius li. cxxxi. Inde Craſſus Salaſſos alpinas gẽtes ſubegit, ſicuti lib. cxxxv. Liuius collegit, iuxta Florum. Poſt hos Auguſtus habenas tẽporans, totius orbis dominus euaſit, unde & Germanos bello ſollicitauit. Huius tp̃e Curiũ ꝓconſulem primum trans Danubiũ ꝓfectum Sex. Ruffus, Plutarchus & Iuſtiniani Cæſaris uitæ enarrator indicauerunt, & ibi Noricos & Pãnones eũ ſtrauiſſe cũ eorũ rege Buchono dicũt. Inde Amãtinos. Hęc illi. Inde ꝑ Druſum (dictũ Germanicũ) bella Germaniæ ſuſtinebãt, hic ergo primo Suſipedes, Tenteros, Cattos perdomuit, & Marcomanos ad internitionẽ deleuit, Vindelicos & Rhetos, his addidit Strabo li. vii. & hũc Amphianos inde Ampſarios, Catiſchos, Cheruſcos, Catuarios, Subaticos, & Bructeros naualí p̃lio eũ uiciſſe ſcribit, & Birchanẽ (ut in dictione eius patebit) Liuius libro cxxxvii. ciuitates circa Rhenũ, & trans rhenũ Iuliũ cepiſſe ait, multa li. iiii. ab urbe. Hũc etiã Florus li. iiii. Vſipetes & Cattos domuiſſe aſſerit. Vindelicos, Noricos addit, & quadraginta caſtella erexiſſe, huius em̃ ueſtigiũ adhuc Moguntiæ uideť, ut ait Otto Friſing. Idem etiã Florus teſtať, de eo ꝗ Viſurgim & Albim feciſſe penetrabiles ſcribit, cuius rei authores etiã ſunt Euſebius & Strabo lib. vii. Qui Sueuos ab ipſo ultra Albim amotos fuiſſe ꝓbauerunt. Multa Suetonius in Auguſto, Appianus, Sabellicus lib. xi. Enea. vi. ubi Auguſtũ Segeſtiã cepiſſe refert, cui ſententiæ & Strabo li. vii. ſubſcribit. Horatius de Druſo multa innuit li. carminũ iii. oda v. & quarto lib. oda ii. Cæſarem, quando trahet hic feroces Per ſacrum cliuum merita decoros Fronde Sycambros. Põpei⁹ Craſſus Druſi geſta.

De traductione populorum a Druſo Ca. iiii.

DE qua traductione Suetonius & Luc Florus, & Horatius multa retulerunt. Nam ut ait Acron & Porphyrio, ad laudes Druſi odas & quartum librum ſcripſit, ut & libro quarto oda quarta habemus, quæ uerba de Pannonibus & Vindelicis intelliguntur.

Sed diu lateq; uictrices cateruæ Conſiliis iuuenis reuicti. Et li. iiii. oda xiiii.

Quem leges expertes latinæ, Vindelici didicere nuper

Druſus Gelonos implacidum genus, deiecit plus uici ſimplici.

Ouidius etiam uictoriæ eius teſtis eſt Triſtium ſecundo, ita dicens.

Auſoniumq́ ducem ſolitis circunuolet alis
Ponet & in nuda laurea ſerta coma,
Nunc tibi Pannonia eſt,nunc illyris ora domanda.
Nunc te prole tua iuuenem Germania ſentit.
Quæ bona progenies digna parente fuit,
Druſus in his quondam meruit cognomina terris
Bellaq́ pro magno cæſare cæſar habet. Ouidius q̄q́ de laude Druſi libellū ſcripſit getico ſermone ut ipſe li.iiii. de Ponto teſtať. Multi collegerunt quadraginta millia captiuorū ipſum ex Germania deduxiſſe,ut Oroſius & Eutropius lib.vii.ſi bene memini CCCC.referunt,ſupra Rhenū collocaſſe.Strabo lib.vii.reges ab ipſo captos meminit,q̄rum libro tertio nos mētionē fecim9, Cui aſtipulať & Sex. Aurelius.Otto Friſing. lib.iii. ca.x. Germanicū Druſum Druſi filiū,Caligulæ patrem de Germanis triumphaſſe ait.Idem Oroſius lib. vi.ca.xx.Verum ut rei ſummam breuibus perſtringā,Auguſtus Rhętos,Vindelicos,Cattos,Dalmatas,Sueuos,Sycambros uicit, & in Galliam tranſmiſit, Pannones ſtipendiariis his adiecit.Getarū populos Baſternaſq́ laceſſitos bello ad concordiam contulit.Nec Germaniam tm̄ ſubegit. Vnde quando euangeliſta loquitur ut uniuerſus deſcriberetur mūd9,Auguſtinus intelligit mundum Ro. Imp.tm̄ ſubditum,adulatorie ergo Ouidius dixit.
Crinibus en etiam fertur Germania paſſis
Et ducis inuicti ſub pede mœſta ſedet. Impugnata bene Germania a Druſo eſt,uerum non expugnata.

De aliis ducibus quorum ductu Auguſtus Germanis bellum intulit. Ca. v.

Nero Tiberius

Sunt & alii duces quorum auſpiciis Auguſtus Germaniam ſollicitauit,ut Nero Tiberius frater Druſi,qui Dalmatas & Pānones ſubiecit,ut aiūt Liuius & Florus ſupra ipſū li.cxxxviii. q̄d Hora.lib.iiii.oda xiiii. deſcribit

Maior Neronū mox graue prælīū
Commiſit,immanes Rhętos
Auſpiciis pepulit ſecundis.
Nilus & iſter,te rapidus tigris
Te cæde gaudentes Sycambri
Compoſitis uenerantur armis.

Vindelicos quoq́ Rhætos & Pannones, alpinas gētes imperio ſubdidit, Suetonio & Strabone libro ſeptimo referētibus,& naualibus pugnis Vindelicos adiit,multa Euſebius,Otto Friſingenſis libro tertio cap.decimo, Aurelius Sextus collegerunt.Item per Tiberium Auguſtus,poſt Druſum ,Germanica bella geſſit,ut tenuiter Strabo tangit.Euſebius fratrem Druſi Pannōes uiciſſe ſcribit,contra Germanos xl.millia adduxiſſe,quindecim legionibus (ut etiam Suetonius teſtatur) & de illo bello poſtea diceť.Aſinius Pollio q̄q́ & Vibius Vindelicos ſtrauerunt,ut Floro placet li.iii.Item Lelius (de quo Suetonius & Oroſius) contra Germanos ꝓfectus eſt.Varus q̄q́ tribus cohortib9 in Germāia occubuit,de q̄ paulo poſt mētio habebiť,ubi de dāno germanorū Italię illato ſermo erit.Auguſt9 etiā Dacos Romā aggreſſos deleuit,trib9 ducibus eorū cęſis,ut uoluit Appia.ī parthi. Eutropi9 hoc ꝑ Tiberiū ſub Auguſto cōtigiſſe aſ

ſerit,& ipſos tūc Pānoniā deuaſtaſſe. Vñ Hora. li.iii.car.ait.Pene occupatā ſeditioib⁹ Deleuit urbē Dacus. Itē p̄ Labienū Auguſtus Germanos terruit,de q̄ Oroſius.Iuſtiniāi uitæ enarrator etiā p̄ Lētulū ſcribit Danubiū Cæſarē ſollicitaſſe.Cęterū ut huic rei modū imponā,Auguſtus in poteſtatē Pop.Ro.gentes plurimas redegit,a mari ſup̄no uſq; ad infernū,ut ait Plynius li.iii.ca.xix.Sicuti Alpinas gentes Nantuantes,Lepōcios,Sedunos,Voragros,Salaſſos,Caturiges,& alios,non tamen Germaniā ſubiugauit,ad hoc em̄ Plynii uerba maxīe de Gallis loquentia nihil faciunt,nec Virgilii uerba arrogātia cæſari li.viii.ęne.

Hic Lelegos,carraſq; ſagittiferoſq; Gelonos
Extremiq; hominum morini Rhenuſq; bicornis,
Indomiti Daciq;,& indignatus Araxes.

Et Ouidi.li.Meta.ultimo Iouē inducit Veneri dicentem de Auguſto.

Quid tibi barbaricas gentes,& utroq; iacentes
Oceano,numerem? quodcunq; habitabile tellus
Suſtinet,huius erit.

Hæc uerba cū de Germanorū fortitudine agā,falſa rep̄ta eſſe oſtendam,& præcipue quæ Ouidius in Triſti.iiii.ponit.

Iam fera cæſaribus Germania totus ut orbis
Victa, potes flexo ſuccubuiſſe genu,
Cornibus hic fractis uiridi male tectus ab ulna
Decolor ipſe ſuo tegmine Rhenus eat.

Ouidi.em̄ quibus potuiſſet adulatioībus Auguſto blanditus fuiſſet, ut poſtlimio ab exilio reuocat⁹ eſſet.

Auguſt⁹ Germaniam non ſubegit.

De aliis imperatoribus Tiberio & Claudio. Ca. vi.

POſt Auguſtū,ut Cornelius in hiſtoriis ait,quietæ in Germania res fuerant,quia peruulgati erāt triumphi,& ex eo decus plærīq; ſperabant, ſi pacem tm̄ continuaſſent.Hactenus Cornelius. Tiberius em̄ contra Germanos nullum geſſit bellum,ſed tantum ad ſe eos allexit,ut regem Sueuorum Marabudū ſpe pacis,Suetonio,Oroſio,Iuſtini enarratore, Sex.Aurelio Iornande authoribus.Euſebius tn̄ Dalmatas & Sarmatas ſubegiſſe ſcribit. Et Eutropius li.vii.a Dacis Pannoniā,Galliam & Mœſiam hunc hoſtibus liberaſſe,& demum a Claudio quendam Tiberium miſſum ſcribit cum Germāis cōflixiſſe.Claudius enim quoq; Germaniam tentauerat bello ſuo,ut Sabellicus libro ii.Enea.vi.ait.& CC.milites Germanorū occidit.Euſebius a Claudio Veſpaſianum miſſum ſcribit.Vnde conſtat, Claudium multa contra Germanos laboraſſe.Eutropius li.viii.Claudium aſſerit trāſrhenanos ſubegiſſe.Inde Daciam a Cibale uictam,inde prouincias Danubianas,ut Teiphalos nūc Victoalos & Turingos dictos uiciſſe.Ioſephus antiquitatum libro xix. ſcribit ipſum imperatorem a Germanis fuiſſe initiatum. Aſſumpſerat autem Tiberius bellum Germanicum neceſſitate ductus,& magis abolendæ infamiæ gratia, ob amiſſum Quint. Varum,q̄ cupidine proferendi imperii,ut collegit Cor.Tacitus libro primo.Geſſit autem bellum ſuum Tiberius per Sex.Pompeium,& Sextum Apuleium,& C. Curratium,ut ait Tacit.Duo etiā exercitus eius referunt,un⁹ ſub Cecinna iuxta Rhenū,alius ſub Silio, Iñ Cattos domuit Tiberi⁹

Tiberius ac Claudius contra German.

Caius
Caius Cęſar inde,& ille in germaniã uenit,uerũ nihil ſtrenue moliebat̃,ut Me
thodius martyr ſcribit.Ioſephus lib.xix.Germanos ei charos fuiſſe teſtat̃.Otto
Nero
tñ Friſing.Germaniã totã eũ ꝑcurriſſe dixit.Nero imꝑator nunq̃ contra Ger/
manos debellauit,eius tñ tꝑe Virginius Ruffus germanicũ exercitũ in Gallias
duxerat,& tandẽ ab imꝑatore deſciuit,propter eius libidinẽ.Ad q̃d alludit Iu
uenalis ſaty.viii. Quid enim Virginius armis Debuit ulciſci magis.Multa
Virginiꝰ
Plutarchus in Galba,& in Ottone de Vindice ac Virginio ſcripſit.Dion etiã
græcus ac Frontinus in lib.de aquæd uctionibus, & inter oẽs maxime Plinius
iunior,q lib.ii.epiſt.ad Voconiũ ꝓpriã epiſtolã de illorũ excellentia ac uirtuti/
bus reliq̃t.Illo tꝑe etiã Vindex in Germania ſeditionẽ mouit, Virginius uero
occiſo Vindice,& Gallorũ circiter xx.millibus cũ Germanis impiũ retinuit,ut
Suetonius & Tacitus in hiſtoriis aiunt.Vnde & Epitaphiũ Virginii fuit apud
Pliniũ in epiſt. Hic ſitus eſt Ruffus,pulſo qui Vindice quondã Impium
aſſeruit,non ſibi,ſed patriæ. Neronis q̃cꝫ tꝑe Bataui a quartadecima legio
ne digreſſi,in ciuitatẽ Lingonũ poſiti,ad Fab iũ Valentẽ tranſmittebant̃.Va/
lens timens ꝑfidiã ſepauit alam Treuirorũ,& Tungros circũire iuſſit Galliam
Narbonenſem,& Batauorũ partẽ in ſubſidiũ ire,quare irati germani, ipſum
lapidibus fugauerunt.Hi ergo ductores tempore Neronis in germania milita
bant,quorum Cor.Tacitus lib.hiſtoriarum xx.meminit.

De Galba,Caligula,Ottone,& Veſpaſiano contra Germ. Ca.VII.

Galba.
GAlba Germanos adeo dilexit,ut captos prius in bello dimiſerit,auto
res ſunt Suetonius & Cornelius. Caligula imꝑator Batauos rebel/
Caligula.
les aggreſſus eſt,referente Suetonio.Germani inde defecerunt,ipſe
ergo ꝑcepta eorũ defectione,conſtituit ad effugiendũ germanos,mare potius
ſibi tentandũ eſſe.Eutropius ipſum Sueuiã tñ ingreſſum ſcribit. Cæterũ nihil
ſtrenue feciſſe,Oroſius lib.vii.ca.iiii.tm̃ Germaniam percurriſſe eũ aſſeruit.
Otto
Otto imꝑator Germanos retinebat ſtudioſiſſime,ut Tacitus in hiſtoriis exe/
quit̃.Plutarchus in eius uita.Batauos,ait,in exercitu eius militibus iunctos,ma
gnam ſtragẽ dediſſe. Pro impio deinde Vitellius & Veſpaſianus certabant,
Cecinnæ bellum et Heluetiorum
cuiꝰ meminit Philoſtratus in uita Thyonæi.Vitellius Germaniã ingreſſꝰ ẽ,ut
Cornelio placet,Veſpaſianus dubitauit an impiũ (inuitis Germanis) ſuſciperet̃.
Germani & Heluetii Vitellii partibus fauebant,& ipſum in cæſarẽ elegerũt,
cuius meminerunt Methodius martyr,Platina in uita Lini,Otto li.iii.ca.xviii.
Corne.Suetonius,& alii.Mauri inde conciliati Vitellio ſunt,ꝓpter Germãos.
Veſpaſiano uero Sidon & Italicus,reges Sueuorum fauebant. Ciuilis igit̃ ſo/
lertiſſimus (ut diſſentionẽ moueret) partes alterius tutatꝰ eſt,unde pugnabat
Pugna inter Veſp. & Vitelli.
contra Veſpaſianũ adiũctis ſibi Germanis duce Aquilio primipilari, & uicto
ria potitus eſt,per Turingos iterũ uincebat,cũ Cereali inde & Vocali ſępe cõ
greſſus,aliq̃n uictor,aliq̃n uictus euaſit.Cecinna igit̃ mox contra Heluetios ꝓ
greſſus eſt.Cauſa pugnæ fuit,q̃a Cecinna pecuniã uiceſimæ legionis Helueto
rũ rapuit.Heluetii interceptis literis (q̃ noie germanici exercitus ad Pannoni
as ferebant̃) Centurionẽ Cecinnę & q̃ſdã milites in cuſtodia retinebant, Hel/
uetios

uetios ultus inde proficiſcebat̃ Cecinna,& per cohortes Rhętorũ ipſos fuga-
uit. Hæc ex Cor. Tacito lib. xix. hiſt. & aliis. Veſpaſianus tñ adiutoribus Sueuo
rum regibus, ad imp̃iũ p̃uehebat̃. Inde dũ Veſpaſianus apud Alexandriã mo-
ram traxit, & Iudæã bello tentauit. Petilius Cerealis ſe contra Britãnos p̃para
bat, audita defectione Germanorum, ad germanos ſe uertit. Huius mentio fit
apud Corneliũ li. xx. De Vitellio & Veſpaſiano plura li. vii. ca. v. Oroſi9 addu
cit. Et ut in ſumma res dicat̃, illis tp̃ibus pene ſolus Veſpaſianus ſemp̃ in Ger-
manos bella geſſit, nõ ſolũ dum ipſe rerũ ſũma potitus eſt, uerũ ut Suidas ait,
κλαυδίῳ τῷ βασιλεῖ στρατηγῶν ἐπὶ γερμανοὺς καὶ βρετανοὺς λ. μάχας κρατερὰς αἰπιπρεσήτατο
Temporibus Claudii Cæſaris fortiter multas pugnas confecit.

De Domitiano & eius ductoribus contra Germanos ſtrategemata ferentibus. Ca. viii.

DOmitianus Cæſar maxĩe Germanorũ gloriã affectauit, eo ut ſibi nomen Germanici imponeret. Sæpius.n. Martialis ipſum noĩat Germanicum. Libro eĩn quinto. Degis germanicæ ripæ. Et lib. viii. *[Domitianus Germanicus]*

Nec ſunt hæc hominum Germanice gaudia tantum
Q̃ꝫ tua Romanus uidit Germanice tibris.
Hęc eſt digna tuis Germanice porta triumphis. Et ſępius & c. Iuuenalis q̃ꝗ
& Statius qui in ſyluis lib. primo ita ad ipſum loquitur.
Gallicus es cœlo, dis es Germanice. Et libro ſecundo.
Romuleum reſerans iterum Germanice limen. Idem.
Summis æquat Germanicus aſtris. Coniectura eſt ſyluas Statium ob honorem eius ſcripſiſſe, unde equo ab ipſo donabatur. Quintilianus quoꝗ lib. x. hunc Germanicum appellauit, & Sillius Italicus lib. ii.
At tu tranſcendens Germanice facta tuorum Germaniam enim bello tentauit, ut ſcribit Martialis illo carmine.
Solus Iulæas cum iam retineret habenas
Tradidit, inꝗ ſuo tertius orbe fuit. Quid? nomen ſine re poſſidere laudis eſt, unde facta ei9 in germania paululũ retegam. Bellũ primũ a L. Antonio mouebat̃ in Germania, ut ait Suetonius. Vnde Domitianus ſe aduerſum Germanos p̃parauit, & contra Dacos, Pannones & Sarmatas ꝓfectus eſt. Eutropius li. vii. & Euſebius id cõtigiſſe aſſerũt anno Chriſti xcii. Contra Dacos duas fecit expeditiones. Primã, ut aiũt Suetonius, Iornandes & Oroſius li. vii. ca. vii. Appio Sabino adiutore, ſecundã Cornelio Fuſco, authoribus p̃dictis. Qui occiſi ſunt (ſecundũ Methodiũ) a Dacis in Sarmatia. Vñ de ipſis Martial. li. vi. *[Duces Domitiãi]*
Hic ſitus eſt Fuſcus, licet hæc fortuna fateri
Non timet hoſtiles iam lapis ille minas
Grande iugum domita Dacus ceruice recepit,
Et famulum uictrix poſſidet umbra nemus. Et Iuuenalis ſaty. iiii.
Et qui uulturibus ſeruabat uiſcera Dacis. De Fuſco Cornelius Tacitus lib. xvii. hiſtoriarum. Plynius in epiſtolis. Statius in ſyluis.
Gloria repp oſitam Dacis pereuntibus urbem. Et Silius Italicus lib. ii.

Hic & ab arctoo currus aget axe per urbem
Sarmaticis uictor, compeſcet ſedibus Iſtrum. Vbi ſub arctoo intelligit Dacos Petrus Marſus Silii Italici præco. Martialis li.vii.de eius lorica.
Inuida Sarmaticis dudum lorica ſagittis
Et Martis Getico tergore fida magis. Et libro nono.
Cornua Sarmatici ter perfida concutit Iſtri
Sudantem Getica ter niue lauit equum. Mox ſecutũ eſt Pannonicum

Pannonicũ bellũ

bellũ, cuius origo ferebaẽ, tp̃e.n.Domitiani Mœſiaci & Pãnonici exercitus iũcti fuerant contra Romanos. Titus igiẽ Flauianus Pannoniã in ꝓuinciã bello retinebat, Põpeius Syluatius Dalmatiã, ut ait Cornelius li.xvii.hiſt. Inde Cornelius Fuſcus ꝓcurator fuit, ingens ætate, clarꝰ natalibus, prima iuuenta, getis cupidus, Pannonias aggreſſus eſt, & nõ uictoriã obtinuit. Quare Domitiano triũphus non erat decretus, laureã tñ Ioui Capitolino dedit, ut Martialis li.viii. ait, q̃ non minor triumpho cenſebaẽ. Dũ noua Pannonici narraẽ gloria belli. Et idẽ. Hiberna q̃uis Arctous & rude peuce Et ungularũ pulſibꝰ calẽs iſter

Catticũ bellum

Bis aũt Rhenũ uicit.i.Cattos, ut dixi ſecundũ Lactãtiũ Placidũ, ſemel per Vitelliũ & Veſpaſianũ, q̃d Statius li.i.Thebai.innuit.
Biſq; iugo Rhenum, bis adactum legibus Iſtrum
Et coniurato deiectos uertice Dacos. Et idem de Domitiano li.ii.Syl.
Frena tenentem
Rhenus, & attoniti uidit domus ardua Daci
Gallicus es cœlo dis es Germanice, condi
Non uocat arctoas acies, Rhenumq; rebellem. Martialis tñ ter Rhenũ hũc uiciſſe ſcribit, ait eñ. Fractuſq; cornu iam ter improbe Rhenus, lib.vii. Et idẽ lib.ix. Sũme Rheni domitor, ubi Cattos intelligit, nam ſequiẽ, ex Cattis gloria tota tua eſt. De bello aũt Sarmatico, & q̃d contra Marcomanos geſtũ eſt. Statius lib.Syl.ii.multa his uerbis ſignificauit.
Hæc eſt quæ uictis parcentia fœdera Cattis
Quæq; ſuam Dacis donat clementia mortem
Quę modo Marcomanos poſt horrida bella, feroſq;
Sauromatas, latio eſt non dedignata triumpho Vide Iuuenal.ſaty.viii. De triũpho aũt eius & bellis Patauinꝰ erudite ſatis diſſeruit. Batauos etiã puer domuit, q̃d Iuuena.ſaty.xiiii.uult dũ ait. Hic petit Euphratẽ iuuenis domitiq; bataui. Et Silius li.ii. Iam puer auricomo performidate batauo. Cætera de eius bello Otto Friſin.li.iii. ca.xx. Oroſius li.vii. ca.vii.referũt. Sæpe tñ & uictꝰ ẽ Domitianꝰ adeo, ut ait Diõ grecꝰ, q; tributa ſoluere Dacis fuerit cõpulſ.

De Traiano ac Adriano cæſarib.contra Germanos. Ca. ix.

Plyn.II.in Germãia militauit.

TRaianus Cæſar poſt hos Germanos iterũ in priſtinũ ſtatũ reduxit, ut placet Oroſio li.vii. Sub illo Plynius II.cõtra Germãos militauit, ſicuti Iunior Plynius ad Macrũ teſtaẽ. Cor.Tacitus Germaniã ſub illius imperio demũ uictã uult, uerũ ex tp̃is ſucceſſu eſt deluſus, unde uenia dignꝰ eſt. Traiano eñ imꝑante fata ſoluit Cornelius, unde non potuit futura ꝑdicere. Iu
ſtinian

ſtiniani uitę enarrator hunc ſcribit Decebalũ regẽ Dacorũ fudiſſe. Platina ĩ uita Anacleti papæ tranſrhenanã germaniã in priſtinũ ſtatũ Traianũ reduxiſſe & Dacos uiciſſe, Danubianas q̃cꝫ gentes deſtituiſſe collegit, cui Otto Friſing. li.v.ca.xxi. aſtipulať. Euſebius teſtať Traianũ in Rheno uectũ Germanos debellaſſe, unde Martialis Rhenũ ita alloquiť. Tiberis dominus te Rhene rogat, cæſarẽ ut remittas. Germanicũ ipſum dixit Martialis in xenia. Serus ut æthe rea Germanicus impet aula. Sex. Aurelius & Oroſius li.vii.ca.viii. cũ Sarmatis bellaſſe eũ aſſerũt, q̊d etiã Spartianus ſcribit. Dion Bithyni9 ſcriptor uitę Traiani. Per Luciũ Romanũ cõtra Dacos, inquit, Traianus egit, & uictor bellicas machinas expoſtulauit, iterũ rebellantes aggreſſus, lapideũ pontẽ in Iſtrũ fabricauit, & ita Decebalũ ad mortẽ cõpulit, oĩs Dacia tributaria Romanis facta eſt & in prouinciã redacta. Hæc Dion. Cãpanus tñ tm̃ manſuetudine uiciſſe eũ ait Germanos. Adrianus aũt impator, ut Eutropius refert li.viii. in Daciã exercitũ duxit, cui ad uerbũ Dion Prunienſis ſubſcribit, qui & Alanos eũ uiciſſe aſſeruit, uerũ tm̃ muneribus. Aelius Spartianus hunc Germanis regẽ cõſtituiſſe ꝓbat. Suidas, οὗτος ἐς παννονίαν ἀφίκετο καὶ τὸν ἴστρον μετὰ τῶν ὅπλων διενήξατο καὶ τοῦτο οἱ παρόντες βάρβαροι ἐξεπλάγησαν.

Traian9.

Adrian9 contra German.

De Antoninis & eorum contra Germanos ſtrategematibus. Ca.x.

Antonini contra German.

REdeo nunc ad Antoninos, q̃bus nonnihil Germania debuit, hi em̃ ſoli licet magnis difficultatibus Germanos cõpeſcuerũt. Nã ut Suidas inquit, Antoninus παρὰ τὸν ἰδιώτην βίον πολύ τι πλεῖθος χρημάτων κεκτημένος ἐπειδὴ προῆλθεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν, τὴν ἑαυτοῦ περιουσίαν, εἴς τε τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν φίλων ἀπανάλωσε δωρεάς, τῶν τε δημοσίων θησαυρῶν πλῆθος παντοδαπῶν ἀπέλιπε χρημάτων .i. Ad propriã uitę ſuſtẽtationẽ multũ pecunię corraſit, poſtq̃ uero in principẽ Romanũ euaſit, propriã facultatẽ in dandis amicis & ſtipendiariis diſſipabat, & publicos theſauros reliq̃t intactos. Alii eum publico foro res ſuas uenales habuiſſe dicunt, in bello cõtra Marcomanos geſto. Fuit aũt bellũ hoc ductu Rutiliani legati geſtũ, referente Luciano in dialogo cui nomẽ eſt ψευδόμαντις ubi illa eius oratio eſt, ἔχων δὲ, inquit, οὐ μικρὰν ἐπίβασιν ὡς ἐς τὰ βασίλεια, καὶ τὴν αὐλὴν, καὶ τὸν ῥουτιλλιανὸν εὐδοκιμοῦντα πάροδον, διαπέμπεται χρησμὸν τοῦ ἐν γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος, ὅτε θεὸς μάρκος ἤδη τοῖς μαρκομάνοις καὶ κουάδοις συνεπλέκετο .i. Dum iam liberũ aditũ in regiã poſſideret, incꝫ palatia p̃ſertim Rutilano rẽ adiuuãte atcꝫ appropinquante, cũ bellũ (q̊d in Germania gerebať) maxĩe flagraret, diu9 Marc9 Antonin9 cũ Marcomanis ac Quadis cõferebat. Sudas ad Iſtrũ ueniſſe Antoninũ refert cũ exercitu, cæterũ nihil adducit, nec Capitolinus, Eutropi9, & alii plura de illo bello ſcripſerunt. Quare ego q̃ mihi ex gręcorũ cõmentariis conſtant, breuiter tranſcurrã. In turbine illo Marcomanico, dũ Roma uehemẽter terrebať, oraculũ req̃rebať, cuius hæc erat ſententia, ut duos leones Ro. in fines Germanorꝝ Iſtro tranantes ĩmitterent, ſacris magnificis ac uariis odorib9 conſpicuos. Romani tũ oraculo paruerunt, ac dũ leones in Germanorũ agros Iſtro tranato deueniſſent, Germani eos canes eſſe cõiicientes, fuſtibus eos arcebãt. Romani mox ſubſecuti pene uiginti millia Germanorum extinxerũt. Sed oraculum his uerbis dabatur.

Ες δίνας ἴςροιο διιπετέος ποταμοῖο
ἐμβαλέειν κέλομαι δοιοὺς κυβέλης θεράποντας
θῆρας ὀρειτρεφέας καὶ ὅσα τρέφει ἰνδικὸς ἀὴρ
ἄνθεα, καὶ βοτάνας εὐώδεας. αὐτίκα δ' ἔσται
νίκη, καὶ μέγα κῦδος, ἅμ' εἰρήνῃ ἐρατεινῇ.

Quod oraculum a Germanorum p̃ſtantiſſimo nobis ita traductum eſt.
Gurgitibus fluuii turgentis ab imbribus Iſtri
Immiſiſſe duos Cybeles edico miniſtros
Monte feras alitas, tum quantum alit Indicus aer
Florum atq; herbarum, bene olentum moxq; futura eſt
Et uictoria pax & amabilis & decus ingens. Antoninus Pius tñ Alanos & Dacos inde aggreſſus eſt, ut ait Iulius Capitolinus. Ille M. Antoninus Pius (ut idẽ ait) ita pugnauit contra ipſos, ut nullus impatorũ ante eũ, ſpeciali eĩ bello Marcomanos, Pannones & Sarmatas a Vandalis liberauit & triumphauit. Inde cũ Marcomanis oẽs gentes ab Illyrico uſq; ad Galliã conſpirauerũt. Marcomanni, Variſcæ, Hermonduri, Quadi, Sueui, Sarmatæ, Lotharingi, Burci, Hiali, Soſipedes, Roxolani, Baſtarnæ, Alani, Peucini, Coſtobani hos oẽs uicit.

An.Verꝰ Oroſio li.vii.ca.ix.authore. Antoninus Verus inde contra Germanos ꝓgreſſꝰ eſt, Eutropio li.viii.referente, & q̃ maximũ fuerat, in hoc Sueuos, Vandalos, & alios cõiuratos deſtituit. Multa de eo Iulius Capitolinus. Hũc Oroſius lib. vii.ca.ix.cũ chriſtianis militibus Germanos uiciſſe aſſerit, cũ ſiti periclitaret. Pla

Ant.Cõmodus. tina in uita Aniceti papæ xii. ærariũ hunc exhauſiſſe ſcripſit. Antoninus Commodus filius Antonini Veri (ut ait Platina in uita Soteri papæ xiii. & Iuſtiniani uitæ enarrator) hunc cũ patre chriſtianorũ ductu uiciſſe germanos author eſt Platina, hic ergo cũ patre bellũ geſſit, & ex patris geſtis triũphauit, ut Marius Maximus, Alexander, Aelius Lãpridius & Platina ſcribunt. Eutropius li. viii. hunc in Germania bellũ fœliciter egiſſe ſcribit, Aelius Spartianus in uita Caracallæ, & Aelius Lãpridius in uita eius uolunt ipſum Germanici nomẽ ſibi aſciuiſſe. Otto Friſing.li.iii.ſcribit ſemp ipſum incõmodũ fuiſſe, niſi q̃ de Germanis fœliciter pugnauerit, uide Oroſiũ ca.ix.li.vii. Cõmodus etiã contra germanos Marcellũ p̃fectũ miſit uirũ doctũ & qui multa memoriæ ſcripta reliq̃t

M. Aurelius referente Suida. M.q̃q; Aurelius contra Germanos inſurrexit, ut ait Oroſius ſub illo Pertinax fortiſſime Germanos uicit, ut Herodiano placet.

De Pertinace, Auuidio, Antonino, Caracalla, & Heliogabalo imperatoribus contra Germanos. Ca. xi.

Pertinax. PErtinax illorũ ſucceſſor anteq̃ impator euaſit, clarꝰ tropheis, & inſignibus Germanorũ egerat, ut ait Herodianus lib.ii.hiſt.in principio, mortuo ergo impatore, Lætus (unus electorũ) ipſum in cæſarẽ initiauit, dicens, Barbaros iã (intellige Germanos) non p̃cio conciliabimus, uerũ metu potius. Hic. ut ſcribit Iulius Capitolinus, cũ matre ad Noricos & Dalmatas ꝓgreſſus eſt. Aelius Spartianus a Germanis (poſtq̃ ipſos uicit) impatorẽ hunc factũ aſſerit, addit Iulius Capitolinus hunc Germanicũ fuiſſe, & ex rebꝰ geſtis pepe

Auuidiꝰ riſſe ſibi impiũ. Auuidius impator adeo Germanos in timore frenabat, ut nec aliquid

aliquid in uita ſua contra ipſum auderent, ait Vulcatius Callicanus, in uita ſua Marius Maximus, & Quadratus hiſtorici. Antoninus Caracalla (ſic eũ Oroſius uocat) de Germãis triũphauit, & dici uoluit Germanus, ut ait Aelius Spartianus. Memorat & Antoninus Heliogabalus qui cũ Marcomanis congrediens inhibitus eſt, ut Aelius Lãpridius collegit. Antonini Caracallæ meminit Platina in Pontiano papa & Herodianus.

De Clodio Albino, Alexandro Seuero, Maximino, Gordiano, Galieno, Poſtumo, Loliano, imperatoribus contra Germ. Ca.xii.

Clodius Albinus.

CLodius Albinus poſt hos rerum ſumma potitus eſt, q̃ ita ſe geſſit, ut neq; Germani nec Galli æquo aĩo ipſum impatorẽ ſuſtentauerint, ut Herodianus & Iulius Capitolinus uolũt, ſed ꝙ opus fuerit aliis principibus. Semel hic tm̃ aliquid magni fecit, ut Seuerus & Iulius ſcribunt, qa trãſrhenanas ciuitates ſupauerat, multa de eo Marius Maximus. Alexander Seuerus dũ Germani agros Illyricorũ populabant, donis & p̃cio eos cõpeſcuit, ut ait Herodianus li.vi. Aelius tñ Lãpridius Germanos in Galliã irrũpẽtes eũ frenaſſe ſcribit, & contra eos CCL. millia militũ duxiſſe. Oroſius apud Magũtiacũ interfectũ hunc aſſerit lib.vii.ca.xi. Spartianus ſcribit ipſum a Germanis impatorẽ factũ poſtq̃ ipſos uicerat. De illo Panagyricus Cõſtãtini. Quid aũt fecerit in Germania uno uerbo Herodianus abſoluit dicens. καὶ ὅτι μηδὲν ἀνδρεῖον μήτε νεανικὸν πέπρακται.i. Nil uirile nec puerile geſtũ eſt. Maximinus impator huic ſuccedens, fœliciter bello contra Germanos conflixit, ut Eutropius lib. ix. ꝓfitet. Iulius Capitolinus hunc Germanorũ auxilio Aq̃legias cœpiſſe collegit. Herodianus li.vi. adeo Germanos in ſyluis uiciſſe adducit, ut non multi emerſerint, etiã lib.vii. hunc ſine authoritate ſenatus impatorẽ fuiſſe initiatũ ꝓbat. Sed tm̃ qa proſpere in Germania bellũ geſſerit. Vide Platinã in uita Antheri papæ. Multa de illo Euſebius, Oroſius li.vii.ca.xii. Otto Friſing.li.iii.ca.xxxii. & Iulius Capitolinus ſcribũt, trecenta ſcilicet millia hunc occidiſſe Germanorum & quadraginta millia p̃das adduxiſſe, & niſi Germani in ſyluas & paludes fugiſſent, totã hunc Germaniã ſubieciſſe, unde Romanis in hunc modũ ſcripſit Maximinus. Fecimus patres cõſcripti q̃tum loqui nõ poſſumus xl. millia germanorũ uincentes incendimus domos, greges abduximus, armatos occidim9, ad paludes uenimus, & niſi eorũ altitudo fuiſſet, totã ſubegiſſemus Germaniã. Symmachus li.v.hiſt. de illo plura ſimiliter & Iornandes retulerunt. Gordianus Germanos, Sarmatas, Getas, ſupauit, ſed ab Alanis uictus eſt, ut ſcribit Iul. Capitolinus in eius uita, ſicut & eius epitaphiũ ſonuit, meminit huius Põp. Lætus. Galienus impator Gallos a barbarorũ.i. Germanorũ incurſionibus tutatus eſt, Galli inde ab ipſo deſciuerunt, ut ait Iul. Capitolinus, Platina multa in uita Lucii. Oroſius li.vii.ca.xv. Auſonius, Põp. Lætus cætera exſequuntur. Poſtumus Germanos rebelles iterũ cõpeſcuit, & Gallos, ut Iul. Capitolinus collegit. Germani aũt mox irrũpentes ciuitates Galliȩ a Poſtumo ædificatas, cœperunt. Oroſi. li.vii.ca.xv. adducẽte. Lolianus ciuitates Poſtumi (ut Iul. Capitolinus) iterum reſtituit, a Germanis deſtructas.

Alex. Seuerus. Maximinus Gordianus. Galienus. Poſtum9 Lolian9.

De Galli hoſti, Taciti, Aureliani, Procli præliis ac triumphis de Germanis. Ca. xiii.

Aureliā nus

AVrelianus impator Gotthos ſtrenuiſſime uicit. Hic Sarmatas in Illyrico cōpeſcuit, ut Priſcus & FL. Vopiſcus dicunt. Theodytus aūt in libello de nauibus hunc ſcribit occidiſſe xlviii. millia germanorū. Frācos inde irruentes in galliā tribus exercitibus uel legionibus ſupauit, trecentos cepit, ſexingentos occidit, reliqs ſub corona uendidit. Hic etiā & de Sueuis uictoriā retulit, ut Priſcus & FL. Vopiſcus ſcribunt. Euſebius hunc Romanos ab oī metu liberaſſe ait. Eutropius li. ix. multa de ipſo, mirū tñ ꝙ nullū uerbū de germanis facit. Platina ī Fœlice, ꝓbat hunc iuxta Danubiū uiciſſe Gotthos. Cętera uitæ Iuſtiniani enarrator, Otto Friſing. li. iiii. ca. xli. Oroſius lib. vii. ca. xv. & FL. Vopiſcus, Pōp. Lætus, Sabellicus, & alii noſtræ memoriæ reliquerunt.

Gall9 Hoſti.

Gallus Hoſti, cęſar per Valentinianū & Licinū, germāos ſollicitauit, ut ait Eutropius li. ix. Platina in uita Lucii papę huius meminit, de illo poſtea a nobis diceť. Multa Pōp. Lætus, & Sabellicus ꝓtulerunt. Tacitus inde tranſrhenas ciuitates affl ixit, multas qq; cœpit, ut ait Priſcus & Flauius in uita ſua, & in uita Floriani ipſū nomē tuliſſe Germanici. Fuerat em̄ reſponſo Dacū ipſum Sarmatas uicturū, uide Pōp. & Sabellicū & FL. Vopiſcū uitæ ei9 enarratores.

Tacitus

Probus

Probus impator demū Germaniā ditioni Romanorū pene ſubegit, ecce tā diu germania uincebať. Euſebius Galliā a uaſtantibus eripuiſſe refert. Idē Oroſius li. vii. ca. xvi. FL. Vopiſcus huius uitā deſcripſit, Probus ille germanos uicit ut Claudianus in Probo ſcribit, uerba Claudiani ſunt.

Audiit & gelido ſi quem Mæotica paſcit,
Et placidi radiant in caſſide uultus
Qualis lætifera populatus cæde gelonus
Procubat horrendus, getico grandiuus in aruo.
Si tu Roma uelis, bruma tentabimus Iſtrum.
Annue: ſic nobis ſcythicus famuletur Araxes,
Sic Rhenus per utrunq; latus, mediis quod ſubiacet Indis.
Omni nobilior luſtro, tibi gloria ſoli
Contigit, exactum nunquam memorata per æuum
Germanos habuiſſe duces.

FL. Vopiſcus ſcriptor egregius de ipſo ſic loquiť. Germania Hollandia ſint teſtes eius uictorię, hic lx. ciuitates Galliā uaſtantes, Romanorū mādauit ditioni. Hic literas huiuſmodi Romā miſit, diis patres conſcripti gratias habeo, ꝙ ſubacta eſt oīs quacunq; tendiť germania. Habui qq; multos nouos reges ante pedes meos, īmo ueſtros. De triūpho Probi plures plura retulerunt, ut Priſcus, Sabell. Pōp. Lætus, & Oneſinus. Alii ſcribunt leones, dāmas, gladiatores, arbores inuicē annexas, ſyluæ inſtar in triumpho fuiſſe circūlata. Multa Petrus Cri. li. xii. ca. vi. ubi ꝓpriū caput de illo collegit. Hic em̄ primus Ro. impato. germaniæ partē aliquā, non tñ totā ſupauit, & ſi ad calculos res eſt limitāda, prim9 oīm Ger. uicit, & quaſdā ꝓuincias tributarias fecit, ut em̄ plenius in ſequentibus patebit.

Germāię pars ſubacta & uicta.

Germania

Germania deinde deuicta, lis inter Conſtantinū, Conſtantē & Conſtantiū orta eſt, Conſtantinus germanorū auxilio euaſit. Conſtans aūt captis ducibus germanię & gallię feris eos obiecit, Germani inde rebelles, ut ait Eutropius li. x. Galliā uaſtauerunt, Conſtantinus aūt impator defenſis galliæ ciuitatibus lx. millia Alemanorū ſtrauit, ut Euſebius teſtat̃ in chronicis. Platina de ipſo in uita Marcellini, primo occubuiſſe prelio Conſtantinum probat. Secundo uero multa Alemanorum millia uiciſſe. Soſomenus phūs & hiſtoricus doctiſſimus, iuxta & chriſtianus, Conſtantinū Sarmatas (qui nunc & Gotthi dicunt̃) uiciſſe refert, & addit ſignis ei demonſtratā in ſomno fuiſſe uincēdi uiam, qbꝰ uictis, oēs circa Iſtrum in ſuā poteſtatē redegit. Hæc Soſomenꝰ li. v. hiſt. ca. vii. multa Otto Friſing. Ammianus Marcellinus, Aurelius Sextus, Nazarius Mamertinus, Anonymus qdam græcus hiſtoricus qui uitam eius collegit, & nuper a Capnione traductus latine linguæ reſtitutus eſt. Fecit & Conſtantinus expeditionē in Scythiā, dux eius exercitus Apſyrtus ferebat̃, uir doctiſſimus cognomine Nicomedes, & dū iuxta Iſtrum erat, librū ἱππιατρικὸν ſcripſit, & aliud opuſculū q̃d φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων uulgauit, quemadmodū Cimon Athenæus librum ἱπποσκοπικὸν ſcripſit, cuius meminit Plato & Suidas, hæc ex commētariis græcorū. Iulianus inde Cōſtātino ſuccedens ἀποστάτης καὶ ἀνορθοδοξότατος .i. infideliſſimus, cui ex decreto adeo aſſentat̃ Ammianus Marcellinus, uerum non īmerito, dum Illyrici, Epyri ac Dalmatię p̃fectus, referente Suida, ab eo cōſecratus ſit. Hic Alemāos ſtrauit p̃lio, & nomen alemanicū cōmeruit, ut hi grecorū uerſiculi de eo ꝓdūt e cōmēt. grecorū exarati ī eiꝰ palatii foribꝰ aſcripti. Conſtantinus Cōſtātiꝰ Conſtās. Iulianus.

ῥωμαίων βασιλεὺς ἰυλιανὸς θεοειδὴς
Μαρνάμενος περσῶν πόλιας καὶ τείχεα μακρά
ἀγχεμάχων διέπερσε πυρὶ κρατερῷ τε σιδήρῳ
Νωλεμέως δ' ἐδάμασε πόλεις τὲ καὶ ἔθνεα πολλὰ,
ἄλλα καὶ ἑσπερίων ἀνδρῶν ἀλαμανικὸν οὖδας
ὑσμίναις πυκιναῖσιν ἑλὼν ἀλάπαξεν ἀρούρας.

Quæ ita latinitati reſtitui.

Iulianuſq; deum referens ſimul imperii rex
Perſarum ſternens urbes quoq; mœnia lata
Ipſe manu præſens ferro populabat & igne
Oppida multa nouus ueniens in prælia miles
Subdidit & multas gentes, alemanica caſtra
Occidua & crebris pugnis uaſtauerat arua.

Iulianus Cæſar anteq̃ coronaret̃, contra germanos ꝓfectus eſt, belli cauſa fuit, q̃a Germani in bello apud Cōſtātinū degētes, ſine hoſte, aliquas urbes depopulati ſunt, unde ab impatore miſſus eſt Iulianus, barbaros iuxta Rhenū uicit, alios cepit, ita uictorię magnitudīe ī germāia a militibꝰ impator ē factꝰ, Hęc Soſomenꝰ li. v. ca. l. Eutropiꝰ li. x. ī Pānonia bellū geſtū, & cōtra Syllanū dixit. Iñ apud Argētariā magnas copias fudiſſe. Hiero. in Euſebii ſuppl. ait Badomariū ducē illoꝝ cepiſſe. Hic itaq; Romano impio germaniā iterū reſtituit. Multa de illo Nazarius Mamert. eiꝰ panagyricus & Ammianus Marcellinus. Aelius Spartianus Iulianū quendam ſuperiorē et inferiorē germaniā cōtudiſſe ſcribit, ex cꝰ uerbis aliū fuiſſe hēmus

De Valentiniano, Valente ac Gratiano Imp. contra Germ. Ca. xv.

Valentinianus. Valens. Theodericus.

INde floruerunt Valentinianus & Valens impatores, hi (ut in ſupplementis Euſebii Hieronymus & Paulus Diaconus aiunt lib. xi.) Saxones meditantes in Frãcorũ fines deuicit, cui ſubſcribit Sabellicus li. ix. Ene. vii. Otto Friſing. li. iiii. Oroſius li. vii. ca. xix. Hunibaldus & alii. Hic etiã Gotthis terras tribuit, hi uero ampliati cõtra impatorẽ ꝓfecti ſunt, referẽte Socrate hiſtorico li. viii. ca. xiiii. & totã Thraciã ſubegerũt. Impator uero (inquit Theodericus epũs & græcus hiſtoriographus doctiſs.) ad Boſphorũ uenit, & beneficio Eudoxi cũ ipſis pacẽ cõpoſuit. Socrates eodẽ lib. ca. xv. impatorẽ ait triceſima die Maii menſis, ſexto ſui conſulatus anno, tũc ad urbẽ Conſtantinopolim ueniſſe, hos aũt uſq; ad muros uaſtaſſe oĩa, impatorem uero ad urbem Macedoniæ Adrianopolim ciues duxiſſe, cõmiſſo ꝑlio cæſarẽ uiciſſe, ut & Theodericus ſcribit, mox illũ a barbaris igne conſumptũ, nona die mẽſis Auguſti, cc. lxxxix. Olympiadis obiiſſe. Concordat & Socrates. Hic etiã cũ Vandalis commerciũ habuit, ſicuti Platina in uita Sixti Pa. aſſeruit. Huius tpe Germaniã ſubactam fuiſſe Auſonius uult, an igit̃ Valens ipſos ſubegerit? an ſuo tpe adhuc in fide ꝑmanſerint, cæteris relinquã, Danubius. n. apud Auſo. ita loquit̃ ad cæſarẽ illum.

Totus ſub ueſtra iam ditione fluo,
Qua gelidum fontem mediis effundo Sueuis,
Imperio grauidas qua ſeco Pannonias
Auguſto dabitur ſed proxima palma Valenti,
Inuenies fontes hic quoq; Nile meos
Saluere Auguſtos iubeo natumq; parentem,
Armiferis alui quos ego Pannoniis.

Aurelius Sex. paululum diſcordat a Socrate & Theoderico hiſtoricis, ait eñ bello lachrymabili cõmiſſo cũ Gotthis, Valentẽ ſaucium in caſam uiliſſimã deportatũ, & illic ſuppoſito igne Gotthis ſupuenĩẽtibus crematũ. Iornãdes de geſtis Gotthorũ & Ablauius plura de illo retulerunt, ſimi liter Sabellicus & Pomp. Lætus.

Gratianꝰ.

Gratianus impator chriſtianus, anno rõ; M.c.xxxii. in Germaniã ꝓfectus, iuxta Argentariã urbem Gallorũ, plus q̃ xxx. millia Alemanorũ occidit, ut Hierony. in ſupplemẽtis ſcribit, & Paulus Diaconus, Otto Friſingeñ. lib. iiii. ca. xv. Oroſius li. vii. ca. xix. Sextus Aurelius & Auſonius.

De Theodoſii, Honorii, Arcadii ac Marciani geſtis contra Germanos. Ca. xvi.

Theodoſius

THeodoſius, ut ait Paulus Diaconus lib. xiiii. contra Vandalos bellauit anno ab urbe condita milleſimo ducenteſimo quarto. De illo Latinus Pacatus, Oroſius lib. vii. ca. xix. Sabellicus, Claudianus, Pomp. Lętꝰ & alii.

Martianꝰ

Martianus huic ſucceſſit, cuius tempore Attila uniuerſam Germaniam ſtrauit, ut aiunt Paulus Diaconus ac Pomp. Lætus. Honorius & Arcadius hunc ſecuti ſunt, ſub quibus Stylico contra Germanos bellauit, huius rei Claudianus proprium opus abſoluit, in quo meminit uictoriæ eius in Gallia factæ, his uerbis de Germania.

Iam ſeſe placidam prebẽt Styliconis habenis
Vt nec præſidiis nudato limite certet
Expoſitum calcare ſolum. Verum maxime adulatur poeta, nec eñ ipſos adeo deſtituit, quare perfidiæ Stylico arguitur ab Oroſio li. vii. circa finẽ, & a Iornande. Claudianus etiã ſcribit patrem Honorii uiciſſe Germanos, ait enim
Signa triumphato quoties flexiſſet ab iſtro
Acta mox de ſtrage calens, & poſcere patrem
De Scythicis ſpoliis arcus aut rapta Gelonis
Cingula, uel iaculum Daci, uel frœna Sueui
Te naſcente ferox toto Germania Rheno
Intremuit quoq; Dalmaticas proſtrauimus alas
Rhipheaq; ſimul feſſos porreximus artus
In glacie ſtantemq; rota ſulcauimus Iſtrum
Ecce autem quomodo adulatur Styliconi Claudianus.
Et Rhenum (inquit) pacare iubes, uolat ille citatis
Vectus equis, nullaq; latus ſtipante caterua.
Et reges Germaniæ eius ante pedes ieciſſe ſcribit hiſce carminibus.
O quantum doluit Rhenus, quo barbarus ibat,
Q; te non geminis frueretur iudice ripis.
Inde cathenato gemuit Germania Rheno.
Debilitat ſæuum cognatis uiribus Iſtrum
Barbara fulmineo ſecuit tentoria curſu.
De more uidebam
Barbaricos ardere focos, cum pulcher ab arcto
Aduenit Stylico.
Bella triumphati proculcat Honorius Iſtri.
Hæc Alemanorum ſpoliis, auſtralibus illa
Ditior exuuiis.
Et nullus boreæ motus, Germania ceſſit.
Et Ianum pax alta ligat.
Hic tamen in primis populos lenire feroces,
Baſtarnas una potuit delere ruina.
Omne quod Oceanum fontemq; interiacet Iſtri
Vnius incurſu tremuit, ſine cæde ſubactus
Seruitio boreas, exaratiq; triones.
Cornibus infractis adeo miteſcere cogis?
Vt Sueuus iam rura colat, geminaſq; uiator
Cum uiderit ripas, quæ ſint? Romana requirat.

Stylico contra Germaniam.

Hæc Claudianus paſſim & pene centum uerſiculis exequitur, ubi Germaniam etiam ſine cæde ſubegiſſe ſcribit Styliconem. Verum more Panagyricorum loquitur. Nam quis fuerit Stylico Iornandes, Oroſius, Paulus Diaconus & alii uberrime deſcripſere.

De damno Romanis a Germanis illato. Ca. xvii.

HActenus Germaniã ſemꝑ occumbentẽ tradidi,nec eius fortitudinẽ q̊cꝫ retexi,quãto damno Romani ꝓuinciã hanc ſibi aſciuerint. Nec utricꝫ parti ſtudens,Germaniæ magis defui q̃ affui. Attẽtiori ergo ſtudio nunc iacturã uincendi Germanos indicabo.Romani ob nullã unq̃ gentem tanto diſpendio obnoxios ſe ipſos fecerunt,quanto germanico bello,Q̃ Cor.Tacitus his uerbis innuit.Sexcẽteſimum & quadrageſimũ annũ urbs noſtra agebat,cum primũ audita ſunt Cimbrorũ arma,Cecilio Metello & Papyrio coſſ. Ex q̊ ſi alterũ imꝑatoris Traiani cõſulatũ computemus? ducẽti ferme & decem anni colliguntur,tam diu Germania uincitur.Medio autẽ tam longi æui ſpacio multa inuicem mala,non Samnis,non Pœni,non Hiſpaniȩ,Galliȩue,nec Parthi,qui nos ſæpius admonuere. Quippe regno Arſacis acrior eſt Germanorũ libertas.Quid em̃ aliud q̃ cædem Craſſi? amiſſo & ipſo, & ipſe Pacoro infra vendilieũ deiectus oriens abiecerit? At Germani Carbone & Caſſio,Scauro,Seuilio & Cœpione,Marco q̊cꝫ Manlio fuſis uel captis,q̃nq̃ ſimul conſularis exercitus pop.Ro. Varũ q̊cꝫ tribus legionibus occiſum, nec impune C.Marius in Italia,Cæſar in Gallia,Druſus & Nero,& Germanicus, in ſuis ſedibus eos perculſerunt.Mox ingentes C.Cæſaris minȩ ſunt in ludibrium uerſæ.Inde ociũ donec occaſiõe diſcordiæ noſtræ,& ciuilis belli(expugnatis legionum hybernis)& Gallias affectauere. At rurſus pulſi, proximis inde temporibus triumphati magis q̃ uicti ſunt.Hæc Cornelius romanus,nõ germanus.Hæcuerba etiã lector penſitare,& Germanorũ uirtutẽ agnoſces.Verum o Corneli qui iacturã Romanis illitam a Germanis,punicis bellis (quo nihil terribilius) Samnitico,Parthico p̄tuliſti? annos tñ a Cimbris uſcꝫ ad tuam ætatem æſtimans.Quanto p̄tuliſſes? ſi noſtra te ſecula ſuſtinuiſſent. Vnde o Corneli bellum Germaniæ in Traiano,ſub quo fata ſoluiſti,non deſtitit,nec minoris diſpendium Romanis(poſt Traiani fata)illatum priori æſtimo.Quot ergo punicis bellis Germanicũ unũ conferri iuſtum erit? Eleuet ergo aliq̃s bella punica? ſi in tam breui Cornelii uerba collectione non ſteterat Germanis. Quomodo ergo in tam amplo & diffuſo tempore uſcꝫ ad Carolũ Magnum Maiorem q̊cꝫ exercitum Romani ſuſtinuerunt apud Germanos,q̄ ubicunq̃ gentium.Quod teſtat̃ Agrippa apud Ioſephũ lib.ii.de bello iudaico dicẽs.Galli qui Rhenum in ſeptentrione habent,trecentis quidem gentibus numeroſi, ſeptuaginta annos pro libertate pugnabant,& ſub mille & trcentis militibus Romanorũ cuſtodiunt̃.Dalmatæ una legione cubant,Illyricum ſub duabus, Thraces ſub duobus milibus militũ.Germãi uero octo legiõibꝰ domant̃.Hȩc ille.Hȩc in Romanũ militẽ Germãia ſtruxit,vñ ſi Italia cupiat,uel ſi minꝰ id diſpẽdii ſibi uideat̃,ampliꝰ ĩſtigat Germaniã.Egeſip.lib.ii. de germãis ita loq̃t̃,Romanis,inq̃t,ſupra nubes uiãtibꝰ,& ultra colũnas Herculis imꝑiũ ꝓpagãtibꝰ,nihil ĩmune fuit,tãta fœlicitate hoſti,& q̄ iacebat q̄ fuerit reptꝰ,& q̄ reſiſtebat uictus ẽ,q̊rũ ĩprouiſo aduẽtu cõſediſſe mõtes,germãia credidit,rhenũ exaruiſſe. Hȩc ille.Ecce Ro.imꝑiũ in litore oceani nõ ſtetit,& in Rheno tm̃ germanorũ uires pertulit,ut Florus inquit.

Iactura Rom. illata a Germanis

De imperatoribus temere de Germanis triūphantibus & q ſe falſe Germanici noīabāt. Ca. xviii.

ID Germanorū uirtutē maxīe obſcurauit, quod ficto ſæpe certamine, de Germanis temere triūphati ſunt, licet nec minimū triūphi meruerint, ac hoſte nunq̃ tacto. Ita de Germanis Caligula triūphauit, q̄d Perſius Satyra ultima de ipſo illo uerſiculo ſignificauit. Miſſa eſt a cæſare laurus: Inſignem ob cladem Germanæ puppis & ore: Sic & Cornelius in uita Agricolæ, Domicianū emptis crinib9 & habitib9 rōe Germanorū triūphaſſe refert. Ita laureā temere ignauiſſimi impatores ſibi de ſumpſerūt, dū triūpho tn̄ eorum facta minus reſponderint, quē Ioui capitolio offerebant. Illa aūt laurea dabat̄ in lętitia, recuperata uictoria de inimicis. Meminit huius laureæ Latinus Paccatus, ubi Curii Corūcani Fabricii meminit. Et addit ne uirtus qete langueſceret: depoſitis in gremio capitolini Iouis laureis triūphales ruſticabant̄. Et Plinius in panagy. allata erat, inquit, ex Pannonia laurea, id a gentilib9 diis ut inuicti īpatoris exortū uictorię inſigne decoraret̄. Euſebius duplex diſpendiū Domitianū militibus dediſſe ſcribit. Ideo hos eū triūpho dignū declaraſſe. Dion grecus Domitian9 (inquit) ſumēs in Germāos triumphū, poſtq̄ nunq̄ bellū intuitus eſt rediit, ſponte in Dacos, neceſſario in Sarmatas bellū mouit. Eutropius, Domician9, ait, ſub noīe de extinctis legionibus triūphauit, quos falſo ſuperauerat. Frontinus li.x. ait Domitianū tantū mutaſſe aciem, & id triūpho aſcripſiſſe. Hic triūphus Domiciani aduerſ9 Germanos, æqualis illo quē Gallienus cæſar habuit, qui, ut Trebelius ait, uictas perſonas habitu uictorū incedentes in capitoliū deduxit. Domicianus uictus in Pānonia & Dacia, de Dacis triūphauit falſo, teſtāte Oroſio li.vii.ca.vii. Domicianus (inquit) prauiſſima elat9 iactātia, ſub noīe ſupatorꝝ hoſtiū de extīctis legionib9 triūphauit, hæc Oroſius. Dū etiā de Pānonib9 itidē uoluerat, nec ei triūph9 decerneret̄, qa uict9, ne omnino īmunis eſſet, laureā Ioui Capitolio deſtinauit, quā Martialis (oīm adulatorū corruptiſſim9) triūpho ſimilē fuiiſſe indicat, dum ait. Dū noua Pānonici narrat̄ gloria belli. Similiter & Sil. Ita. Da Capitolinis æternū ſedib9 aurū. Ita etiā cæteri īpatores, dū nec triumphus nec laurea eis ꝑmittebant̄, ſe Germāicos uocauere, q̄le nomē inſolentiſſimum nulli eorū maiores emeruerāt. Claudi9 īpator nihil uirtutis in Germāia geſſit, ſed qa a Germāis īpator fact9 eſt, Germanic9 eſſe uoluit, ut ait Ioſeph9 li.xix. & xx. in principio antiqtatū, & Suetonius, Vitelli9 q̄q̄ uini plen9, referēte Plutarcho, ad milites acceſſit, & ſic Germanicus dictus eſt. Domicianus quoq̄ ſe Germanicum dici uoluit, & ubiq̄ inſcribi. Manet adhuc ueſtigium Dirrachii in porta, cognoīe caballia, ubi in ſaxo id inciſū eſt. D. E. D. V. Cæ. Aug. Veſpaſiano Ger. uict. orbis X. cōſeruatori opti. maxi. pietas & relligio. Voluit hæc ſcriptura id ſibi. Domicianus edicto deum & hominem eſſe uolunt. cæſar Auguſtus, Germanicus. An autem germanici appellationem ita dici meruerit: Iornandes, Otto Friſingenſis, & Oroſius libro ſeptimo uideantur. Edicto tantum Domicianus ſanxit, ne aliter quā Germanicus nominaretur.

Domicianus emptis crinibus Germāorꝝ triūphauit.

īpatores quō dicti Germa.

Meminit huius decreti Marinus Benchemius,Otto & Suetoniꝰ,unde ait Martialis,edictū dñi deiq; mei,& puerū ſuū in cunis adhuc iacentē Vitellius Germāicū appellauit,tā nihili fecerūt hoc ꝓſtātiſſimū nomē eſſe germāicū,ita nobiliſſio illo decori abuſi.Legit̃ multo lepore & iucūditate apud Aeliū Spartianū Pertinacis cæſaris dictū aduerſus Caracallā cæſarē,ꝙ ſe rhæticū, parthicū, arabū atq; alemanicū dixerat.Adde,inq̄t,& ſi placet geticū: fratrē em̄ ſuū occiderat.Optimū dictū aduerſus eū,ꝙ ſtudio conſequēdę glorię,licet parū egregie egerit,exardet omnia,qui ita minoris tam ꝓclariſſima cognoīa æſtimat

Multos imperatores ignauos tanti a Panagyricis factos, nihil feciſſe operis in germania,& contra Panagyricos. Ca. xix.

PArum igit̃ momenti Ro.imꝑatores in germania ꝓcipue egerunt,& tm̄ tot ꝓconiis,tot cognoībus,ſibi ipſis blandiebant̃.Quid adeo dignū relatu opatus eſt Domitianus: ut nomē germanici aſſumpſerit,expeditionē in galliā,germaniāq; non neceſſariā & diſſuadentibus amicis mouit,ac tm̄ inchoauit,ut tm̄ ſe honoribus & cognomīe patri æquaret.Poſcenius cęſar(ut

Imꝑatores q̄ſdā nihil feciſſe ī Ger.

Aelius Spartianus ait)tm̄ Veſpaſianū,Traianū,Piū & Antoninos uenerabat̃, reliq̄s tm̄ uenatores iudicabat fuiſſe imꝑatores oēs.Cur ergo tot carminibꝰ celebrati ſunt: cur tanta illorū memoria: Nil aliud in cauſa eſt,niſi execrabilis & deteſtanda,panagyricorū adulatio,φιλεγκλήμονοι ϗ λωρόβοροι,illi em̄(ut Marinꝰ Benchemius ait)multa ꝙ hiſtoria nō admittit finxerūt,reliq̄ ſcriptores ea inde ea acceperunt,& ut uera uendiderūt.Illa igitur aſſentatorū affectata adulatio in tantū nimis debiliter Germaniam affecit,opera em̄ ꝓclariſſima Germāorꝫ tantū ſcriptorū perfidiæ ſuccubuerūt, noſtra uirtus delituit,& quod nō uirtꝰ eſt,Romanis in uirtutē abiuit.Corn.Ta.qui mēdaciſſimus a Tertulliano dicebatur,numerū ſuperatorū Romanorū conticuit Ottone Friſingenſe ac Oroſio auctoribus,Germanorū uero occiſos ampliauit.In eodem numero a Marino Benchemio,& Suetonio,Sillius Italicꝰ,Martialis,Pompilius,Fabius(ꝙ perditiſſime Domiciano adulabant̃)referunt̃. Ita Latinus paccatus Theodoſiū, Sarmaticum Saxonicū Alemanicū appellauit. Et Auſoniꝰ poeta ad Gratianū, uoca(inquit) dedicatiōe Germanicū,ſuperando Alemanicū,uincēdo Sarmaticū,traductiōe Francicū. Huiꝰ: ſi tantū & hoc addidiſſet auſcultando adulatoribus ſtultiſſimū.Ita Marcellinus Sacrilegum illū & Apoſtatam Iulianum ultra ſydera extollit.Apud illū em̄ gloriatur li.xxi.ſe Francos & Alemanos fregiſſe Si cecutiem ab oculis remouimus, Semel apud Argentoracos uicit noſtros, Panagyricus Maximiani quod falſum(inquit) de imperatoribus priſcis putabatur,ille trans rhenum primus barbaris ſigna intulit. Nunc res ſalua eſt: nullus ergo(ex huiꝰ dictis)Germanicus dici ante Maximianū meruit: Stilico perfidia uſꝰ ē. Iornande & Oroſio auctoribus ,non meruit Claudiani adulatiōnē Verum ut rem componā,Germania ab Honorio,Arcadio,Diocletiāo ,Stylicone ſecura fuiſſet,ſi a perditiſſimis adulatoribus fuiſſet remota.

De damno a Germanis Iulio & Druſo illato. Ca. xx.

Singula quoqꝫ nūc enarrabo,quantum diſpendii aūt nacta Roma fuerat,
nūc ad Iulium cæſarē redeam. Iulius in tanto rerū proſpero ſucceſſu, tñ — Iulius bis
ter ſuccubuit.Semel a Gallis, bis a Germanis,ut ait Eutropius li.vi. Liuiꝰ — uictus in
& ſupra eū Florꝰ li.ciiii. cōtra Neruos ita pugnaſſe eū ſcribit,ut Romā maxīo — Germāia
diſcrimine affecerit.Et ita bellum ꝓtraxerunt donec ex ſexaginta milibus tre-
centi ſupereſſent, ex ſenatoribus nonaginta tres. Plutarchus inde in uita eius
& ipſe in cōmen.teſtat̄ a Sycābris uictꝰ eſt. Auerni adhuc gladiū cæſaris hn̄t,
teſtem uictoriæ eorū ait Plutarchus. Otto li.ii.ca.xlviii.ait cæſarē acri & peri-
culoſo nō ſolū bello,ſed & muneribus & ꝓuidentia multa uiciſſe Germanos
Quod & Nauclerus ſcribit,unde Cato ſāxit ut hoſtibꝰ cæſar daret̄, ſicuti Ca — Auguſtꝰ
liſius innotuit. Auguſtus Cæſar ſine ſūmo detrimento Germanos nō cōtudit — tātum in
Nā ut ait Iacobus Carmelitanus,ſolꝰ uiſus eſt apud Germāos ſuccūbere.Flo- — Germāia
rus li.iiii.de Auguſto tentauit,& Germaniā (inquit) utinā Germanos tanti nō — ſuccubuit
putaſſet uincere,qui magis turpiter ꝙ glorioſi acquiſiti ſunt.Cæſarem bis trāſ
uectū fugauernnt.Hæc Florus.In una illorū fuga,crure percuſſus eſt Cæſar a
lapidis,nō a Dalmatis ut Appianꝰ li.ultimo ait. Druſus itaqꝫ oīm primus poſt
Auguſtū,eo bello mortuus eſt.Quod Ouidius in Faſtis exequit̄, & mortē &
& nomen Druſo Germania fecit.Liuius & ſupra eū Florus li.ultimo ex equo
cecidiſſe Druſum aſſerūt,& ex fractione cruris poſt xxx.dies mortuū, & in ſe — Mors
pulchrum C.Cæſaris locatum. Druſū ergo hii omnes in Germania ſcribunt — Druſi
occubuiſſe.Sicuti & Plinius li.vii.na.hi.ca.xx. Tiberiū Neronem ad fratrē ſuū
Druſum in Germania ægrotantē ueniſſe teſtat̄. Et Pliniꝰ Iunior ad Macrum
latiſſime Germaniæ uictorem ibi occubuiſſe collegit. Strabo id li.vii.inter Sa
lam & Rhenū fluuios contigiſſe ꝓbauit.Florus li.iiii.cū de Hercinio loquitur
Quē Druſum priꝰ inacceſſum planū feciſſe & ibi fata ſoluiſſe uoluit. Alludit
Claudianus illo uerſiculo.

Nobilitant ueteres Germanica fœdera Druſos
Marte ſed ancipiti quoqꝫ multis cladibus empta
Quis meminit uictum ſola formidine Rhenum ?

Alii ſcriptores indicauerunt Druſum ueneno necatū ut Euſebius Oroſius lib.
vii.platina in uita Petri.Duo aūt Druſi referuntur,unus pater Tiberii cæſaris,
Druſi Neronis filius & Antoniæ,qui Germanici cognomē aſſūpſit referēte
Suetonio in principio uitæ Caligulæ.

Quibus cladibus Auguſtū cæſarē Germani affecerint. Cap.xxi.

Caſus Vari

DVas autē clades grauiſſimas,Suetonio ac Oroſio colligentibus,Au-
guſtꝰ in Germania ſuſcepit.Primā Lollianam maioris ignominii ꝙ
diſpendii,aliam uero Varianā & pene exicialem. Q.em Varus tribꝰ
legionibus Germaniā ingreſſus Cheruſcis penā dedit. Nec in hac parte fidē
Straboni donabo,qui ꝑ inſidias Varū a Germanis circūuentū li.vii. collegit. — Locus
In eadem ſentētia Tranqllū in uita Tiberii eſſe uidemus. Illis aūt fides eo plus — Strabōis.
abrogatur,ꝙ oēs cæteri ſcriptores ab ipſis in diuerſū abeunt,& negligentiam

tm̄ Romanis impinxit. Adulatio Strabonem a recta uia auertit. Euſebius ait
Varum elatū fuiſſe, ſuperbia & inſolentia. Simul & Florus li.iiii. Methodius
martyr Oroſius li. vii. Sabel.li.xi. Ene.vi. Otto Friſin. Nauclerus & alii Germa
Seruitia Germanorum.
ni aūt ſuperbiam eius grauiter ferentes, duce Arimio arma ceperūt, ipſū negli
gentiæ deditū reperientes, tres legiones ad unum ceciderunt, corpus quoq;
conſulis e terra effoſſum eſt, q̄d iterū recenti morte cruciauerūt (abſciſſa ling
ua) dixerunt uipera tandē ſibillare deſine, hæc Florus, Peutinger & alii, Otto
Friſingē. Oroſius, Sabell. Methodius, Suetonius, Vrſpergenſis, Nauclerꝰ, Ta
citꝰ in Germania meminerūt. Hāc cladē apud Cheruſcos editā aſſerit Strabo
li.vii. Alii tn̄ apud Vindelicos, ubi adhuc ueſtigia apparent. Conſentit & Otto
Turris eſt Perlethurn in urbe Auguſta quę Vrſper. a ꝑdita legione noīata ē
& uilla Catingē quam Cato priīpilari dictū refert. Verū nil niſi nugas Vſꝑ
gēſis in ea re cōmentatꝰ eſt, & multos ſecū etiā ꝓſtantiſſimos errare fecit, qui
Vſꝑgenſi ſubſcripſerūt, quos & Cornelii Taciti librorū inopia nouiter reꝑto
rū in talē errorē induxit. Reuera apud Cheruſcos pugna illa edebat̄. Qui iux
ta Albim tūc conſederāt, ubi Q. Varus occubuit. Cornelii uerba iſta ſonant.
li.i. hiſtoriarū, L. Stertinius agmē ad ultimos Bructeros direxit, inter Amiſiam
ac Lupiam amnes, haud procul a Teutoburgenſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari
Legionesq; inſepultę dicebant̄, hæc ille. Et in alio loco Arimiū ducē Cheru
ſcorū. Iam iā penes Albim cū Romanis decernentem, digitis Vari cadauera
oñdiſſe refert. Velim illud ſexies in nouiter inuentis Cornelii libris oñdere.
Facta aūt clade Auguſtus q̄tannis lugubrē habuit diem, & caput parieti illidēs
corpus humo impegit, ac grauiter impatienterq; Romanorū cladē requiſiuit
Vare aiebat, redde legiones, ut Suetonius, Oroſius, Methodiꝰ, Euſebius, Peu
Excubiæ Auguſti.
tiger, & Florus ſcribūt. Suetonius ait Auguſtū excubias fieri iuſſiſſe, ꝑ totā ci
uitatē, ne tumultus fieret, & ludos deo optio maxi. uouiſſe, ut in meliorē ſtatū
rem perduceret, & per cūctos menſes barbā uellicaſſe. Picus iunior in Stau
roſticho cū Peutigero uolūt iuxta Vindelicos hāc cladē fuiſſe ꝑactā, ait eñ

Vindelicus rhætus miratur & aſpera cæde
Romani tremuit quondam prouintia Vari.

Veriſimiliꝰ tn̄ eſt hāc apud Cheruſcos cōtigiſſe cladē. Verba Ottonis ſūt li.iii.
unde notari poteſt, quāti roboris prædicta gens (ſci. Germanorū) fuerit, quæ
in ſūma authoritate Romani impii, tantā ſtragē romano militi dedit. Hanc cla
dē etiā Aurelius uictor innuit his uerbis, de Auguſto locutus, huius (inquit)
tempore transrhenū uaſtatus eſt Roma. exerci. atq; tribu. & p̄ t or. q̄d in tātū
accidiſſe perdoluit, ut cerebro ac ualido īcurſu parietē pulſaret. Tam lamēta
bilē pugnā Cornelius tacitus in .i. hiſtoriarū li. apd' ędē Saturni arcus Romāos
poſuiſſe refert ob cladem Vari. Florus ergo de cæde Variana ita factum eſt
ait, ut impiū quod in littore oceani non ſteterat, in littore Rheni cōtulerit. hęc
Florus. Quid ergo diſſidiæ Germanos arguit, Romanorū ſuꝑbia? Labienū
etiam ab Auguſto miſſum fugauerūt Germani, & Brittaniā, & Angliā intercę
perūt. Sycābri q̄q; cēturiones miſſos ab Auguſto q ad ſtipendia alliciebātur

crucibus affixere, ut cõmentator Horatii ex Floro elicit. Sueui Vanniũ ducem tis impoſitũ a Druſo occiderunt, ut Cornel. li. xiii. exequit. Tiberius quoq; maiori diſpendio Germanos uicit, per trienniũ enim quinq; legionibus conſumptis, res romanas profligauit. Suetonius, Methodius, Euſebius, Oroſius, formidoloſiſſimũ bellũ illud dicũt fuiſſe poſt punicũ. Hæc Auguſtus geſſit, maius etiã diſpendiũ a fœminis q̃ uiris Druſum pertuliſſe Euſebius ait. Ambiguũ ergo ẽ an Germania maiorẽ iacturã a principio belli uſq; ad finẽ deditionis ſuæ, exp ta fuerit: An tm̃ Auguſtus p̃ſenti bello: Merito ergo Florus ſcripſit Germanos magis uictos, q̃ domitos, moreſq; Romanorũ magis q̃ arma ab impatore ſumpſiſſe. Hęc ille. Germani igit in flore Imp. Ro. hęc Italis intulerunt. Qui plura de illis uidere cupit, Sabellicũ ac Dracontiũ in deſcriptiõe Rheni legat. Druſum etiã dicant effeciſſe q̃d placuerit: ego Cornelio li. i. hiſt. ſubſcribo, q Germanos in Druſum exarſiſſe refert, & uno impetu præruptum hoſtem cæcidiſſe, ut pauci euaſerint.

Quanti alii imperatores Germanos uicerint. Ca. xxii.

NVnc aliorũ impatorũ iacturas adducturus ſum, Domitianus uictus tributa Dacis impendebat, ait Dion Bithynius in uita Traiani. Traianus aũt muneribus Germanos deuicit & manſuetudine, referẽte Cãpano. Adrianus itẽ Alanos donis & pecuniis ſurgentes ſedauit, ut Dion late exequit. M. Antoninus Pius adeo Germanos fregit, ut nullus unq̃ impatorũ, tanta uero iactura, ut ærariũ pene exhauſerit, teſte Iulio Capitolino. Hic Germanos Germãis ſtrauit, cuius rei Iulius Capitolinus author eſt, unde nõ agnoſco an p̃ſtantius & magis germanorũ honori adſit: uel uiciſſe uel uinci. Semp enim Germani uictoriæ capaces fuerũt. Hunibaldus ex relatione Abbatis Spãheimenſis ſcribit, maximo damno Romanos tunc uictos, duce Faraberto Frãcorũ rege, & pulſos iterũ ad Italiã. Domitianus optimos q̃ſq; bello germãico amiſit, ut Appiũ Sabinũ & Corneliũ Fuſcũ, ſicuti prius uidimus, damnũ tñ reipub. intulit, ut Otto lib. iii. ca. xx. & Cornel. aſſerunt, & Oroſius lib. vii. ita, inqt, Domitianus aduerſum Germanos & Dacos, per legatos bellũ geſſit, pari rei publ. pernicie, cũ foris malũ circũactũ exercitũ, aſſidua hoſtiũ cæde laniaret, Nam q̃ta regis Dacorũ cũ Fuſco p̃lia: q̃tæ Romanorũ clades euoluerem, niſi Cornelius de interfectorũ numerũ reticuiſſet. Huius opinionis eſt Iornandes gotthus. Antoninus Verus etiã ærariũ exhauſit, & adeo ut poſt bellum uxoris ueſtes, & monumenta in foro Traiani uenderent, ut Platina in uita Aniceti papæ xii. & Põp. Lætus ꝓbauerunt. Eutropius li. viii. hoc bellũ punicis contulit. Nã uniuerſum exercitũ Romanũ tunc periiſſe innotuit. Aurelius Sex. loqt de euacuatione ærarii, ſed non noĩat q̃ bello id factũ ſit, Iulius tñ Capitolinus id bello ait Marcomanico contigiſſe. Maximinus impator adeo celebratus cõtra Germanos profectus germanorũ auxiliis, Aquilegias deuicit, teſte Iulio Capitolino, ab Alanis tñ uictus, Germanos germanis deſtituit. Et ut Ael. Cord9 ait apud eũdẽ plus ſcripſit Ro. Pop. ſe feciſſe, ac pollicitatũ q̃ ad rem deduxerit, ꝓpter inuidiã ſenatus, q eũ odio p̃ſequebat. Etiã ſi Germanos ſupauit titulus ille

Antoni ni iactura

Domitiãi diſpẽdiũ.

Maximi nus

magna ex parte laudis Germa. eſt, nã Gotthus fuit Maximin⁹, ut uult Symmachus lib. hiſto. v. & licet eos uicerit, tñ Germanos germanis cõtudit, ut Cornel. in hiſtoriis collegit. ſ. Sidone & Italico Sueuorũ regibus ſibi adiuuãtibus, & tñ triginta & duabus pugnis frangere non potuit Germanos, ut placet Ia. Vuimpfelingio. Tẽpore Poſtumi Germani oẽs Gallię ciuitates ab ipſo cõditas deſtruxerunt, ut aiunt Pomp. Lætus & Trebellius Pollio, quas Lolianus in ſolo barbarico, poſtea per vii. annos iterũ ædificauit. Aurelianus ſæpe Germanos uicit, uictus tñ ſemel eſt adeo a Marcomanis, ut Roma in diſcrimine fuerit, ut FL. Vopiſcus ex Theoclyto in libello de nauibus probat.

De Galieno & Claudio, ac deuaſtatione totius impii a Germa. Ca. xxiii.

Germani Hiſpaniã & Ciliciã cęperunt

GErmani uſq; ad Rauennas ſemel uenerũt, q̃ perniciofiſſimũ & pene nomini Romano execrabile fuit, uſq; Hiſpanias, Tarraconiã ciuitatẽ ceperunt, Sueui Sarmatas, & Pannones ſollicitauerunt. Hęc Eutropi⁹ li. ix. Hoc tpe Galli Hoſti. factũ autumat Platina. Idẽ tpe Galieni cõtigiſſe idẽ in uita Lucii uult, licet & ibidem Galli Hoſti. meminerit, ut uix aliquis diſcernere queat, quẽ uoluerit? Iuſtiniani tñ enarrator etiã tpe Galieni Germanos Ciliciã uaſtaſſe refert, cui ſuffragat̃ Otto li. iii. ca. xxxix. & Hiſpaniã, Rauennam Parthicã, Meſopotamiã cepiſſe collegit Oroſius li. vii. Iulius Capitolinus Gotthos, Macedoniã, Thraciã & Theſſaliã cœpiſſe & deuaſtaſſe refert. His tpib⁹ Scythæ q̃q; uaſtauerunt Aſiã & Cappadociã. Inde & Achaiã, ubi Martianus cũ eis pugnauit. Ego uero crediderim duas expeditiones, tpe Galieni. ſ. unam, & Hoſtiani alterã fuiſſe editã, & tpe Valeriani tertiã. Poſt Galienũ & alios impatores Peucini, Tũgri, Sicobates, Celtę, Eruli, in Romanorum fines irruerũt Scythæ in Cretã, alii in Mœſiã irruperũt, & multa mala intulerũt militi Roma. q̃s poſtea oĩm primus Claudi⁹ uicit, eorũ ccc. xx. millia occidit, duo millia nauiũ cœpit, ut meminit Hermannus chronogra. Põp. Lęt⁹, & Panagyricus ad filiũ Conſtãtini, qui Claudiũ aſſerit pditã diſciplinã & ſolutã primũ reformaſſe. Similiter Oroſius & Trebelius Pollio in Claudio, & ipſe Claudius in epiſt. ad Brochũ teſtat̃. Iornandes Gotthos Galieni tpe Thraciã adeo populaſſe ſcribit ut intactũ olympũ mirandũ ſit, cuius meminimus in cap. de fortitudine, uniuerſam etiã Aſiã, Ciliciã, Africã & oiã depopulaſſe, & contra Theodoſiũ ſcribit eoſdẽ Gotthos, duce Alarico, Romã cæpiſſe, Italiã uaſtaſſe, ſimiliter & Hiſpaniam, & conueniſſe in Gallias, etiam Francos regiones illas deuaſtaſſe. Vnde Claudianus in Ruffi. libro ſecundo ſic de eorum incurſionibus inquit.

Iactura gotthorũ in Romanos

Ventis ueluti ſi fręna remittat
Aeolus, abrupto gentes ſic obice fudit.
Laxauitq; uiam bellis, ut ne qua maneret
Immunis regio, cladem diuiſit in orbem.
Diſpoſuitq; nephas. Alii per terga ferocis
Danubii ſolidata ruunt, alii & expertaq; remos
Frangunt ſtagna rotis, alii per caſpia clauſtra,
Armeniaſq; niues, inopino milite ducti,

Inuadunt

Inuadunt orientis opes,iam paſcua fumant
Cappadocum,uolucrumq́ꝫ parens argeus equorum
Iam rubet altus Halis,nec ſe defendit iniquo
Monte cilix,Syriæ tractus uaſtantur amœni,
Hinc planctus Aſiæ,Geticis Europa cateruis.
Ludibrio prædæq́ꝫ datur,frondentis aduſq́ꝫ
Dalmatiæ fines,omnis qua mobile ponti
Aequor,& Adriacis tellus interiacet undis.
Theſſalus ardet ager,reticet paſtore fugato
Pælion,æmathias ignis populatur ariſtas
Iam plaga Pannoniæ,miſerandaq́ꝫ mœnia Thracum.
Heu heu q̃ breuibus pereunt ingentia cauſis.
Imperium tanto quæſitum ſanguine,tanto
Seruatum,quod mille ducum peperere labores.

Gotthorum irruptiones.

Et addit Claudianus Romanos tũc ueſtes optuiſſe mutare,& geticas(ne cognoſcerẽt)aſſumere,dũ igr

Nam cum barbaries penitus commota,gementem
Irrueret Rhodopen,& mixto turbine gentes
Iam referta ſuas in nos transfunderet arctos,
Danubii totæ uomerent cum prælia ripæ.
Dum Geticis ingens premeretur Myſia plauſtris.

Et idem.

Gens nulla Scythicos diffuſior ulla triones
Incoluit,cui paruus athos,anguſtaq́ꝫ Thrace.
Cum tranſiret,erat.

Huius & Marcellinus li.xxvi.meminit Pomp.Lætus & Sabellicus.Eorum tp̃e & Vandali,Alani, Burgundiones, Franci, deturbatis Pannoniis ambabus, ob metũ Gotthorũ iterũ Galliã & alias regiones populabant̃,teſte Iornãde.Inde Hiſpaniã uaſtabant,ut Nauclerus & Euſebius aiũt, Hunibaldus & Abbas Spanheimius Francos ſcribunt tp̃e Galieni,duce Barthero cũ reliq̃s germanis,Saxonibus,Turingis,Alemanis &c.Galliã deuaſtaſſe,oĩa prius ſibi illata ultos.Cõſtantino inde urbes populatę dirruebant̃, ut Soſomenus hiſtoricus aſſerit,quantũ uero & gotthi Valentiniano incõmodauerint ex Socrate & Theoderico ꝓbaui.Eleuet aliq̃s ergo tanta emolumenta:& punicis malis inteſtinis maiores germanorũ irruptiones uidebit, toties ærarii euacuationẽ: tot etiã ſumma urbis diſcrimina: tantũ uictorũ Romanorũ aceruũ:agnoſcet.Conſtantinus germanos ſecundo p̃lio uicit.Quoties aũt ſuo tp̃e illi rebellauerint:li.xiiii.Marcellinus ſcribit,eius tp̃e limitibus germanos egreſſos fuiſſe,Galliã uaſtaſſe,demũ fœdus cũ Alemanis iniuiſſe cæſarẽ. Idẽ Marcellinus li.xv.imp̃atorẽ germanis cõgreſſum,ab ip̃is uictũ fuiſſe collegit,& q̃ tunc Romanis nihil ſubſidii fuerit q̃ꝫ fuga,& numerũ inopinatũ Romanorũ occubuiſſe,decẽ tribunos deſyderatos fuiſſe,& minas germanos intendiſſe.

Conſtantinus.

Qua iactura Conſtantinus,eius filius,Diocletianus & Iulianus Germanos uicerint. Ca. xxiiii.

Qua ia ꝺtura im patores Romano rũ Germanos ui cerint.

CAeterũ qm̃ nobis ſermo de Cõſtãtino incidit,nullus liber apud Am
mianũ eſt,ubi non de Germanorũ irruptionibus huius tẽpeſtate &
limitũ tranſgreſſionibus mentio fiat.Conſtantinus primo p̃lio eſt ui
ꝺtus,ut Otto Friſing.ſcribit.Gotfridus & Oroſius li.vii.uix hunc uolunt a ſuis
militibus ſurreptũ fuiſſe primo p̃lio,Hunibaldus Richimerũ Conſtantinũ cæ
ſarẽ defugaſſe ait.Vt aũt per oẽ Cõſtantini tẽpus noſtra in Romanos diſpen/
dia reuoluã.Dũ Conſtantinus ſe gerebat adoleſcentẽ ſub Maximiano & Dio
cletiano Cæſaribus,Franci Batauã irruperunt. Vnde panagyricus ad Maximi
anũ inquit, multa ille Frãcorũ millia,q̃ Batauã & alias cis Rhenum terras inua
ſerant depulit. Verũ Franci non deſtiterunt,ſæpius em̃ cũ illis poſt Maximia
nũ rebellauerunt.Panagyricus ad filiũ Cõſtantini,terrã(inquit)Batauã a regi/
bus Francorũ occupatã om̃i hoſte purgauit,& in romanas tranſtulit natiões
ut nõ arma tm̃,ſed et feritatẽ cogerẽt Frãci deponere.Et idẽ ad eũ,affeciſti pœ
na temeritatis Franciæ reges,& non dubitaſti eos ultimis punire cruciatibus,
nihil ueritus gentis illius odia,& iras inexpiabiles,dũ pacẽ uiolarunt.Et idẽ ad
eundẽ,Sciunt poſſe tranſire Rhenũ Frãci,q̊s ad necẽ ſuã libenter admittis, ubi
ſemp̱ infida nobilitas? & iã ne ꝓcul audetis Rhenũ attollere? & uix ſecuri flu
mina ĩteriora petitis?arat terribilẽ ripã aliq̃n inermis agricola,toto noſtri gre
ges bicorni flumine merſant̃.Ex q̱bus uerbis rarã pacẽ Francorũ uides & Ro
manorũ amicitiæ interceſſiſſe,ut mirũ ſit,inermẽ litus colere. Idẽ Hunibaldus
& Claudianus uolunt,cuius uerba ſunt. Cornibus infractis adeo miteſcere
cogis Vt Sueuus iam rura colat. Et addit. Per albim Paſcat Belga pec⁹.
Sic & Mamertinus ad Maximianũ,ab oriente ad mæotidẽ libere nunc licet &
extrema ſeptentrionis.Alius etiã panagyricus ad eundẽ.Purgauit(inquit)ille

Conſtantini diſpẽdia a germanis

Batauã aduena hoſte depulſo,tibi ex ultima barbarie indigenæ populi ſe dedi
dere,ille Oceanũ claſſe admouit.Hoc tm̃ a Francis Conſtantini primis tp̱ibus
geſtũ eſt.Diocletiani etiã ſeculo mirũ in modũ Gallia a Germanis uexabat̃,un
de eius panagyricus ad eũ ita infit. Cũ oẽs barbaræ nationes excidiũ uniuerſæ
Galliæ minitarent̃,neq; ſolũ Burgundiones & Alemani, ſed & Tubantes &
Eruli,uiribus primi,barbarorũ in locis ultimi,p̃cipiti impetu in has ꝓuincias
corruiſſent,quis tã inſperatã ſalutẽ attuliſſet? niſi tu affuiſſes. Nazarius Ma/
mertinus ad Maximianũ eadẽ teſtat̃.Dũ uero ipſe Conſtantinus imp̱io p̃fuit,
quales uaſtationes editæ fuerint prius retulimus,nec illis tm̃ p̃dictis Germani
acquieuerunt. Ammianus Marcellinus li.xvi.Imp̱ator audiuit Sueuos & Rhę
tos q̊ uſq; Valeriã Sarmatas,Męſiã,ſup̱iorẽ & ſecundã Pannonias uaſtarent.
Et idẽ Chonodomarus,inq̱t,rex Germanorũ,cæſarẽ ſup̱auit,ęq̊ marte cõgreſ
ſus,& ciuitates multas uaſtauit,& opulentas Gallias p̱cultauit.Hæc oĩm adula
torũ corruptiſſimus,dicere tñ de Germanis ueritatẽ nõ morabat̃.Nazari⁹ Ma
mertinus Conſtantino,differamus parũp̱ italicas expeditiones,q̱bus Seguſiẽ
ſiũ ciuitates Italiæ clauſtra refregiſſes.Quid memorẽ Bructeros?Quid clamo
ſos Cheruſcos,Vangiones,Alemanos,Tubantes? ubi ĩmanitas barbariei in
ipſis uocabulis horrorẽ exhibet.Hi oẽs ſigillatim armati,cõſpiratiõe fœderatę

ſocietatis

ſocietatis exarſerunt.Idẽ Hiſpanos,Francos Germanos armis infeſtis habuiſſe
refert Conſtantinũ.Fuit & filius Cõſtãtini in impiũ accitus, hic diſpẽdia etiam
multa a germanis ꝑtulit.Eius Panagyricus de eo,qd memorẽ,inqt,ex diuerſis
germanorũ populis multitudinẽ: quã durat⁹ gelu Rhenus obduxerat,& eam
dẽ inſulã,quã diuertit,ſuis armis cõplectit̃,nauigiis occluſam.Et idẽ ait, tot⁹ ar
matis nauibus Rhenus inſtructus eſt,& ripis oĩbus uſq; ad Oceanũ diſpoſit⁹.
Ecce.n.dũ a limite pauliſꝑ abſceſſeras: Quibus ſe terroribus barbarorũ ꝑfidia
iactauerat.Et alius Panagyricus.Quid opus erat ipſi rheno inſtructis & militi
bus & claſſibus: Idẽ ad eũdẽ,duxerat magnũ Seuer⁹ exercitũ ꝑ alpes,hoſtem
uero ſua ꝑfidia armauerat,maiores copias inde Maximianus, & ipſe uidebat̃,
deniq; pater credebat̃ diſciſſam ab humeris purpurã ſenſerat,& eũ in illud de
decus ſua fata trãſtuliſſe.Tu uero toto oppleto alueo Rheni, nauibus tantam
cladẽ piurę gẽti intuliſti.Alius Panagyricus ad eũdẽ,tpe Galieni truncata erat
reſpub. tũc ęgypt⁹ Syria defecerãt,amiſſa Rhętia,Noricũ,Pãnonięq; uaſtatę,
Italię q̊q; excidia ĩminebãt.Nũc aũt nutu Neruorũ & Treuerorũ arua iacẽtia
lętus poſtlimio reſtitutus,& in leges receptus Frãc⁹ excoluit.Hęc aũt oĩa dãna
tpe Cõſtãtini ꝑacta ſunt.Ad Iulianũ redeo,iactura ęquali a germãis affectum,
Nazarius Mamertinus ad Iulianũ.Impator noſter,inqt,Gallias nactus nimiũ
aduerſus hoſtẽ habuit laboris & diſcriminis.Vno.n.ꝑlio germania debellata
eſt,ſed difficile luctamen & pericli plenum fuit negocium. Idem ad eundem
Iulianus,inquit,Alemaniam domuit,Galliam ex fauillis & cineribus exuit.Illę
enim prouinciæ obſeſſæ,expugnatæ,uaſtatæ ferro ac igni.Et idem,in ipo ſcri
bit ſaltem limine oppreſſit Germaniam rebellãtem,qui & paulo ante audacia,
& inaudita regionum,fluminum,montium nomĩa,exercitu uictoriæ peragra
uit,per ultima ferarum regna calcata, regum capita ſuperuolans in medio Illi
rici ſinus improuiſus affuit.Plura etiam Ammianus Marcellin⁹ in decimo no
no & uigeſimo libris retulit,& libro decimoſeptimo.Perculcabat,inquit,Illyri-
cum furor hoſtilis,abſentiam noſtram deſpiciens,dum Italos tuemur,& Gal-
lias uariis diſcurſibus uaſtabat,intima limitum peragrans, per licentiam ſcan-
dens ad maiora,ad funeſtas prouinciarum clades erepſit,& crebras commu-
nitis aditibus rhęticas peruigili Gallorũ ſecuritate fundatas,terrorem nullo re
licto.Idem Marcellinus libro uigeſimo ſexto,Euentus,ait,ſæuiſſimi milites ſibi
proximos depopulabantur,Gallias,Rhętias, Alemani proculcant, Sarmatæ,
Quadi,Saxões &c.& hęc oĩa Germanorũ in Romãos dãna Panagyrici addu
xerũt,in aliis corruptiſſimi,q̃re maiorẽ iacturã, q̃ illi ꝑdiderũt,agnoſcimus.

Secula filii Cõſtãt. qd a ger. patiebant̃

Iulian⁹ q̃ a Germa. paſſus

De iactura tpibus Theodoſii Romanis a Germanis illata,& demum uictorum imperatorum aduerſus germanos incommodũ. Ca.xxv.

ANte Theodoſium Hieronymi diui temporibus,quid Roma a Ger-
manis ſuſtulerit: ipſe Hieronymus teſtatur ad Euſtochium & Mar
cellinam ſcribens.Hoc anno,inquit, cum tres libros explicaſſem ul
timos,ſubitus barbarorum impetus Aegypti limitem palæſtinę Phœnicis,Sy
riæ, percurrit,ad inſtar torrentis fluuii,ut uix eorum manus ſubterfugerim.

Theodoſius q̃a germãis paſſus

Idē ad Heliodorũ.Quid putas habere Corinthios,Athenienſes,Lacedęmoni
os,Arcades? & cunctã græciã? q̃bus barbari imperant. Nã anno p̃terito ex
ultimis Caucaſi montibus ĩmiſſi in nos ſeptentrionales lupi,tantas ꝓuincias,tã
breui ꝑcurrerunt,obſeſſa Antiochia,& reliquæ urbes,quas Halis,Cydmus,
Aruntes,Euphrates,p̃terfluũt,tracti greges captiuorũ Arabia,Phœnix,Palę
ſtina,ægyptus,Hæc ille.Et idē diſt.xii.epiſto.xxxi.ait,Innumerabiles & fortiſſi
mæ nationes uniuerſam Galliã uaſtauerunt,Alanus,Sigipedes,Vandali,Sar
matę,Eruli,Saxones.Ibidē Hiſpaniã perire q̊tidie uidemus adiungit,& Roma
nos ꝓ ſalute non armis,ſed auro pugnare.Ecce Sidonii Apollinaris tp̃e in im
pium quã turbã Germani excitauerint,uerba eius ſunt lib.vii.ad Mamertinũ.
Timor eſt,inquit,in romanũ ſolũ caſtra mouiſſe Gotthos,huic ſemꝑ irruptio
ni nos miſeri auerni ianua ſumus,q̃a dudũ terminos ab Oceano in Rhoda
nũ limitauerunt.Idē ad Baſiliũ papã. Varix,inq̄t,rex Gotthorũ terribilis ac po
tens armis ob uirium merita limitem ſui regni egreſſus eſt Eodem tempore
imperatori rebellauerunt Germani teſtante eodem cum ait lib.xx.

Bellonothus,Neurus,Hunnus,Geta,Dacus,Alanus,
Pannonius,Rugus,Burgundio,Veſus,Alites,
Biſulta,Oſtrogothus, Procuſtes,Sarmata,Moſchus,
Poſt aquilas uenere tuas,tibi militat omnis.
Obſequium gens una negat,quæ nuper ab Iſtro
Rettulit indomitum ſolito truculentior agmen,
Quod dominis per bella caret,populoqꝫ ſuperbo,
Turgida plectendas in prælia ſuggerit iras,

Antiqui Ger.ſemꝑ acquiſiuerunt imperia

Cõcludit Campanus in orõne
ad principes,antiq̄ ueſtri(intellige Germani) ſemꝑ impia acq̄rere curauerũt,
non ſua amittere,& fecerunt,ne q̄s unq̄ꝫ ſe armis fœliciter aggreſſum Germa
niã glorietᷣ,dũ Iulii exercitus ꝑterritus eſt aſpectu,legiones Auguſti eſſe dele
tas uidimus,& q̄ reliquũ orbē ad ortũ uſqꝫ ſolis ꝑdomuerat,uni exercitui ger
manorũ parē ſe eſſe non poſſe teſtabatᷣ.Idē ait.Tiberiũ armis aggreſſum Vin
delicos,mox diſcedere e Germania coactũ.Poſtea xxx.pugnis Veſpaſianũ(q̄
totũ ſubegit orbē) uincere germaniã nequiuiſſe.Antoninũ,Aureliũ & reliq̄s
ad conditiones ęquas cõpulſos.Traiano non armis coacti,uerũ mãſuetudine
paruiſtis adiungit.Alexãder fama ueſtra territus,in ripa Danubii ſubſtitit,nec
Darius rex olim ,nec Pyrrhus,nec Aſiæ reges,auſi fuerunt attingere regionē
ueſtrã.Hæc Cãpanus.Latinus Pacatus ad Theodoſiũ,an neſcis rē tuã abſumi
ꝑ momenta?Neſcis q̄d attulerit Gotthus? rapuerit Hunnus? aufert Alanus?
Id olim deſyderabat Arcadius,q̄ ꝑdidit infortunatus gallias.Lugeo Pãnonias,
Illyrici,Galloruq̃ꝫ ſpecto excidiũ.Et addit,unde igitᷣ exordiar niſi a tuis Gallia
malis,q̃ ex oĩbus terris (quas illa peſtis inſederat) haud iniuria tibi uēdicas pri
uilegiũ miſeriarũ,cõpulſa uictoriã Maximini interitu retuliſti.Et idē, o res me
moratu digna,ſub ducibus uexilliſqꝫ Romanis ibat aliquando hoſtis Roma
nus,& ſigna contra quæ ſteterant ſequebantur,urbes Pannoniæ quas inimica
dudum populatione uacantes miles impleuerat Gotthus,Hunnus & Alanus.

Diuus Hieronymus.Horret animus,inquit,noſtrorũ temporũ ruinas ꝓſeq̃, uiginti aũt eo uel amplius anni ſunt,dũ inter Conſtantinopolim et Iulias alpes pugnat̃,& q̃tidie romanus effundit̃ ſanguis.Scythiã,Macedoniã,Theſſaliam, Thraciã,Dardaniã,Daciã,Achaiã,Epyros,Dalmatiã,cunctas Pannonas,Got thus,Alanus,Sarmata,Quadus,Marcomani,uaſtant,trahunt,dirripiũt. Et idẽ Hieronymus Italiã ferociſſimos hoſtes habuiſſe ait,Pyrrhũ uidelicet & Han nibalẽ,nunc uero ꝑniciosiſſimos.Quid aũt Honorii & Arcadii tp̃ibus geſtum ſit?Pomp.Lætus,Claudianus,Rhegino,Platina,Otto,Gotfridus,Iornandes, Sabellicus ſatis declarant.At dices,nonne etiam uicerunt germanos? id prius ſcripſimus,quid bello aduerſus germanos emeruerint.

Dirrupti o Germa norũ tp̃e Hieron.

Catalogus imperatorũ cõtra Ger. bellantiũ,& eorũ infortunio. Ca. xxvi.

SI aũt ad calculos reuocanda res erit,nullus imꝑator germanos ꝓſpere de uicit,uel morte ĩmatura aut dãno grauiſſimo ꝑuentus eſt. Cõſtantinus ui cit germanos,tñ Oroſio auctore a morte uix ſurreptus eſt,& ut ait Hiero nymus ait ad Heliodorũ.Dũ acrius contra hoſtes pugnat,moriens in uinculo hoſti cũ magno dolore reliquit impiũ. Poſt eũ Iulianus uictor Rhẽi,dũ tm̃ fi nes regni ſui ꝓpagare uult,ꝑdidit partas,& ſuas,ut ibidẽ ait Hieronymus. Va lens(ut prius diximus)a Gotthis occiſus. Valentinianus,referente Hieron. de contẽptu ſeculi epiſt.v. cũ contra Sarmatas & Quados,Illyricũ uaſtantes con tenderat,ſanguine emergente diſcrepuit.Gratianus q̧ auxilio Chriſti, auctori bus Oroſio a Ottone,fretus,Germanos uicit,ab exercitu ſuo ꝓdit⁹,obuiis ur bib⁹ nõ receptus, hoſti ludibrio fuit,ut aſſeruit Hieron.Id & antiquis imꝑato ribus contigerat,Iulius uictus,Auguſtus mœſtus tẽpus triuit,Druſus a Ger manis occiſus,Antoninus Maguntiæ gladio traiectus occubuit.Maximin⁹ eti am cęſar in paludibus Scythicis occiſus eſt,ut teſtat̃ Suidas in dictione θεοδόσιος iuxta Rhenum & Bonoſus imperator ſeſe ſuſpendit. Vides quã fortunã ac euẽ tum rerum illi ceperint? quibus germanorũ gloria ac uirtus erat odioſa.

Imꝑato res qui Germa niam de bellauere

Excuſatio auctoris in enumerãdis Ro.diſpẽdiis a Germ. Ca. xxvii.

AT tu nunc dices,q̃rſum tandẽ illa tua contra Ro.euadet orõ? & an de mũ conductus in hanc diſputationẽ deſcẽderim,ut ſemꝑ germanicã uirtutẽ interꝑtando,romanorũ nomen impetere ac interuertere ſtu deã,oĩa hactenus mihi tuto licuiſſe,ſi ſaltẽ modus aut finis orõni noſtrę cœpe rit.Quã inique ĩiuriarũ a te expoſtular,tuũ ſit iudiciũ,q̃ ĩiuſte & germania no ſtra,q̃ aduerſus te queri id poteſt,q̃d de me Romanorꝝ calũnia. Interim.n. dũ germanię negociũ egimus,aduerſ⁹ nullũ quidq̃ ſtatuimus,nec in uẽdicãdo lau dẽ germanię,in alterius uelitatione occupabar unq̃,ac totum pene opis noſtri curſũ,ſine ullius noĩs q̃ famę affectatiõe hactenus expleui,nefas eſſet,imo etiã nũc intempeſtiuius,germanię noſtrę laudẽ alterius detractione parere.Romã ſemꝑ dñam gẽtiũ diximus,de Romanis ut de mortaliũ ꝑſtantiſſimis ſenſim⁹, turpe eſſet me nunc noſtrã mutare opinionẽ,ac noſtrę ſnĩę toties repetitę ob ſtrepe.Volo.n.ſi q̃d unq̃ germãiæ largit⁹ fuero,id aliis ne obſit. Qꝫ aũt germa norꝝ uirtuti romãos ſuccubuiſſe dixim⁹,ueritatis cõſciẽtia nobis licuit, nõ ger

Querela cuiuſdã Romani cõtra au ctorem

mãicę decoris oſtẽtatiõis grã.Duę uię mihi erãt ſubeũdę,aut germãicę v̄tutis
titulũ Ro. deferã,aut cõtra,Romanorũ decꝰ germanis cõcedã, odioſꝰ pene in
utriſcꝫ,utrũcꝫ piarũ auriũ offenſiuũ,utracꝫ res etiã aduerſus ꝓximũ cõflictat.
Et ꝗcũcꝫ mihi fugiẽdũ eſt,non auferã,quin crabones in me habuerim exaſpa

Excuſa tio aucto ris.

tos.Quid,habuerim? ĩmo habuiſſe noſtrę orõnis exordiũ oſtẽdit. Si Romãis
palmã de Germanis tribuero,uereor ne maior ab ipſis q̃ Germanis pugna mi
hi oboriat.Nec.n.ſolido aĩo a me id dictũ paterent,ꝗd ſciuerint ueritati eſſe a
uerſum,& ꝗd ſtupidũ rurſus ac priuatũ hoĩem non fugiat. Dũ uero ꝓ patriæ
aris dimicaturus ſum,ac ueritati ĩ oĩbus ſuffragaturus, Cur tibi moleſtus ſum?
dũ nec facile τὴν παλινωδίαν feras.Satis me Romanorũ damna expreſſiſſe dicis?
cũ tã multa memoriæ noſtræ obuia adhuc a nobis ſunt excitanda,ac operi no
ſtro inſerenda.Cõponendũ eſſe ſermonẽ noſtrũ putas? quẽ uix auſpicatus ſũ.
Si tecũ aũt ſentirẽ,ac nũc in medio curſu orõnem ꝑſcinderẽ,ne amplius in Ro
manorũ oſtẽdẽdis diſpẽdiis obãbularet,quã rẽ Germanię mecũ eſſe tunc pura
res? dũ eius uirtutẽ enarrãdã diligẽtię noſtrę collocaſſem,& in iis q̃ nulliꝰ oſtẽ
tationis eſſent maxĩe occupatus clariora excluſiſſem.Dũ itacꝫ a Ro.ĩiuria mihi
tẽporarẽ,germaniã iniuria impeterẽ,ac in diuerſi uitii crimẽ abirẽ.Dũ ęqualis
peccati ſit,ac pari cẽſura notãdũ,offendere,ac cęteros,cũ poterimus,iniuria nõ
ꝓhibere.Qꝫ aũt admones ut ciuiliꝰ paulo rẽ exequar,aut ſi oĩno aĩo noſtro in
duxerim,adeo mihi in rebus germanoꝝ eſſe laſciuiẽdũ, ut Romanorũ mẽtio
ni parcã,ac ne priſtinũ uulnus a germãis acceptũ,recẽti memoria renouãdo ex
ulcerẽ,ſatis.ſ.eſſe totã terrã tot ulceribꝰ letalibus a germano ciue ĩuſſam,ac fuiſ
ſe offẽſam.Dii boni ꝙ lõge a me ipſo tũc abeſſem,ꝙ maxĩe rebus abuterer,ſi re
clamãte natura ipſa,rẽ ꝑ ſe effuſiſſimã,anguſtis finibus coarctare ꝑgerẽ.Mihi
crede,tã egregia a germãis facinora edita ſunt,ut hęc mutuis int̃ ſe de ꝑſtantia
certamĩbus collidant.Dic aliꝗd eorũ,q̃ germanoꝝ uirtuti debent̃, ꝗd excludi
potuerit.Plane ꝗdcũcꝫ deſyderet̃,pluris illo eſſe uidet̃ nobis,ꝗd memorię aſ
ſertũ ẽ.Oẽm igit̃ rẽ tuo iudicio ſubmittã,& tu q nullo etiã amore germãiæ du
ceris,in unũ faſcẽ(q̃ cõtra Ro.geſſimꝰ)oĩa cõfer,uide ꝗd potiꝰ ſis decãtaturus?
ꝗd relicturus.Cęterũ ut agnoſcas me nihil germanię q̃ ext̃nis natiõibus ĩputa
re uelle,ꝗd uitii aut uirtutis ſit,titulos pn̄tis libri eorũ appellatiõe diſpoliemus,
minori uerborũ tenore baptizemus,& uice huiꝰ inſtituti,ꝗd de diſpẽdio huic
uel alteri gẽtiũ a germãis illato titulos ordinauimus, hos de ludo germanorũ
cũ ꝑdictis populis ꝓhemiãtes imbuemus? ꝓ bello ludũ ponemus? luſerũt ger
mani aduerſus Romanos? ludentes Africã,Europã,Aſiã,Romã, Conſtantino
polim,Hieroſolymã interceperunt. Tu igitur ſi loco ludi hæc intellexeris? me
alioq ludis deditũ,& in hac parte ꝗcꝫ ludentẽ habebis riualẽ.Si minus procax
ille tibi ludus uidet̃,ꝗ germani rerũ ſumma potiti ſunt,ac quo alea ꝓſpere eis
cedente toties Romã gentiũ dñam quaſi teſſerarũ iactu uno ductu neceſſita
uerunt? Et ne iſtiuſmodi ludus nobis intercidat,dũ prius germanoꝝ in Ro.
Imp.dãna oſtendimus.Iam ſimili exẽplo in eorũ ludo obãbulemus,& ob nouę
rei ludi uidelicet ĩtroductiõem,a prĩa origĩe rẽ paulo altiori exordio repetamꝰ

De Incurſationibus germanorum in Romanos tꝑibus Auguſti & Tiberii Neronis. Ca. xxviii.

PRoximis capitibus demõſtrauimus qua iactura Roma. impatores germanos deuicerint, ꝑſentis aũt libri ratio memoriã exigit diſpendii, a noſtris regionibus Romanorũ illati. Nã quicqd hactenus ſcriptũ eſt de romanorũ dãno, tm̃ ad cęſares attinebat: hoc uero q̃d ſeqt̃ penitus ad Ro. imꝑii inclinationẽ. Auguſti tꝑibus in ſummo flore uiguit impiũ, poſt uero Auguſtũ, cũ tẽporũ fluxu ſenſim ruinã Romæ fata trahebãt. Florentibus igit̃ rebus Ro. eodẽ ſeculo germani ruptis limitibꝰ impiũ Ro. inuaſerãt. Oſtẽdit hoc Ouidius li. iiii. de Põto. Protinus æquato ſiccis aquilonibus Iſtro Vicinã late depopulant̃ humũ. Quæ nequeũt ferre, ſecũ aut abducere ꝑdunt Et cremat inſontes hoſtica turba caſas. Inde mox fata Auguſti Pannonicũ bellũ conſecutũ eſt, germani. n. ſeſe putãtes paulo tutiores Tiberii principatũ aſpis bellorũ fluctibus exordiebant̃, ut ait Cornel. li. i. in principio. Romani tunc grauiſſima iactura duos exercitus in germaniis ſuſtẽtabãt, unũ in Vbiorũ finibus q̃ ocio corrũpebat̃. Vñ ſæpe diſtrictis gladiis in ipſos cẽturiones agebãt, ac laniatos ipſos in Rhenũ ꝓiiciebãt, Hęc Tacitꝰ. Mox germani uno ductu Rhętiã ferro igniq; populabãt̃, hinc illud Taciti li. i. ualet, dũ ait. Veterani non multo poſt ĩ Rhętiã mittebãt̃, defendẽdę ꝓuincię gratia. Nec ab Illyrico abſtinuerũt germani, unde nũc in alio loco Cornelꝰ intelligit̃, dũ ait. At Romę cognito ꝙ exercitꝰ legionũ germãicarũ fuiſſet in Illyrico &c. Et addit Cornel. Cęſarẽ xii. millia, ſex legiões ac xx. ſocias cohortes, et octo eqtũ alas, huic ſoli bello deſumpſiſſe. Mox Cati, Cheruſci, Angriuarii, tres germãię gẽtes, Tiberio renũciauerũt. Cati Syluiũ ꝑfectũ obuiũ necauerũt. Cheruſci a qnta hora oriẽtis diei uſq; ad noctẽ cũ ipſo cęſare pugnã ꝓtraxerũt, tãta ſtrages edebat̃, ut illi x. milliaria cadaueribꝰ oppleuerint. C. Sillius iterũ xxx. peditũ tribꝰ eqtũ millibus, a Catis exceptus, extremũ diẽ clauſit, ita cum Tiberio cæſare luſerunt germani, quem nouies ad germaniam ſpecie hoſtili deueniſſe Tacitus ait.

Incurſatio ger. in Ro. tpe Auguſti.

Druſus quõ Germanos uicerit, & quæ eius temporibus a noſtris fuerint uaſtata. Ca. xxix.

POſtq̃ igit̃ Tiberiꝰ oclos clauſit, neceſſũ erat, ut Druſꝰ bellũ a Tiberio auſpicatũ cõponeret. Vincebãt̃ tũc Agriuarii ac Imp. dedebant̃, rebelles inde extiterũt, aduẽtu alterꝰ ducis. Druſꝰ igit̃ parato cõmeatu ꝑ mare ſeptẽtrionale, Germaniã uolẽs ĩcurſare, media uia deuiãs, penitꝰ totũ exercitũ pene ꝑdidit. Taciti ṽba ſũt li. i. Milites Druſi, inqt, ĩ mare eliſi exhauſti fame ꝑierũt, niſi q̊s corꝑa eqrũ alebãt. Sola cęſaris germanici nauis Caucorũ terrã attigit. Vbi cęſar dũ tãti exitii ſe reũ clamaret, uix ſurreptꝰ ẽ ab amicis, q̃ minꝰ mari oppeteret. Multi ad Batauos, multi ad Agriuarios ꝑuenere. Quid aũt cũ Germ. Druſꝰ geſſerit, explicauimꝰ. Triũphauit. n. de Cattis, Angriuariis & cheruſcis. Cecinna cũ Cheruſcis res gerẽs, bis fractis ſtatiõibꝰ pene a germãis ĩterceptꝰ eſt, ſecũdo. n. uictꝰ, ut Tacit. ait, auiditati Germ. uix ſurripiebat̃. Captus. n. extitiſſet, niſi prima legio ſeſe Germanorum furoribus oppoſuiſſet. Dein latiꝰ.

Druſus contra german.

Irruptio in Rhętiã & Pannoniam

De irruptiõe in Rhętiã ac Illyricũ aliorũ Cæſarũ tpibus. Ca. xxx.

GErmani quid interim aliorũ uidelicet Cæſarum ætatibus emoliti fuerint in Romanos? antepoſita capita tenebant. Alexandri temporibꝰ Rhętiã ac Illyricũ miſere cædibus onerabant. Et ut Eutropius, Oroſiꝰ & Euſebius aſſerunt, Mœſia tunc a Dacis, Pannonia a Sarmatis, Gallia a Germanis uexabant. Pannoniã ut li. vii. Eutropius ait Antoninꝰ liberabat, & Antoninũ ad Iſtrũ ueniſſe Suidas aſſerit. Caracalla Rhętiã, referente Spartiano, Alexander Illyricũ, defendebant. Ille mãſuetudine, hic dolo, tertius pecunia. Auctoribus p̃dictis. Alexandri tpibus in Illyricũ Germanorũ irruptionis recordatur Herodianus li. vi. his uerbis. ἐπιχειλάντων αὐτῷ τῶν ἐμπεπιστευμένων τὴν ἰλλυρίδος ἡγεμονίαν. ὅτε ἄρα γερμανοὶ ῥῆνον καὶ ἴστρον διαβαίνοντες, τὴν ῥωμαίων πορθοῦσιν ἀρχὴν καὶ τὰ ἐπι τὰς ὄχθας στρατόπεδα. i. A pcuratoribus Illyricis literæ uenerũt, quippe ſignificabant, Germanos Rhenũ Danubiũq; hoſtiliter tranſgreſſos, oppugnareq; iã exercitus ripis inſidentes. Idẽ Herodianus li. ᾱ. iterũ literas ad Marcum impatorẽ allatas, ac Germanorũ in Illyricũ limitantiũ furores teſtatos adducit, Idẽ Herodianus li. vii. Maximini tpibus imp. Ro. affectaſſe Germanos refert, cui Capitolinus ſubſcribit, & grauiter impatorẽ tuliſſe indicat, uicinas gẽtes a barbaris q̃tidie impeti. Impator igit̃ centũ & qnquaginta millibus uirorum aduerſus Germanos adduxit, erat eñ reipub. grauiſſimũ, q̃ Gallia Germanorũ uaſtationibus diripiebat. Hæc Lãpridius in Alexandro. Maximinus aũt maiorẽ habuit exercitũ q̃ Alexander, ut Iulius Capitolinus, Aelius Cordus, & alii teſtabant. Herodianus oẽs totius impii uires germanico bello cæſarẽ hunc deſtinaſſe refert. Videamus ergo q̃d non ſine ſummo diſpendio cũ tã copioſo exercitu compato ſuſtentato ac conſeruato Romani pfecerint? In Germaniã uenit Maximinus, nullos germanorũ reperit, uicos incendit (ut Herodiano placet) nõ aureos nec argẽteos nec ligneos, uerũ tñ terra lutoq; cõpactos. Vah q̃tũ diſpendiũ Germanis illatũ? Et ille Maximinus in illorũ numero recenſet, q̃ potiſſimũ Germaniã afflixerunt? nã dẽpto ſolo Druſo, nullus unq; Germanię ſe credere (q̃buſcunq; uiribus confiſus) audebat. Tanti caſas illas cõbuſtas romani emerunt, pacẽ ſibi tot annis pepererunt, q̊t caput ſubſequens oſtendet, nec ſine ſuorũ dãno etiã militũ germãos ſtrauit Maximinus, dicẽte Herodia. li. vii. πολὺ δὲ πλῆθος ἑκατέρωθεν πέσαιν καὶ ῥωμαίων καὶ βαρβάρων, & ingens multitudo cecidit Romanorum quam Germanorum.

Maximinus

De Germanorũ populatiõibus ſub Gordiano ac aliis editis. Ca. xxxi.

Gordianꝰ

FVncto adhuc uita Maximino, in cæſares Romanorũ Germãi ſe ultũ petierunt, ac uno fœdere Gotthi, Sarmatæ ac Germani cõſpirauerũt, q̃s tñ a ſe uictos impator in tali epigrãmate oſtendebat apud Circeũ penes Perſas ĩſculpto, Diuo Gordiano uictori Perſarũ, Gotthorũ, Sarmatarũ Germanorũ, uerum non Philipporũ. Per Philippos Alanos Germanos intelligebat, a q̃bus exercitus ſuus pene ad internitionẽ deletus eſt. Hæc Iulius Capitolinus. Alterius aũt Gordiani tpibus Germani, ut FL. Vopiſcus ait, Scythę Bithyniam, Nicomediam, Siciliam, ac totum orbem inuaſerunt.

De irru

De irruptionibus ſub Veſpaſiano factis. Ca. xxxii.

VEſpaſiani tpibus a Germanis uix Gallia eſt ſurrepta, Põp. Læto, Campano ac Egeſippo li.iii. referentibus. Poſt aũt Veſpaſianũ, Alani fera ac indomita gens, cũ multis aliis populis Parthiã uaſtauerunt. Abſcõdit ſeſe ab eis Parthorũ rex Tiridates, & rex Armeniæ uulneratus ab ipſis cõcubinas ſuas auro redemit. Hæc Egeſippus lib.v. & Ioſephus de bello iudaico lib.vii. Cap.xlii. memoria proſequuntur. Irruptio Ger. ſub Veſpaſi.

De uaſtationibus prouinciarum Romanorum, ſub Galieno, Macrino & Claudio. Ca. xxxiii.

MAcrino impatore rerbꝰ potito, Gotthi in Achaiã, Aſiã, Theſſaloniã, Macedoniã, Byzantiũ, & inde Epheſiæ Dianę templũ (ut Trebelliꝰ Pollio ait) interceperũt. Inde Germani Galliam depopulati ſunt. Cęſar aũt Iulianus ciuitates a Germanis deſtructas reſtituit. Impante aũt Claudio Virtungi, Oſtrogotthi, Turingi, Sigipedes, Celtæ, Eruli, undiqꝫ impiũ Ro. infeſtis armis petierunt, Trecenta millia aũt gotthorũ Claudiũ deſtituiſſe Trebellius ait. Liberianus uero & Fl. Vopiſcus Trebelliũ adulatiõibus corruptũ plura addidiſſe ueritati referũt, qbus ego eo faciliꝰ ſubſcribo, dũ excepto Trebellio priſcorũ nullus tot occiſorũ recordet̃. Suidas in dictione σκύθαι in hanc orõnem de Scythis germãicis euaſit, σκύθαι, inquit, Claudii Ro. regis tpibus, ſupbi ob ſecundã expeditionẽ ſub Galieni iunioris cæſaris ſeculo, Erulis, Peucinis, ac gotthis potiti, apud tyrannũ fluuiũ ſeſe congregauerunt, multis fabricatis nauibus pene xxx. myriadibus naues uiginti cõpleuerunt, & ꝑ pontũ traiicientes, capta Tomi urbe ac Martianopoli, ꝑ anguſta propõtidis incurſauerũt. Inſtructis denuo nauibus & ſine ſingulari gubernantiũ cura ac robore ꝓpuiſis multi fluctibus ſæuientibus perierunt. Qui uero ſup̃fuerunt, Cyſicũ nauigauerunt, ac uſqꝫ ad Athum montẽ porrexerunt, ubi reſtitutis nauibus Caſſandrã & Theſſaloniã apulerunt, cuius mediterranea irruentes uniuerſam regionẽ p̄dabant̃, maximiſqꝫ calamitatibus regibus illatis, oẽs Romanorũ ſup̃ſtitũ congregauerunt, & ad agriculturã cõpulerunt. Hæc Suidas. Fuerũt aũt hi Scytharum germani, q̃d patet Trebellii Pollionis auctoritate qui ĩ Macrino. Scythę, inqt. i. pars gotthorum Aſiam uaſtabãt, Theſſaloniam obſederũt &c. & pene totam hiſtoriam ordine enarrat. Cætera priꝰ abſoluimus. Scythæ Ger. contra Rom.

De dirreptioue Tomitanæ urbis. Ca. xxxiiii.

CAeterũ qa nobis ſermo intercidit de Toma urbe, quã a Getis & ſcythis captã diximus. Subiit tm̃ q̃d ab antiqs ſcriptoribus habuimus, ſæpius getarũ dirreptionibus eã patuiſſe. Inhabitauerunt hanc urbẽ getæ, qui ductu regis eorum ciuitates ab Iſtro uſqꝫ ad mare Euxinum ac Thraciam in ditionẽ ſumpſerunt. Venerunt inde Mileſii & eam occupauerũt, Sunt de illo multa carmina Ouidii de Ponto. Tomitanę urbis dirreptio

De incurſionibus germanorũ Aureliani cęſaris tpibus. Ca. xxxv.

POſtqꝫ Claudius cæſar impiũ reliquit, mox Sarmatæ ac Germani Illyricũ hoſtili manu inuaſerunt, ait FL. Vopiſcus. Aurelianũ tunc trecetos

Incurſio Ger.tꝑe Aureliãi.

Sarmatarũ ꝓpria manu interemiſſe,& eius ſententiæ eſt Theoclitus in libro de nauibꝰ,qui ſua manu xlviii.occubuiſſe Romanorũ refert.Huius tꝑibus Frãci in Galliã irruperunt,q̃s tñ Aurelius dicit̃ ſuſtuliſſe,& trecẽtos eorũ cepiſſe, ſeptingẽtos occidiſſe.Hunibaldus nimiũ in diuerſum cũ FL. Vopiſco abit,ait eñ tot a Francis occiſos.Aurelianus ob Sarmatarꝫ germanorũ ac Francorum uictoriã partã Illyrici liberator ac Galliarũ reſtitutor a FL. Vopiſco noĩatꝰ eſt. Huius etiã tꝑibus Gotthi Thraciã,ut Iornandes ait,populauerunt. Claudius igit̃ Flauius literas Aureliano iſtiuſmodi mandauerat.Gotthi,inq̃t,a Thracis amouendi ſunt,eorũ eñ plæriqꝫ Europã totã uexauerunt.Ego igit̃ totũ Illyricum,Thraciã,exercitũqꝫ oẽm in ptãtem tuã conſtituo.Meminerunt illarũ literarũ FL. Vopiſcus,Sabellicus,Blondus & alii.Cõpoſitis rebus gotthorũ Marcomani emerſerunt,Mediolanũ ac totã Liguriã ferro igniqꝫ populauerũt,aduerſus q̃s dũ impator ꝓficiſcit̃,Francos ac Sueuos habuit ſibi obuios.Bellum mox utriqꝫ partiũ ambiguũ ĩminebat,uictoria nulli parta niſi q͂ tandẽ æquali iactura ambo diſceſſerunt.Ecce gotthi duce Comnabã,alii Canabaudẽ uocãt iterũ miſere Thraciã ac Illyricũ affecerunt.Dicit Vopiſcus v.millia hoĩum ab Aureliano tunc deſyderata fuiſſe.Methodius uero ac Iornãdes gotthis uictoriam tribuerunt,triumphus tamen Aureliano decretus eſt,in quo decem mulieres uirili habitu pugnantes captæ circunferebantur.

De irruptionibus Germanorũ ſub cæſaribus ſubſequentibus, ut Tacito,Floriano,Bonoſo,Caro. Ca. xxxvi.

Irruptio Ger.ſub aliis Imp.

AVreliano Tacitus ſucceſſit,cuius ætate barbari e mæotide uenĩẽtes, in Ro.Imp.clades ubiqꝫ edebãt.Hęc Vopiſcus.Alemani inde ac Frãci totã Africã penitꝰ oĩbꝰ bõis exuerũt.Oraculo ſignificatũ eſt,horꝫ ultionẽ ad Florianũ attinere,qui & poſtq̃ rerũ ſumma potitꝰ eſt,oraculo factis reſpondit.Hæc idẽ Vopiſcus.Germani uero Floriano cæſare e uita decedẽte, ſeſe ad Rhętię ruinã inclinauerunt.Sarmatæ Illyricũ,Getæ Thraciã. Ait FL. Vopiſcus tunc Rhetias cęſarẽ Probũ cõpoſuiſſe,hoſtes in Illyrico ſudiſſe.Verum Thraciæ tunc non fuiſſe conſultũ.Probo cæſari Saturnius ſucceſſit,qui ẽt Gallias reſtituere uoluit ,ac ab hoſtibus uendicaſſe.Ex q̃ habemus & Gallias tunc Germanorũ rapinis patuiſſe.Mortuo itaqꝫ Saturno,Proculus ad rerꝫ dignitatẽ ſublimatus eſt,cuius ætate Alemani Gallias rurſus impetierũt.Quorꝫſum eñ alioquin illud FL. Vopiſci attineret? dũ ait,Proclus nõnihil galliis ꝓfuit.Nam Alemanos non ſine gloria attriuit,non alio tñ q̃ latrocinii more pugnans. Bonoſus ſequens impator luxurioſiſſimus,qui hoſtilibus armis Germaniã inceſſit,ac iuxta Rhenũ deſidię ſtudens,a germanis circũuetus eſt.Mox Sarmatæ Pannoniã inuaſerunt,Thraciã ac Italiæ ruinã,ut Vopiſcus ait,minitabant̃. Carus aũt cęſar xvi. millibus Sarmatarũ.i.gotthorũ occiſis,ac xx.millibus captis,Pãnoniã tutatus eſt.Hæc idẽ Vopiſcus aſſerit,Iornandes tñ ac Methodius nullius mortem concedunt.

De Germanorum uaſtationibus Gratiani cæſaris Theodoſii ac ſubſequentium temporibus. Ca. xxxvii.

IMperiũ tandẽ ad manus Valentiniani cæſaris deuenit,cuius ſeculo Sarmatæ.i.Gotthi Pannoniã inuadentes,Africã etiã depopulabant̃.Meminerunt huius Paulus Diaconus ſupra Eutropiũ,Euſebius,Oroſius,atq; alii Cætera p̃dictis capitibus diximus.Inde Gratianus impio potitus eſt.De cuius ætate hæc ꝓdidit Paul.Diaconus li.xi.Gratianus,inq̃t,dũ aĩaduerteret Thraciam & Daciã genitales terras a Theiphalis & Gotthis poſſideri,ac oĩ p̃nicio atrocioribus Alanis,extremũ piculũ romano noĩ inſtare putabat &c.Ex cuius uerbis habeo Thraciã ac Daciã a germanis tunc ſubiugatã. Quid etiã germãi emoliti fuerint Theodoſii tp̃ibus? maxĩe ex illius uerbis habere potes,q̃ li. xii. adducit Diaconus.Theodoſius,inq̃t,magnũ hoſtẽ,truculẽtũ,ſolo terrore tributa exigentẽ,germanos uicit.Eodẽ tp̃e ingens motus Sarmatarũ (ut ait FL. Forliuieñ.) Ro. ꝓuincias intenderat, contra q̃s FL. Conſtantinus miſſus eſt. Huius tp̃is calamitates Hierony.in epiſt.ad Euſtochiũ & Paulã late exequitur. Irã,inquit, dñi bruta etiã ſentiunt aĩalia,& uaſtatis urbibus, hoĩbuſq; interfectis,ſolitudinẽ ac raritatẽ beſtiarũ.Teſtis Illyricus,Thracia teſtis eſt,in qua natus ſum Italia.Multa etiã Proſper ſup̃ Euſebiũ,de illius ætatis irruptionibus p̃dicauit,& Hierony.ad Marcellinã.Oroſius ſcriptor clades illas non inſeruit ſuis hiſtoriis,ne attenuaret Ro.Imp.gloriã.Cætera q̃ illa tẽpeſtate cõtigere a germanis prius poſuimus.

Ger.contra Gratianum

Ger. contra Theodoſium

De Germanorũ populationibus tp̃ibus Iuſtiniani cæſ. Ca. xxxviii.

EXcepto infortunatiſſimo Galieni imp̃io,nunq̃ Ro.Maie.plus a Germanis ſuſtulit,q̃ Iuſtiniani tp̃ibus.Tũc.n.Vãdali,Gotthi,Alani,Burgundiones,Franci,Eruli,Sclaui,Longobardi & germani,non niſi romanorũ ſãguine alebant̃.Quorũ populationes ad ſequentis libri memoriã dilaturus ſum,ubi ferociũ germanorũ gentiũ in ſingulari mentio erit. Nunc aũt q̊d ad cõe germanię nomen ſpectat,paulũ adducemus.Procopius lib.i.rerum gotthicarũ,germani habitant,inquit,gens barbara,finitimi illis Arborichi, in orientẽ Turingi,inde Alemani.His tp̃ibus facto in Ro.imp̃iũ tumultu, p̃tim Pannonias,partim Gallias ultra Rhodanũ fluuiũ,ſuæ ditioni ſubactas uectigaleſq; tenuerunt.Hi erant aũt Arrobochi,q̃s germani,dũ facere ſubditos uoluerunt, abegerunt.Idẽ Procopius li.iii.Iuſtinianũ refert cęſarẽ Galliã germãis totã tradidiſſe ad inhabitandã, & Maſſyliã Phoceſiũ coloniã,& oĩa q̃ mare attingant,Arelatẽſiũ q̊q; terras,& demũ totũ illũ ſinũ germanos in ditionẽ eorꝫ tunc redegiſſe.Cætera lib.ſequenti patebunt. Paulo poſt Bulgari auares, ut Suidas refert,Ro.imp̃iũ undiq; afflixerunt,a Iuſtiniano tñ Heraclii filio dolis circũuenti ſuccubuerunt.Tp̃e eodẽ Fretolphꝰ ep̃us ĩ ſuis chronicis nihil tuti ĩ imperio ait fuiſſe,tunc.n.maxime imperii inclinationem fata traxerunt.Libuit & id ſubnectere quod Romanis grauiſſimum fuit,tempore Sidonii Apollinaris,poſt omnes illos cæſares.Verſiculi Sidonii ſunt.

Ger. contra Iuſtinianum

Armorum ſemper ſonitu cum rupta tumultu
Barbaricas toties in nos transfunderet arctos
Gallia,pugnacem rugum,comitante gelono,

Gepida,trux ſequitur,Scotum Burgundio cogit
Hunnus,Bellonothus,Neurus,Baſtarna,turogus,
Bructerus ulmoſa quem uolucer abluit unda,
Prorumpunt.Francus cecidit,cito ſecta bipenni
Hercynia in lyntres,& Rhenum texuit aluo.
Et iam terrificis diffunderat Attila turmis
Romanas ripas,& utroqꝫ ſuperbus in agro.

Et pene mille uerſiculis Apollinaris Germanorum tūc uaſtationes executus eſt,cui ad uerbum pene reſpōdit Claudianus,licet ætate paulo prior.

De limitibus Germaniæ,ubi Romani grauiſſimos ſumptus faciebāt tm̄ ad cuſtodiendos Ro.Imp. fines a Germanis. Ca. xxxix.

Germāia in medio impii Ro. ſolo.

VEntū nunc eſt ad extremā ærarii,& totius Ro.facultatis calamitatem cui ſoli tot bella punica cedant oīa.Non.n.ſi bella gentiū oīm cōgregarent̄ memini,tot fluctus Romā accepiſſe, q̃tos a germanis,ſi aliis diſpendiis limitū iſtorū populationes adiunxeris? Sita erat olim Germania in medio Ro. Imp. ſolo,undecunqꝫ etiam non(niſi Ro.finibus) terminabat̄.Vn̄ ait Panagyricus ad Conſtantinū.Iacet in latere ac ſinu tuo ꝓfuſa barbaries(intelligit Germaniā)per ſe ipſa potens natio,& poſt Romanā magnitudinē ſecūda in terris.In illis ergo confiniis,ubi Germania ſe Imp.Ro.coniunxerat, Ro.p̄ſidia collocauerunt,ne Germani tranſgreſſi limites, ꝓuincias Ro.uaſtarent. Vocabant̄ igit̄ hęc loca q̄ a militibus cuſtodiebant̄ limites.Ammia.Marcel.lib. xvii.furor hoſtilis ꝓſulcabat,inqt,ītima limitū.Et li.xx.deſes legatis ad Conſtātinū miſſis in limitē Germanię ſecūdæ eſt egreſſus.Et ibidē,unde pari celeritate per flumen ꝓſidiaqꝫ limites explorās diligēter.Idē li.xiiii.q̊rū (ſcilicet Alemanorū) crebris excurſationibus confines terræ Galliæ uaſtabant̄.Et Panagyri. ad Conſtan.filiū.Ecce em̄ dū a limite pauliſper abſceſſeras,qbus ſe terroribus barbarorū ꝓſidia iactauerat? Alius panagyricus,cū tot ſint ꝓlati limites ꝓuinciæ reſtitutę.Et idē,nullo ſiqdem certo fine fluminū aut montiū tenebant̄,quē

Germāię limites.

diſpoſitæ limitis cuſtodiæ non tuerent̄.Frequens itaqꝫ apud Trebelliū, Vopiſcū,& Feſtū Ruffum,de illis limitibus mētio fit.Claudianus,nudato limite certet,externū calcare ſolū.Fuerunt aūt multi limites. Primus apud Germaniam Rheni limes ferebat̄,cuius Hieronymus,Seruius & Seneca meminerunt.Alexander hiſtoricus li. iiii.ait Eugeniū tyrannū petiiſſe Rheni limitē. Et Eumenꝰ hiſtoricus in Panagyricis.Quid ego aliarū cohortiū caſtra,inquit,ꝑtranſeam? toto Rheni,Iſtri & Euphratis limite reſtituto. Alio noīe is limes germanię inferioris dicebat̄,cuius meminit Ammia. Marcel.li.xx.in autoritate iā ꝓmiſſa, & Fe.Ruffus.Panagyricus ad Conſtantinū,& eius filiū.Porrexiſti,inqt,ad inferioris germaniæ limitē,magna tp̄is intercapedine.Auſonius nec Rhenū galli limitis eſſe loco.Secundus limes Danubii memorat̄, cuius meminit Eumenꝰ in allegatiōe p̄fata,Appianus & Ambroſius,Limes aūt ille in Rhętię uidebat̄

Limes rhætiæ

alpibus,unde & ab aliis limē Rhętiæ noīatur.Ammia. Marcel. li.xxii.Danubiꝰ oriens ꝓpe Rauracos mōtes,Rhętiæqꝫ limites. Et Maximiani Panagyricus,

uſqꝫ ad

uſq; ad Danubiũ. Germaniæ caput Rhætiæq; limites,& Nazarius,ꝑtranſeo
,inquit,Rhętiæ limitẽ repentina hoſtiũ clade. Claudia. Prominet hercynię
confinis Rhętia ſyluæ Vltraq; romuleo protendens flumina regno.
FL.Vopiſcus in Aureliano,Fului Boi meminit,ducis aut p̃fecti limitis rhętię.
Idẽ in Bonoſo,tribunatus,inquit,erat,& dux rhetici limitis.Et in Saturno, in li
mite rhetico &c.In lege de excuſatione munerũ,Impator militibus impat, q̃ꝝ
cura limes rhętic⁹ erat,ne hęc ſinerent a barbaris capi caſtra.Iulius Capitolin. Limitum fundator Auguſt⁹.
in Antonino cõpoſuerunt,inquit,oĩa q̃ ad munimen Italię rhętiæq; cõtineret
Tertius limes Oceani fuit,cuius Tacitus & Strabo meminerunt.Fert̃ & Pan‑
nonię limes,cuius Marcellinus recordat̃,& Mœſiæ limes apud Põp.Lætũ in
cæſaribus,& Sarmatiæ.Iſtiuſmodi limites primus cæſar Auguſtus erexerat,ut
de eo Fe. Ruffus teſtat̃ in opuſculo q̃d ad Valentinianũ ſcripſit ca.x.Limes,in
quit,ab Auguſto inter Romanos & Barbaros,ꝑ Vindelicã & Noricũ,Pãno‑
niã & Mœſiã cõſtitutus ẽ.Poſt Auguſtũ Adrian⁹ cæſar, auctore Spartiano,
cuius uerba ſunt.Per ea,inqt,tp̃a frequenter & in aliis plurimis locis,in quibus
barbari nõ fluminibus, ſed limitibus diuidũt̃,ſtipitibus magnis in modum mu
ralis ſepis funditus iactis & connexis,Barbaros ſeperauit.Hæc ille.

De cuſtodibus limitũ & Germanorũ limitationibus. Ca. xl.

GErmania quãq̃ exilis fuerat,& undiq; germanis circũdebat̃,ſemꝑ tñ
Romanorũ potẽtiã poſthabuit.Vnde Romani libẽter & ex æq̃ a ger
manis(licet potentiſſimi)abſtinuiſſent,ſi Germani eoꝝ pacẽ non fuiſ
ſent aſpernati.Repoſuerunt igit̃ Ro.p̃ſidia in limites,non ut germaniã capent,
uerũ ut tm̃ a populatione ꝓuinciarũ a germanis affectarũ,ipſos arcerent. Ex
q̃ patet,nunq̃ a Ro.uictos noſtros fuiſſe in patria,dũ nullus, Druſo & Cæſare Germani nunq; ui cti in ger mania.
excepto,Rhenũ tranſcenderit,uerũ ſemꝑ in Illyrico aut in Galliis cũ Ro.confli
xerint. Hi autem milites q in limitibus latebant,limitrophi dicti ſunt, a uerbo
τρέφω q̃d eſt nutrio .Alzatus uero ἀπὸ τοῦ λιμένος.i.a portu dixit,ſunt.n.portuũ
cuſtodes,ab Ariſtotele in politicis οἱ λιμενοφυλακοί dicti.Meminerunt huius di
ctionis iurecõſulti,de fundis limitrophis,latine uero limitanei dicunt̃.FL.Vo
piſcus in Probo,accepit,inquit, xvi.millia tyronũ,q̃s limitaneis interſereret, Limitro‑phi.
F.Ruffus Maximianus ut reparato de limitaneis exercitu.Aelius Lãpridius in
Alexandro.Sola,inqt,q̃ capta ſunt de hoſtibus,limitaneis militibus donauit.
Multi & ꝓuinciales milites illos dixerunt, q̃rũ meminerunt Spartianus in Iu‑
liano,& Panagyricus ad Cõſtant. A grecis etiã hi appellant̃ λιμινάρχοι liminar
chæ,ut apud iurecõſultos in titulo de muneribus & honoribus,& in uolumĩe Lĩitanæi
codicis impatorii xii.mentio eſt de limitaneis ducibus & agris.Agri aũt limita
nei dicunt̃,q in collinitio aut cõfinio collocant̃.Limentinus deus eſt,q limitib⁹ Limenti nus deus
p̃eſt,aut agris limitaneis,ut in aureo aſino ait Beroal.. Suidas eos milites uocat
λιβιταναίους, uerba eius ſunt.λιβιτανάιοι οἱ ῥωμαίων βασιλεῖς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις, πανταχοῦ
τῆς πολιτείας ἐσχατιῶν, ὥστε φυλακῆ τῶν ὁρίων τῆς ῥωμαίων ἀρχῆς, καὶ κατὰ τὴν ἑῴαν μάλιστα
μοῖραν. ταύτῃ τὰς ἐφόδους τῶν περσῶν τε καὶ σαρακηνῶν ἀναστέλλοντες, οὓς περ λιβιτανάιους ἐκάλουν.
Quod ita traduximus.Libitanæi ſunt, quos ſuperioribus tp̃ibus Romanorũ
reges in præſidia ad cuſtodiendos imperii fines collocabãt& maxĩe ad orientẽ

Vt illic Sarmatarũ ac Perſarũ incurſiones coercerent, unde eos Libitanæos

Locus Suidæ.

uocabãt. Alſatus locũ hũc Suidæ emaculãdũ cẽſet, & λιμιτανατοι nõ λιβιτανατοι legendũ eſſe putat, cuius ſentẽtiæ nõnihil tribuo. Limitare aũt loco limites deſtruere ac incurſare accipiunt ſcriptores. Ammia. Marcel. li. xvii. Limitãtes q̊ꝗ

Limitare

ſupauimus. Et li. xix. id q̃d nunc maxime formidant, limitantes Sarmatas (ut ſũt uerſatiles) ne aliqd mouerent? Idẽ, improuiſi limitãtes, licet ꝓperare ſentirẽt. Germani aũt ſemꝑ limitabãt. i. limites populabãt et ꝓuincias Ro. ſubiugas. Vnde Marcel. li. xv. romano ſanguine parentãtes inſultant barbari, Gallias rupta limitũ pace. Hac animati fiducia ꝙ nos ꝑ diſiũctiſſimas terras arduæ neceſſitates cõſtringunt. Panagyricus ad Diocletianũ, ingreſſus es ad illã (q̃ Rhętis ob

Quot legionibus Ger. fuerint coarctati.

iecta eſt) Germaniã, limitẽq; ꝓculcatã. Verũ toties iſtiuſmodi ꝓuincias ac limites ruptos, capitibus ſupioribus demonſtrauimus. Id etiã peculiare romanorũ diſcriminis eſt argumentũ, q̃d Romani ſingulis annis octo legionibus iſtiuſmodi limites cuſtodire cogebãt, ut Ioſephus in orõne Agrippæ ad Iudæos in lib. antiqtatũ adducit, ut tñ germanos in eorũ patria retinerẽt. Verum nec tot legiones germanorum populationibus ſufficiebant, ut ex præcedentibus habuimus. Poſſumus ergo cum Claudiano dicere.

Cædant Druſe tui, cædant Traiane labores,
Veſtra manus quicquid dubio diſcrimine geſſit,
Quis meminit ſola uictum formidine Rhenum?

De difficultate ſubigendę Germaniæ a Ro. Ca. xli.

Difficultas germ.

QVanta igitᷣ difficultas fuerit Romanis, eorum iuri ſubdere Germanos? haud enarrare facile eſt. Nã ꝑter oẽm uerborũ licentiã, qbus fortitudo ac oĩs difficultas effunditᷣ, ſolã terrę germanicæ aſpitatẽ memorię noſtrę ſubiiciamus. Vidimus in lib. primo aſpam cultu fuiſſe Germaniã, ex Cornelio & aliis auctoribus, tũ frigore inundatiõibus penitus occupatã. Optime ergo nõ minus telis ꝗ̃ ſuo ſydere armatas illas gentes Plynius ſecũdꝰ ad Traianũ cęſarẽ teſtabatᷣ, & pyreneos mõtes, & infinitã uaſtitatẽ muniri eã. Id & Cã

Munimẽta Germ.

panus in orõne Ratiſponenſi adducebat. Inde & Egeſippus inacceſſibiles germanos li. ii. inducit, & lib. v. Alanos in locorũ difficultatibus reſidere. Quod & Herodianus in Maximino, & Ioſephus in orõne Agrippę ad Iudęos teſtantᷣ. Idẽ Agrippa apud Egeſippũ li. v. ait ad iudæos, alpiũ muro germanos ſeptos eſſe, & tñ hos uiciſſe romanos. Nec tñ illa ſĩlia eſſe Tauri montis accliuis collibus aut canopicis agminibus ægyptiorũ, cũ qbus iudæis belli uſus ſit. Sic etiam Panagyricus ad Cõſtant. Nõ eſſe, inqt, cũ germanis ut cũ Indis & aliis pugnare. Quod uidens Alexander Indos domuit, a germanis abſtinuit, & eorũ legatos quæſiuit. Quid ne timerent Germani? hi uero ut grandibus corpibus ſũt

Alexan. a Germ. abſtinuit

& animi elati, hoc ſolũ reſponderũt, ne cælũ rueret. Hæc Arianus græcus li. i. de geſtis Alexandri, & Ptolemæus Lagi literis mandauerunt. Strabo li. vii. id Getis aſcribit, ſĩliter Ptolemæus Lagi. Arianus tñ germanis. Male ergo Otto Friſing. Germanos ait adeo fuiſſe timidos, ut ad Alexandrũ legationes miſerit & ſi uixiſſet Alexander, bello admouiſſet, inqt, Germanos. In cõtrarium pene

ſunt ſcriptorũ oĩa. Antoninus Marcus impator donis Herodiano authore, nõ bello contra Germanos uoluit confligere. Sunt & alii impatores moti Germaniæ aſperitate, ut tm̃ eos in Ro. ſolo adorti fuerint, nõ in eorũ patria, ideo Tacitus ait, nec impune cæſar in Gallia, Marius in Italia, Druſus in eorũ finibus, eos laceſſiuerunt. Primus oĩm impatorũ ad Danubiũ cũ exercitu uenit Curi⁹ pconſul, Plutarcho auctore in uita Ottõis, & Fe. Ruffo in Valẽtiniano ca. ix. Ille Curius eſt, de q̃ Sueuiæ annales (q̃ circũferunt) mendaciis refertiſſimi loquunt. Et idẽ Fe. Ruffus ca. x. Romanos impatores ad Gallias, Dalmatas, & Myſos, & demũ uſq; ad Danubiũ ueniſſe uoluit. Cæſar primus Rhenũ tranſgreſſus eſt, primus ad Oceanũ uenit Druſus, Vindelicã Tiberius, nullus in eorum ſede (ut uerbis Taciti in Germania loqr) eos pepulit. Cor. Tacitus poſtq; in hiſtoriarũ primis libris Druſi iacturã a Germanis ſignificauit, addit, q̃to uiolentior cætero mari Oceanus, tanto cœli truculẽtia Germania pſtat, tm̃ etiam clades illa nouitate & magnitudine exceſſit cæteras, Hæc ille. Qui primus ad Iſtrum

De ſubactione oĩm prouinciarũ Germaniæ a Ro. Ca. xlii.

ADduximus q̃tũ noſtra tulit mediocritas tã Germanorũ q̃ Romanorũ ruinas, dũ inuicẽ bello inſultauimus. Romãi tñ demũ uictores poſt multã acceptã cladẽ, ſuo iuri Germaniã aſcripſerũt. Fuit Germãia olĩ tm̃ una natio, nec diſtincta, donec Ro. poten. eã dũ bello aperuerat, diſcreuit. Galliã uniuerſam cæſar Romanis adiecit, ſub qua ea nunc Germaniæ pars, q̃ Belga dicit, continebat. Inde alpinas gentes ab Illyrico uſq; ad Gallias & Oceanũ Auguſtus, ut Plynius ait, uicit, & Ro. impio adiecit. Et quia cæſar Pãnonias tributarias Ro. impio fecerat, capto rege eorũ Bãccone, auctore Fe. Ruffo, oĩs Danubii ora Rhetiæ, Norici, Pãnones, Myſiæ in puinciã redactæ ſunt, & ro. paruerunt. Daciã Traianus cæſar utranq; bis adortus eſt (ut Dion Bithynus ait) ſemel de eis uictoriam retulit. Inde hi rebellantes penitus Imp. (capto eorũ rege Decebalo) renunciauerunt. Inde per Galienum cæſarem iterum Dacia amiſſa, per Aurelianum recuperata eſt, ſic & duæ Daciæ factæ ſunt a Romanis, ut Fe. Ruffus teſtatur. Illyricus quo Germanos reſpicit, ſub quo Valeria, Seruia, Mœſiæ, Dalmatæ, comprehenduntur, poſt Auguſtum Romanis ſubditus eſt. Sarmatia ſero imperio obſequebat, Domitiani tamen ſucceſſores eã ſubiugauerũt. Illa uero intra Rhenũ & Danubiũ, Oceanum, & Viſtulam germãia, a nullo unq; Romãoꝝ penit⁹ potuit ſubiugari, niſi donec ad Frãcos impiũ fuiſſet trãslatũ, tũc. n. accepto fidei uerę ſacramento, ſua ſpõte paruit. Probus licet impatorũ un⁹ oĩm, ipſos cõpeſcuerit, nõ tñ ſubiugauit, ut in capitibus pmiſſis patuit. Impator. ff. de cẽſib⁹. l. ultĩa. Poſtq̃ oẽs puincias ro. impio ſubditas adducit. In germãia, inqt, ĩferiori & Agrippineſiũ ciuitas nobis eſt ſubiecta, ecce tm̃ unã ciuitatẽ enumerat. Tpib⁹ Theodoſii (q poſt Probũ floruerat) germãi libertate ppria nitebãt, nã Hierony. & alii eiuſdẽ ętatis hoĩes, germãos ſp barbaros uocãt, & tũc illi barbari dicebãt, q romãis nõ cedebãt. Titul⁹ tñ Theodoſii germãos cõphendebat, ut xi. q. p. C. volum⁹, ṽba Theodoſi iſũt. Volum⁹ inqt, & pcipim⁹, ut oẽs nrę ditiõi ſubiecti, tã Romani q̃ Frãci, Alemãi, Bauari,

Germãia olim una prouĩcia.

Germãia qñ ſubiugata fuerit.

Burgundiones,Saxones,Turingi,Galli,Longobardi,Guiſcones,Getæ,Bene uentani,Hiſpani &c.Et hoc ideo (ut puto)qa olim uicti a Probo aut ab ei9 anceſſoribus Germani referunt.Vtimur & hodie largius & plus eq̃ noſtris titulis,& quaſdã regiones ſuis titulis inſerũt,ad quas uidẽdas ſolũ uix liber ingreſſus patet.Quid ſi & hoc Theodoſii tp̃ibus Germanis cõtigerit?Quantas autẽ turbas germani ſuo tp̃e excitauerint,ex dictis Hieronymi prius adduxim9.Tenendũ ergo putamus Germaniã nõ niſi a Carolo Magno imp̃io ceſſiſſe,ſunt uiri p̃ſtãtiſſimi partim Germani,partim externi,q̃ mecũ ſentiũt,et Carolũ germanum fuiſſe aſſerũt. Fuit ergo Germania nunq̃ Ro. imperio ſubdita,uerũ potius imperium Ro. ductu Caroli Germaniæ ſubiectum eſt.

Titulus Theodo.

De ſubactione prouinciarũ Europæ a Germanis. Ca. xliii.

ANteq̃ rerũ ſumma Germani potiti ſunt,multas p̃uincias ſibiipſis ſubdiderunt.Tẽporibus.n.Iuſtiniãi Arelatẽſes,q̃ poſtea eorũ ditionẽ in regnũ uerterũt,Germanię ceſſerũt,p̃ Pipinũ q̃q; & Carolũ Auſtraſia,ut lib. iii.diximus.Inde tp̃ibus trãslationis imp̃ii Burgũdia,Delphinat9 q̃q; q̃ nũc a Francis occidẽtalibus tenet̃. Quõ aũt & cuius auſpicio ab imp̃io germãico Gallis hi ducatus cõtigerint,li.iii.diximus. Lothoringiã Otto germãis (ſubiecit.

De Vngarorum bellis aduerſus Germanos. Ca. xliiii.

DVm oĩm illorũ meminero q̃bus uel aliq̃d dãni Germania debet,nullã gentẽ uideo,cui plus Germania q̃ Vngaris obliget̃,a q̃bus pene ad ſummã deſperationẽ noſtri redacti ſunt,& ab his ſolis.In Vngarorũ fortitudine Philelphus,Aeneas Syluius,Luitprãdus,& alii occupati erant.Hi ergo Vngari nõ Hunnorũ reliq̃e,uerũ noua gẽs ſub Carolo Magno ac Ludouico in Germaniã exarſerũt.Papia ab ipſis capta eſt,ſalutis ãno D.cccc.xxiii. quarto Idus Martii inditione Romanorũ xii.feria vi. hora iii.ut ait Luitprandus lib.iii.cap.primo.Ludouicus Cæſar contra ipſos profectus eſt,ut Rhegino Prunienſis aſſerit,& Luitprãdus innuit cap.xi. Inde Arnulphi Cæſaris tp̃ib9 Bauariã miſere deuaſtauerunt Sueuiã ac totã Germaniam,ut placet Geblacenſi.Idem Caroli Groſſi ſeculo ſecundum Platinam in uita Stephani quinti ſalutis anno D.cccc.xv.contigit.Conrado regnante iterũ ad Alemaniã Saxoniam ſeſe Vngari contulerunt,iuxta Ottonis Friſing.opinionẽ lib.vi.& tunc Baſileã dirripuiſſe,p̃bat Geblacenſis.Secundo inde anno iterũ Germaniã incurſauerunt,Sergii tp̃ibus,ut teſtat̃ Platina.Iterũ in germãos expeditionem mouerũt Quo tempore & in Venetos, referente Blondo,incurſauerunt, ac inopinato ductu eos omni pietate,omni humano iure carentes miſere egerunt.Hetruriã ſolo æquauerunt, utriuſq; ſexus homines e cæde ſuperſtites, in Pannoniam ſecum tranſuexerunt,ut Placet Sabellico.Iterum in Saxones mouẽtes, uſq; ad Merſpurgum deuenerunt,ut aſſerit Platina in Stephano vii. & Agapito.

Germani cõtra Vngaros.

Quõ Vngaria a Germanis deuicta Imp. Romano ceſſerit. Ca. xlv.

QVantum ego uidere poſſum, Vngaria,Italia,Francia,de Germanis queri poſſunt,quod olim Grę̨ci,Aphri,Macedones de Romanis,poſt enim Argolici regni detractionem,uis & robur ſimul a græcis receſſerũt,

ita & nunc Vngaria, quę ante imperii decorem uictorem non agnouit, poſterius uero paulo nec uictum. Vngari ergo qui illo tempore Italia pene tota potiti ſunt, ut ait Platina in uita Agapiti, iam patriæ uix conſulere potuerunt. Henricus ergo cęſar dicēte Lupoldo ca.xii. de zelo Germanorū, Vngaris bello diffidēs, tributa ꝑ nouē ānos inire coactus ē Vngaris ꝑſoluere, & ſub anno dñi D.cccc.xxiiii. Anno abhinc ix. habita orōne cū principibus, ipſos oīm germanorū prim⁹ uicit. Hęc prima de ipſis uictoria. Anno dñi D.cccc.lv. tēpore Vdalrici epiſcopi Vngari uſq; ad Auguſtā uenerūt, Otto ꝓcib⁹ Vdalrici ipos caſtris exuit, ut nō ſex eorū ſupſtites euaſerint, ut uoluit Otto Friſing lib.vi.ca. xix.hiſt. Platina in uita Ioānis xii. tribus grauiſſimis ꝓliis hūc Vngaros cōtudiſſe ſcribit, tribus eorū regulis captis. Grauiſſimū hoc ꝓliū ferebatꝰ, ut q̄to uictoria maior prius, tanto tunc clades exitialior. Multa Vrſpergenſis, Hermannus Sigibertus Geblacenſis addunt. Gotfridus inde dux cū trāſrhenanis germāis. Vngariā penetrauit. Hęc igiť regio poſtquā per Henricum longo poſt religionem noſtram ſortita eſt, imperio noſtro ceſſit, ut & die hodierno partes Vngarorum rex a Maximiliano ſortiatur.

Vngaria a Germanis uicta.

De bellis aliarum gentium & earum ſubactione. Ca. xlvi.

BVlgari Thraciā uaſtabant, occurrentē ſibi Cōſtantinū uicerūt, demū ut Mœſiā & Pānoniā eis cōceſſerit impetrauerunt, ut Platina in uita Agapiti ſcribit, itaq; & hęc impio tributaria facta eſt. Otto Friſing. li.vi. & Sigibertus Geblacen. ſub anno M.c.xlvi. huius rei euētū collegerūt. Belgas impio adiecit Otto filius Henrici anno. 962. Nortmāni diu cōtra germāos bellauerūt, ut Platina in multis locis oſtēdit. Tandē ꝑ Hēricū primū anno dñi D.cccc.xxvi. armis reddebanꝰ obtēperātes Lupoldus li. ii. de zelo germanorꝫ & hiſtoria Frācorū aſſerūt. De illis plura Rhegino Prunień. Otto Friſing. & alii adducūt. Dani ꝑ Hēricū tributarii facti ſūt anno D.cccc.xv. ut Lupold. ca. ii. de zelo germanorū ait, rebellātes inde ꝑ eius filiū Ottonē anno dñi D.cccc. lii. impii iugū ſuſtulerūt, ut hiſtoria Frācorū ꝓbat. Sclaui ꝑ Hēricū & inde ꝑ filiū eius Ottonē uicti, ab impio ſubditi ſunt, ut Lupoldus & hiſtoria Francorū referūt. Boemos apud antiq̄s ſemꝑ germāi deuicerūt. Hēricus primus germanorū Imp. filius Ottonis ducis, mortuo Cūrado Pragam cepit, ait Sigebertus. Poſtea Boemi Spireneo duce Chriſti legē induerūt. Huius filius Vuenceſla⁹ occiſus eſt a fratre Boleſlao. Iratus ergo Otto ipſum ulciſcēs, Boemiā ad deditionē cōpulit, & tributariā fecit, referēte Platina in uita Stephani viii. Sæpe aūt rebellauerūt. Rex eorū ſemel impatori cōgreſſus, pedes ei⁹ detinebat, inde ab uxore redargut⁹, impatori iterū cōferēs occubuit, ut placet Aeneæ li.i.hiſt. Boemicę. Grauiſſimū tñ bellū oīm Huſſorū ueneno oriebatꝰ, Syluio referēte. Gothi etiā cōtra germāos ꝓceſſerūt, primo Dicenęi cōſilio tꝑib⁹ Syllę & Marii, deiñ tꝑib⁹ Theodemiri germāi Vualameris regis gotthorum, cōtra gotthos Sueui profecti, & uicti ſūt, nā cōgelato Danubii alueo gotthi trāſierūt, & uicerūt. Sicilienſes etiā duce Rodigero a lothario duce Saxonū inde īpatore ſubacti ſunt, & Apulię ciuitates liberatæ, Ammo. ca. xxxii. & Gotfrido autoribus.

Variarū gentium ſubactio.

De uirtute dñorum Teutonicorũ,& ſubactione Pruſſię. Ca.xlvii.

Domini Teutõici

SVnt ꝑterea chriſtianiſſimi milites q Teutonicorũ ac Germaniæ nomen uirtute emeruerũt,nobis recẽ.endi.Hi olĩ a Ptolemaidę abacti facto periculo ex quercu Marieburgũ caſtrũ condiderunt, quo fortius alterũ nõ fuit,uerũ inſidiis Beatiſs. uirgini Marię a Polonis detractũ eſt,ubi prius dei cultus,nunc eqrũ ſtabula uigent,heu religio ſtercore cõpenſata eſt. Aeneas Syl. multa a Polonorũ rege capta ſcribit,& ꝑ Sigiſmundũ Hũgarię regẽ,iterũ priſtino dominio mandata,plura capta ego,pauca reſtituta uideo.Nauclerus Hẽricũ cognoĩe Valpotten anno dñi M.C.xci.ordinẽ Teutonicorũ incepiſſe,& Ottonẽ ſecũdũ & Hermãnũ Bart hoſpitale ex Marieburgo confeciſſe aſſerit, poſtq̃ʒ ex Ptolemaide uenerũt. Cęterũ maior Pruſſiæ pars Polonis remanſit, minimamq̃ʒ partẽ Teutonici fratres retinuerunt.

De ſubiugatione Liuoniæ a militibus Teutonicis. Ca.ultimum.

Liuoniæ ſubiugatio.

PAulo poſt & Liuoniã milites illi ὀρθοδοξότεροι fidei chriſtiãę ſubmittere tentauerunt,nec caruit eorũ uolũtas exitu.Pauco.n.tpe Liuoniã totam armis occupauerũt,ac eã in fide recta inſtruxerunt.Tantũq̃ʒ terrorem Sarmatis cæteris ĩcuſſerũt,ut ſi Fœderici II.imꝑatoris liuor eos nõ detinuiſſet, totã Ruſſiã ac Sarmatiã ferro ſibi & chriſtianis uẽdicaſſent. Cogebãt igit Teutonici (ut Hãnibali a Carthagineñ. euenerat) partã uictoriã e manibus deſerere.In pugna ea cõtra barbaros geſta,ſindõ tũc diuinit9 ſubmiſſa illis apparuit, ac eis poſtmodũ alborũ uelaminũ dedit initiũ.Reliqua in Aenea Syluio lege.

Cõcluſio ad Lectorẽ de cæteris germanię bellis ꝑter iam dictis.

Bella alia germãiæ

NOn me fugit, q̃ multi inique laboribus noſtris reſpõdebunt,ac apud Rhadamanthũ oĩs debiti exceptorẽ,me interpellabũt.Qꝫ capitulatim ut ſic loquar,oĩa bella Germanorũ ſummo ſtudio exegerim, illa uero q̃ noſtra ætas aut maiores noſtri uiderũt,ac exꝑti ſunt, penitus excluſerim. Illud Taciti ad me attinere dicturi ſunt,dũ uetera extollimus, recentiorũ incurioſiores erim9. Nec caret ueritate ſẽtẽtia illa Taciti, uerũ q nobis ea calũnia iſtidiant,ne ſiniſtre mihi rẽ hanc interꝑtẽt,hoc a nobis ſibi reſpõſum deſumãt. Poſtulaſſet ꝓfecto hæc noſtra ꝓfeſſio,ac ꝑſens negociũ,ut ea,q̃ germanorũ ſunt, pro captu nr̃o germaniæ nõ denegaſſem. Nã id ſcribẽdi genus q̃d nunc noſtro ingenio ceſſit,in me reqſiuit,ut pariter a prima germaniæ origine,uſq̃ʒ ad calcẽ in deducendis hiſtoriis pergerẽ.Multa tñ nos auerterunt,q̃rũ maxim erat,q̓ uidiſſem maximã æquęuorũ meorũ partẽ,in recentioribus hiſtoriis uehementer occupatã,antiqtiatis uero penitus nullã habuiſſe rõnem, tot.n.chronici,tot annales,ut nihil in his deſyderet̃,q̃d ſeculo recentiori contigit.Nec anni,nec horæ deſunt,minutis rem metiti ſunt,ut fit,qñ rerũ nouarũ impẽſiores ſumus.Sunt q̃bus rerũ nouarũ cura erat,qui hiſtorias recentiores effuderũt, ac plenis ſpaciis dilatauerunt,in q̃rũ numero Vrſpergenſis,Hermannus,Rhegino,ac pene tot annales q̃t ſunt Germaniæ urbes ac uici.Illos requirere potes q̃rũ operam ſi ornando nomini meo impendere maluiſſem,ac q̃dq̃d nobis uigilãtia nr̃a tribuit,in unũ cumulũ coaggeraſſem,uoluminiq̃ʒ illi ſuppoſuiſſem

qualis quæſo rerum ſpecies edidiſſem? Adde ꝙ hi rem tam exacte, tam enixe proſecuti ſunt, ut ſi labores eorum noſtro operi imitandos aſciuiſſẽ? aut rem prodigialiter mutaſſem, aut eorum orationem intemeratam, integram, recenſuiſſem. Deniq́ unus ille e multorum numero Iacobus Vuimphelingus inſtar plurimorum in recentioribus rebus habendus eſt, qui ferme de imperii translatione (ubi noſtra oratio deſiit) exorditur, ac fœlici rer um ſerie ſcribendi ordinem a calce libri noſtri uſq́ ad ſuam ętatem deduxit, non parce, non ſuccise, uerum latis finibus effuſe plena ac abundanti hiſtoria diſſeruit omnia. Hunc noſtro libro coniunge, & dices coniunctiſſimum. Erat ingenium nobis ad reparandam antiquitatem Germanię accitum, ac grauibus ſtudiis intẽtum & ad illa uidelicet quæ ſparſim e tot auctorũ uoluminibus diſſipata ſunt, quõ in ordinem redigenda nobis uenirent, plus accommodatum. Ne tamen ullam aduerſus nos habeas occaſionem, ea quæ bellis debentur, & nunc libro illo detracta ſunt, dum ſingularium gentium, regum, ciuitatum, regionum memoria nobis erit habenda, eo copioſius aptentur. Et hoc tantum ideo adduximus, ut agnoſcat cordatus Lector, nihil quod Germaniæ imputari poſſit a nobis deſyderari.

FINIS QVINTI

LIBER SEXTVS EXEGESEOS GERMANIAE DE STRATEGEMATIBVS SINgularium populorum Germanorum, & continet in ſe capita Sexaginta duo.

Primũ. Cõtra Leonhardũ Aretinũ, conticentem fortitudinem Germanorũ.
ii. De primis Gotthorũ expeditionibus, & eorum diuiſione.
iii. De geſtis Gotthorũ contra Auguſtum cæſarem, & alios illius tempeſtatis.
iiii. De ſtrategematibus Dromachetis contra Liſymachum.
v. De Gotthorum geſtis contra Macedones.
vi. De bello Luculli, Agrippæ & Domitiani contra Gotthos.
vii. De ſtrategemate Gotthorum contra Philippum, Gordianum, Poſtumũ
viii. De Diocletiano, Maximiano, Mariano, Galieno contra Gotthos.
ix. De Claudii preliis contra Gotthos, & non tot gotthorum tunc occiſos fuiſſe, ut a Trebellio aſſeruntur.
x. De triumpho Aureliani, & premiis eius, eo ꝙ gotthos uicerit.
xi. De Valente cæſare, & quæ eius ætate ſibi contigerint a Gotthis, & eius aduſtione ab eiſdem.
xii. De obſidione urbis Conſtantinopolitanæ a gotthis, Valentiniano, ac Theodoſio Cæſaribus, & quomodo ſe cum gotthis geſſerint,
xiii. De motibus iterum obortis inter Roma. & gotthos, & de Styliconis perfidia, ac intoleranda Claudiani adulatione.
xiiii. De Alarico rege gotthorum, & ſubuerſione urbis Romæ.

xv.De Oſtrogotthis ac Hunnis,& de ſubactione Oſtrogotthorũ ab Hũnis, & Attilæ ac Theoderici ꝑliis,captioneqꝫ urbis Romæ ab Attila.
xvi.De Gotthorum ſtrategematibus contra reges Francorum.
xvii.De poſterioribus Attilæ & Odoacro, & eorum profectione denuo in Italiam,& urbis expugnatione.
xviii.de expulſiōe Odoacri a Theoderico,& bello gotthico cõtra Iuſtinianũ.
xix.De reb9 geſtis Iuſtiniani ꝑ Bellizariũ,& regib9 Gotthorũ uſqꝫ ad Totilã.
xx.De duplici ruina urbis Romæ a Totila & totius italiæ excidio a Gotthis.
xxi.De exitu belli Oſtrogotthici & expulſione Gotthorum ab Italia,& quorſum Oſtrogotthi peruenerint.
xxii.De Viſogotthorum exoneratione,& quorſum ſe contulerint,& eorum in totius terræ prouincias incurſiones.
xxiii.De Gotthorum bellis contra alias nationes præterq̃ Romanas.
xxiiii.De Hunnorum ſtrategemat.contra Romanos & Germanos.
xxv.De Vandalis & eorum bellis,ac ruina urbis Romæ.
xxvi.De Alanis,Burgundiis,ac Sueuis in totum orbem irruentibus
xxvii.De Herulorũ,Gepidarũ,Rugorũ ſtrategematibus cõtra Lõgobardos.
xxviii.De Herulorum & Rugorum irruptionibus contra Romanos.
xxix.De Antibus.Viuidariis.Sclauis.Venetis,& eorũ nominibus,principio ac exitu & populationibus in Ro.Imp.
xxx.De Scyris.Chaibis.Vitungis.Breucis.Aſtringis,& reliquis barbarorum populis a Gotthis deſcendentibus.
xxxi.De Longobardorum ſtrategematibus in Ro.& alios.
xxxii.De Bulgaris & eorum populationibus.
xxxiii.Genealogia omnium pene Græcorum ac Romanorũ cũ prædictis barbaris gentibus affinitatem trahentium.
xxxiiii.De Francis germanicis & eorum irruptione in Galliam.
xxxv.De Danis ac Normannis,& eorum ſtrategematibus.
xxxvi.De antiqua Sueuorum ac Saxonum ſimultate.
xxxvii.De Sueuis ac Saxonibus Angliam.Britannias,& alia loca inuadẽtibus
xxxviii.De Sueuis ſenonibus,& eorum prima expeditione.
xxxix.Tota Senonum impugnatio contra Ro.Capitolium cuſtodientibus.
xl.Romanos in una die ſæpius a Germanis fuiſſe uictos.
xli.Quomodo Senones Sueui a Romanis iterum expulſi fuerint.
xlii.De ſecunda Senonum pugna contra Romanos.
xliii.De Gallis.Geſſetis,& eorum ſtrategematibus.
xliiii.De prima expeditione Galatarum germanorum.
xlv.De Galatarum pugna contra Antiochum.
xlvi.De Galatarũ cõtra Delphos oppugnatiōe,& tẽpli Apollonis dirreptiōe.
xlvii.De galatarum ruina,& eorum contra Pyrrhum bello.
xlviii.De ſtrategematibus Galatarum contra Romanos
xlix.De reliquiis Galatarum quæ ſuperſuerunt,& quorſum hæ peruenerint, & eorum regione.

L.Quomodo Gallogræci imperio demum ceſſerint.
li.Epilogus terrarum a Germanis ſubditarum.
lii.De captione urbis Romæ,& ꝙ tm̄ & a ſolis Germanis capta ſit,& q̄ties.
liii.Quō germāi non ſolū urbē euerterint,uerum & linguam Ro.affecerint.
liiii.Quoties Thracia ac Conſtantinopolis Germ.fuerit præda,& quō euerſę
lv.De deſtructione Carthaginis a Germanis.
lvi.De bello Cimbrico,& prima Cimbrorum expeditione,& Marii,Cæpio-nis,& aliorum ruina.
lvii.De ſecundo conflictu Marii & Cimbrorum.
lviii.De iactura illata romāis a Cimbris,& Marii donis,& laude ob uictoriam
lix.De Scytharum,Myſiorū & reliq̄rū Germ.īcurſioīb9,& q̄d ſit ἀποσκυθίσαι.
lx.De Baſtarnis Germanis,& eorum bellis.
lxi.De Bois & eorum incurſionibus.
lxii.De Bructerorum & aliorum Germanorum præter iam dictorum expeditionibus contra Germanos.
Oratio ad Max.æmilianum Imp.de ſtatu Germaniæ.

AD LECTOREM

FVit nobis longa oratio p̄miſſa hactenus de inſigni in Romanos germanoꝝ uictoria ac bellica fortitudine,aduerſum totius orbis nationes. Addidimus p̄terea q̄d longe honeſtiſſimū fuerat,tot diſpēdiis hoſtes germanorū ſemꝑ affectos, ac pene ad ultimā ſuipſorū deſperationem ab eis fuiſſe redactos. Hæc q̄dē diurna partim lectione nobis cōſtabant, partim a doctiſſimis hoībus dep̄hēdimus,utinā ea uerborū lenocinata ac luculenta iunctura materiæ de ſe nobiliſſimæ captus īgenii noſtri reſpōdiſſet,qua germanica fortitudo in diſciplinarū oīm uiro inſtructo niteret̄.Si em̄ ex æq̄ conſentaneū uirtutis enarratorem dii germaniæ noſtræ cōceſſiſſent,opus fuiſſet ut Homero priorē,antiq̄orēq; rebus germanicis deſtinaſſent,& q maiori ſtudio addictū ſeſe,maius ac p̄ſtantius argumentū ſibi ad deſcribendū ſumpſiſſe putaſſet,q̄ q Homericū ac Troiæ negociū egiſſet. Illic em̄ tm̄ ſola ciuitas ab im belli græcorū turba ac fallaci cōcidit,q̄ aduerſ9 græcorū illos τοὺ λευκηπακτικός ut Homerico uerbo utar ſui tutelā adeo comp̄henderat,ut in decimū ueſtigia retulerit annū.Oh q̄ta bellorū turba: parturient mōtes,naſcet̄ unius ciuitatis periculū,ac ne hui9 q̄dē,niſi tot reuolutis annis,tot p̄miſſis cladib9.Nec tn̄ hāc Titides,nec Largyſeus Achilles,nec anni domuere decē,nec mille carinæ. Vn̄ hoc: unde tanta Troianorū uirtus,q̄ tot annis,tot p̄liis græcis reſpōdit: quia ſpiculis res agebat̄, φράξαντες δορὺ δουρὶ σάκος σάκεϊ προθελυμνῳ, ἀσπιδ᾽ ἄρ ἀσπὶς ἔρυ δε κόρυς κόρυν ἀνέρα δ᾽ ἀνήρ Haſtis denſabant haſtas,ſcutiſq; mināt̄ ſcuta,tenet clype9 clypeū galeāq; q̊q; criſtę.Heu q̄ lacrymabile bellū,græci.n.καλιζώνοι ut homericis attributis utar.i.pulchre cincti θρασυκάρδιοι corde feroces ὅπλ᾽ ἐν χερσὶν ἔχοντες,χάλκεα ἠ ῥόπαλα δολίχ᾽ ἔγχεα.i.in manibus arma ęnea habuerunt, clauos

Græci q.

ac lõgas haſtas. Erat pulcherrĩa Toxaris apud Lucianũ cõtra græcos oratio, ἐγὼ δέ σοι διηγήσομαι φόνους πολλοὺς καὶ πολέμους καὶ θανάτους ὑπὲρ τῶν φίλων, ἵνα εἰδῇς, ὡς παιδιὰ τὰ ὑμέτερά ἐστι, παρὰ τὰ σκυθικὰ ἐξετάζεσθαι, οὐδὲ ἀλόγως αὐτὸ πεπόνθατε, ἀλλὰ εἰκότως τὰ μικρὰ ταῦτα ἐπαινεῖτε, οὐδὲ γὰρ εἰσιν ὑμῖν ἀφορμαὶ ὑπερμεγέθεις, ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ βιοῦσι. παρ' ἡμῖν δὲ, συνεχεῖς οἱ πόλεμοι καὶ ἢ ἐπελαύνομεν ἄλλοις ἢ ὑποχωροῦμεν ἐπιόντας ἢ συμπεσόντες, ὑπὲρ νομῆς ἢ λείας μαχόμεθα. i. Ego tibi multas cędes enarrabo bella ac mortes pro amicis ſuſceptas, ut agnoſcas ueſtra (ſcili. græcorũ) puerilia eſſe ſi geticis conferantur. Nec ſine rõne temere res ueſtras attollitis, uerum merito parua iſta miramini, dũ grauia uobis nõ ſupſint græcis ſemp̃ in pace ſumma uiuentibus. At apud nos ꝑpetua bella, aut inuadimꝰ alios, aut cędimus, ac ſemp̃ cõcurrentes pro paſcuis ac p̃da pugnamus. Nec plane aliã habet in ſe ſpeciem gręcorũ illa turpis armorũ iactatio erga germanorũ uirtutẽ q̃ βατραχομυομαχία illa Homeri, ubi milites, θώρακας δ' εἶχον καλαμοστεφέων ἀπὸ βυρσῶν οὐ γαλέην δείραντες ἀσπὶς δ' ἦν λύχνου τὸ μεσόμφαλον. Hæc uero non germanorũ extiterunt q̊rũ nunc bombardarũ uſus eſt, q̊rũ tonitrua triſulca Iouis fulmina deſtituunt, q̊rũ uis repentina cœlũ, terras ac mare, maneſq; infernas, ut Plato de fulminibus dicere conſueuit, terret, q̊rũ fremitus ac neceſſitas oẽm humanã excedit conditionẽ, a cuius ĩpetu non die una ſe Troia illa ſuſtinuiſſet. Habuiſſet multo honeſtiorẽ occaſionẽ Homerus quidã, ſaltẽ unicã germanã gẽtẽ, gothicam ſcilicet ſuo uendicare ingenio, q̃ toties Romã, non Aſiæ, uerum totius orbis caput, gentiũ oĩm calcatricẽ, armis occupauit, ac non ſemel ſolo æquauit, q; induſtriæ ſuæ græcos τοὺς εὐπλοκάμους. i. bñ comatos ac Vlyſſem aſtutum, tot carminibus mirari, ac ultra cœli ſedes efferre, honoreſq; p̃ter mortales renumerare queãdmodũ Homerus, & alii q ἀπαυθαδιάζοντας res humi ſerpentes famulante eloquentia ultra rei penſum ac lineã deducũt. Cæterũ ego ὀνειρωπίζων ad illorũ ingenia nimis intẽpeſtiuus. Cur germanorũ factis ἀξιοφηγητοτάτοις debitã dignitatẽ reddi poſſe a me ſperarẽ, dũ uiderim, aliud remi genus germanorũ eſſe q̃ troianorũ, his Homerũ, illis uero nec ante nos Cherilũ contigiſſe. Non tñ animi noſtri uoluntas deeſt, licet uiriũ facultas ac explorata imbecillitas, q̃ ut noſtris nugis (q̃bus Germania indigna eſt) parcã exhortat̃, ita patriæ pietas ut eo ĩpẽſior in eiꝰ negocio peruigilẽ admonet, & ne patiar decꝰ eiꝰ ĩ tenebras abire

Contra Leonhardũ Aretinum, & cæteros qui germanis gotthorum gloriam eripere conabantur. Ca. I.

Contra Arietinũ

NVnc in arenã aduerſus plęroſq; deſcẽdã, q̃bus nec ara nec fides unq̃ erga Germanos affuit, ob innatã eis germanici noĩs inuidiã, q̊s iniuriarũ expoſtulare nõ dubitabo, dũ laudi noſtræ ſemp̃ σκοπελίζοντες exitiũ ac inclinationẽ meditati fuerint. Quos & natura ita finxit, ut noſtrũ decꝰ inique ferentes, ſemp̃ Germaniæ laudes interuerterent. Hi olim a noĩe germãico gotthos excluſerunt, ut eos ſatis refellimus ac reuicimus in primo uolumĩe, ubi quicq̃d ad huius rei cognitionẽ conferre uidebat̃, ſtudio nõ mediocri ꝓſequebamur. Id q̊q; ſilentio nequaq̃ nobis remittendũ eſt, Leonhardũ Aretinũ exitialẽ patrię noſtræ hoſtẽ, dũ Procopiũ cũ omĩ noĩs illius auctoris diſſimulatione latinitate donaret, ea q̃ pene e uerbo tranſtulit, ſuo ingenio, diſſimulato au

ctoris noĩe arrogauit,ac ſe ut Procopiũ latinũ uendi uoluit. Non fuiſſet hoc noſtræ cenſuræ opus,nec noſtra interfuiſſet,nihilq́ʒ ſupſuiſſet,q̃d rep̄hẽſiõe noſtra indigeret,ſi Procopiũ ſaltẽ fideliter latinitati reſtituiſſet,nec ſilentio ea (q̃ in ære germanorũ fuerũt) p̄teriiſſet. Scripſit Procopius græcus de Gottho rũ rebus geſtis uolumina quatuor,Leõhardus uero Aretinus totidẽ cõpoſuit, & liber libro,materia materiæ reſpõdet,ut de eo & Blondus inquit. Nec ulla in ambobus orõnis ſaltẽ alicui9 cõmutatio eſt,q̃ minus liber idẽ un9 uel ex uno profectus cẽſeat̃,niſi ꝙ quæ honeſtius de Germanis Procopius edidit,ea Le onhardus e græco non tranſtulit,cũ tñ cętera curioſa ĩdagine imitatus ſit oĩa, hoc ideo euenit,nã grauiter paſſus eſt quicq̃ honorificẽti9 de germanis audiri

De primis Gotthorum bellis ac diuiſione. Ca. ii.

Quatuor maria. eo teſtat᷑ M. Cicero in li. de ſomno. Dionyſii uerba ſunt hæc. Nam terra ſolo,
p̃cingit᷑ oĩs Paruaq́ꝫ cęruleo caput effert ĩſula põto. Alii quatuor maria inde
ex Oceano fecerũt, ut Põ. Mela in pri. & Strabo li. iii. uoluerũt, de germanico
nihil meminerunt. Nã Strabo in loco p̃allegato, ſimiliter Dionyſius oĩa quaſi
Oceani genera poſuerunt, nihil de noſtro. A ſeptentrione igitur ſcriptores
dixerunt eſſe mare Caſpium, uel Hyrcanium. Sed ut aliquid lectori de eo con
ſtet, germanicũ mare plura ſortitũ eſt noĩa, ſecundũ diuerſas germãicas natio
nes. Illud eñ q̃d apud Liuoniã ſeu Pruſſiã horret, Balth eũ mare dicit᷑, authore
Aenea Syluio teuto. das Pomeriſch mer. Celtes illud in Odis lib. iii. totũ fere
his explicauit uerbis. Baltheus dictus ſinus a latratu Clauſerat noſtrũ glacia
lis orbẽ. Cornelius in Germania in fine Suitiũ ſiue Suiticũ mare uocat, loqui
Suiticum tur. n. de Gleſſo in Germania creſcẽte, ergo iam dextro, inq̃t, Suetici maris litto
re æſtiuorũ gentes adluunt, q̃bus ritus habituſq́ꝫ Sueuorũ eſt. Multa Volate-
ranus li. vii. & Ligurinus lib. v. ubi de Polonis agit. Tangit ab arctoo Suitici
maris æſtuat ora. Hoc mare & Codoneũ dicit᷑. Celtes in carmine Hercynii.
Sed mare Codoneũ germano noĩe dictũ. Hoc mare eſt in baltheo ſinu. Alii
uolunt eſſe ſinũ, ut Põp. Mela, Hiero. in ſupplementis Euſebii. Ptole. Arctoũ
mare hoc uocat li. ii. Ply. li. iiii. ca. iii. poſt Parmã inſulã ſcribit Germanię ꝑxium
mõtẽ ibi Codoneũ refertũ inſulis, quarũ maxĩa ſit Scãdinauia, & Codanũ eſſe
in mari Gallico. Volaterranus li. vii. cõment. Codauũ uocat noĩe corrupto &
Loc9 Volaterani male. Põp. Mela Codauoniã hanc noĩauit inſulã, & Teutonas ſuo tp̃e adhuc
hanc incoluiſſe regionẽ. Plura Iornandes de rebus Gotthorũ li. i. (ubi de Scã-
dia loquit᷑) Hui9 maris meminit Lilius q̃ Codanũ ſinũ in Oceano germanico
poſuit. Neſcio in eo loco q̃d de Plynio ſentiã. Celtes q̃q́ꝫ in mari germanico
Scandiã ait, & Codanũ loca ubi ſuccinus naſcat᷑ li. i. Odarũ xv. Non tot ꝑcellis
Locus Lilii Codanus æſtuat Ferox ſonoris q̃n aq̃lonibus, Luctat᷑ Eurus, ſuccinumq́ꝫ
Littore colligit᷑ Pruteno. Ex q̃b9 uerbis iuxta Prutenos eſſe Codanũ habe
mus, et prius germãico noĩe dictũ mare Codoneũ. Zacharias Lilius Codone
um mare a Seuo ſeu Seno monte dixit denominatum. Hæc de illo.

De mari Cimbrico & maris diuiſione. Ca. vii.

ALterũ mare Cimbros habet, & germanicũ eſt, licet lac9 appellationẽ
Cimbricum ſumpſerit. Celtes Cimbricũ mare dixit a Cimbris. Tandẽ & Cimbri
acũ uagus exonerat᷑ in æq̃r A Cimbris q̃d nomen hẽt, ubi ꝑxĩa Da
cis Cheroneſus adeſt rigidũ porrecta ſub axem. Ab aliis hoc mare Ac-
cianũ dicit᷑, q̃d mari nuſq̃ ſil᷑e eſſe, uerũ aq̃s paſſim interfluẽtibus, uagũ et diffu
ſum ſpargi, aiunt Põp. Mela & Lilius, ibi Teutones & Axenũ q̃q́ꝫ mare dixe
runt eſſe ſcriptores. Illius meminit Orpheus in Argonaut. cuius uerba latina
ſunt, Axena ꝑ freta colchos deniq́ꝫ delatus adhæſit Iaſon, uerba eius gręca alle
Axenum gat in q̃dã ope Plutarchus. Theocrytus in odyl. N. πεζὸς δ᾽ ἐς κολχούς τε καὶ ἄξενον
ἵκετο φᾶσιν. In Colchim phaſim pedibus & in Axena uenit. Val. Flaccus li. viii. ac
Apollonius Rhodius in Argonaut. Lucia. in dialogo φιλία, ὅτι ἄξενος ἐκαλεῖτο,

ἐλαοῖμαι ἀγρίων ἐθνῶν περὶ οἰκούντων. i.Ideo Axenus dicebat̃,quia feroces gẽtes al
lueret,nunc aũt Euxinus dicit̃,referente Plynio. Strabo lib.vii.Ouid.in Triſt. Maris
de Euxino. Dictus ab antiqs Axenus ille fuit. Et Dionyſius in deſcriptione germãici
orbis ita inquit. Poſt hos Cercecii,iuxta q̊s Axenus altis, Fluctuat æq̊ribus. diuiſio
Ptolemęus ciuitatis li.iii. ἀξιοῦ meminit per i.Dictus aũt eſt Axenus,quaſi inho
ſpitalis,ἄξενος.n.(ut ait Strabo li.vii.)ꝓpter raritatẽ nauigatiõiis,plura Euſtathi⁹
Strabo etiã paulo poſt a Scythis id dictũ ita uult,ob eorum inhumanitatem er
ga hoſpites.Eſt em̃ pelagus Scytharum.Capnion in epiſtola ad Fœdericũ Sa- Axenus
xoniæ ducẽ plura de illo,& Saxones illic conſediſſe uult.Vnde q̃uis nõ me fu
gat,Axenũ pontũ a longinquo ad Germaniã attinere,libro tñ huic id inſerere
uolui,ob frequentiã Scytharũ & Germanorũ id mare incolentiũ. Verum ut
rem cõponã,unũ eſt mare q̊d germanicũ dicit̃,hoc ergo mare finẽ ponit ſub
Arcton,ultra tñ Britannia & Thyle eſt,& ea q̃ nuꝑ Portugalliæ rex reperit,
in alio loco dicit̃ Codoneũ & Baltheũ.Inde ad Cimbros ꝑuenit,& Cimbricũ
noiat̃,ibi em̃ Cheroneſ⁹ eſt,ac mare ita diuiditur,ꝑ duo ſpacia,Cimbrici et Co
donei marium.Hęc tumultuarie ex Celte,cui ſubſcribit Claudianus in Stylico
ne illis uerbis. Nec Cimbrica Tethis Diuiſum biſido conſumit ſæpe meatu.
Lilius Codoneũ ſinũ a monte ſeuo uſq; ad Cimbrorũ promontorium exten
di ſcribit. Vocatur autem nunc Cimbricus Cheroneſus teuto. das land von
Holſtain,ubi ſemper regis Daniæ primogenitus reſidet.

Contra Strabonem qui mare Arctoum dixit frigoris gratia
congelatum eo ut nauigari non poſſit. Ca. viii.

STrabo boreale pelagus gelu ita rigidũ dixit,ut enauigari non poſſit, Scy
thicum idem,hunc ſecutus eſt Dionyſius Lib.cuius translata uerba hæc Boreale
ſunt,interprete Priſciano. Oceanum boreo contingit frigore durum. pelagus
Et Picus in Stauroſticho huic ſententiæ proximus,ait. Senſerunt amnes,ſen- nauigabi
ſerunt æquora longe, Aequora torpẽti glacie concreta ſub axe. Peutinger le.
tñ ſummo ingenio maioris opinionis maxię p̃ſtantię uir,& añ eũ Aeneas Syl.
huic opiniõi nigrũ adiecerũt calculũ.Solin⁹ om̃e mare ab Indico uſq; nauiga
bile eſſe ſcribit.Ml̃ta etiã de mari Arctoo ca.xxxi.Plynii ꝟba ſũt li.ii. ca.lxix.ſe-
ptẽtrionalis(inq̃t)Ocean⁹ maiori ex ꝑte nauigatus eſt,auſpiciis diui Auguſti
nauigãtis,& circũuehẽtis germaniã claſſe,ad Cimbrorũ uſq; ꝓmõtoriũ. Hæc
Ply.Luſitani (Peutingero & Solino authorib.)ut & Põp.Mela ait lib.iii.ab In
dia,uſq; ad Germaniã uenerunt.Otto Friſing.Indię negociatores Germaniã
tetigiſſe affirmat.Ply.ĩ loco p̃dicto,& Cor.Nepos ſcribũt mercatores Indię in
Germaniã delatos,celeri Metello a rege Sueuorum donatos,quanq̃ in libris
Pompeianis a rege Lydorum legatur,q̃bus ſubſcribit Hermolaus Barbarus,
Verum ut & de noſtro ſeculo loquar a rege Hyperboreo ſatis ſupq; ꝑluſtra
tum eſt illud pelagus,& a mercatoribus in dies imbuit̃. Veniæ locum Strabo
meruit,quia ei mare hoc incognitum tradit. Verum maiores fluctus Strabo
concitauit de Albi. Verba Strabonis ſunt ex libro ſeptimo geographiæ.Ger-
manorum regio q̃ ab exitu Rheni uſq; ad Albim,cognita eſt, quę uero trans

Albim ſpectat, prorſus incognita. Nullũ ẽm priorũ ad orientẽ uſq; ad Caſpii maris hoſtiũ peregiſſe nauigationẽ ꝑcepimus. Necq; Romani Albim tranſcẽderunt. Et ſubdit, nec illos ſupra Pontum nouimus habitantes, nec quantũ ab Attlãtico remoti ſint pelago, necq; an huic propinqui fuerint. Hæc Stra. Et idẽ lib. ii. Polibyũ & Pytheã ſcripſiſſe profitet, totam Europã ab ipſis menſuratã, a Gadib⁹ uſq; ad Tanaim, & Eratoſthenẽ q̃ndam totũ ſpectaſſe ſeptentrionẽ. Adiungit Strabo, Hermi illa afferenti non crederet. Ecce contra Polibyum & Eratoſthenẽ in ea re q̃ pertinaci contentione Strabo conflictat, qui dignior magis ſui ipſius obtrectationis eſſet. Veniã tribuit ob ignorantiã cõfeſſam Eratoſtheni, non in eo albo erranti, q̃ pacto igit errori Strabonis ignoſcamus? in eo ꝑſeueranti & reo. Partes Strabonis Iornandes gotthus uidet tueri in principio, aliiq; plures, ſecus tamen eruditis perſuaſum eſt.

Strabõis locus

De quibuſdam Germanici maris nouitatibus. Ca. ix.

Nouitates Ger.

VErũ quia a mari germanico admonemur, quędã miratu digna nobis dicenda ueniunt. Vt ẽm ſcribit Methodius martyr hiſtoriæ indagator, q̃ ad occidentalẽ polũ pars eſt in mari illo, q̃d umbelicũ uocant. Ibi (ait) bis fluctus abſorbere pontũ nimia celeritate, & eſſe in eo uoraginẽ inſtar Vergilii charybdis in freto Syculo feruentis. Hoc & horridũ mare a laruis eſſe ſcripſerunt hiſtorici. Picus iunior de ſupſtitioſa ꝑnotione li. iiii. ca. viii. In inſula Noruegia ad Oceanũ germanicũ (ſcripſit) umbras hoĩb⁹ ſępe occurrere, & ſigno crucis inde effugere. Quod & Claudianus uerſibus illis ꝓtulit li. pri. ad Ruffinũ. Eſt locus extremũ pandit qua Gallia littus, Oceani ꝑtẽtus aq̃s q̃ fert Vlyſſes Sanguine libato populũ uouiſſe, ſilentũ Illic umbrarum tenui ſtridore uolantũ Flebilis audit q̃ſtus, ſimulachra coloni Pallida, defunctaſq; uident migrare figuras. Eſt & illic antrũ (ut Paul. Diaconus lib. i. & Methodius martyr ſcribunt) ſub eminenti littore, ubi ſeptẽ uiri iacuerũt, ſopiti longo tẽpore, ſine ulla corruptione, & ſæpe populos ad ipſos lædendũ egreſſos continuo fuiſſe contractos. Denicq; accolas pœna ꝑſenti cautos, ab ipſorũ læſiõe deſtitiſſe aiunt, & ibi hoĩes carnibus humanis ueſci ſcribunt, inſulã Stritobim incolẽtes, hirtis pellibus ueſtiri, ex ceruorũ exuuiis, in modũ tunicæ genu tenus aptatis, & ibi in locis circa æſtiuale ſolſticiũ ꝑ aliquot dies, noctu q̃cq; lucem clariſſimam cerni, multocq; dies noſtris diuturniores, circa ꝟro ſolſticium hyemale præſentem lucem non poſſe uideri.

Septem dormientes.

Ratio naturalis ac aſtrologica, cur mare germanicũ adeo inflet. Ca. x.

Mare germanicum cur adeo infletur.

MOtũ aũt illius maris Gellius oſtendit li. iii. ca. xxx. noct. atti. Cauſa motus eſt, inquit, q̃ uenti ſeptentrionales ex altiore cœli parte ĩ mare decidẽtes, deorſũ ſub aq̃rũ fluctib⁹ q̃ſi ꝑcipites deferũt, undaſq; faciũt, nõ ꝓrſ⁹ ĩpulſas, ſed ui cõmotas, q̃ tãtiſꝑ erutæ uoluunt, dũ illis ĩfuſi deſuꝑ ſpirit⁹ & uis maneãt. Hęc ille. Vñ notãdũ ſeptẽtrionale pelag⁹ plus aliis feruere q̃a boreas illic imperium exercet, q̃d Apollonius primo argonauticoꝝ oſtendit dicens. ζεὺς δ᾽ ἀνέμου βορέ᾽ ἀόμενός τε κίνησιν. Id eſt. Iuppiter inſpirans boreã excitauerat auram. Vbi paulo poſt de ira Boreæ multa ac uaria diſſeruit.

Cur aũt maria talẽ habeant impetũ & feruorẽ, uarias naturaliũ rerũ cauſas inda gauerunt ſcriptores, aliq̃ eñ lunã in cauſa dixerunt, ut Plato, Albertus, Ply. li.ii.ca.ii.& lib.eodẽ cap.ſequenti, & lib.eodẽ ca.xcix.ac Ariſtotel.li.ii.metheoro rũ, & alii, in q̃rũ ſententiã iurauit Silius Italicus lib.iii. Regina uagæ pelagiq́ꝫ labores Luna mouet, luna immiſſis per cærula bigis Fert refertq́ꝫ fretũ, ſeq turq́ꝫ reciproca Thetis. Pomp.Mela li.iii.Oceanus, inquit, infinitũ pelag⁹ eſt, magnis æſtibus concitũ, ita eñ motus eius appellant, modo inũdat cãpos, mo do late inundat, & refugit, nunc alios alioſq́ꝫ inuicẽ, & alternis acceſſibus, nũc in hos nunc in illos irruit &c.Et ſubdit, aliq̃s lunã cauſam eſſe uoluiſſe. Multa Strabo li.iii.Pli.li.ii.na.hi.ca.xcix.Lucanus Venerẽ cãm dixit Macrobius, Mar tianus Capella, Aulus Gel.li.iii.ca.xxx.noct.atti.Philoſtratus etiã cauſam dicere nitit̃ concitandorũ fluctuũ marinorũ, τὴν δὲ αἰτίαν, inquit, ἐπὶ πολλὰ εἰκάζων, δι' ἣν ἄπειρον οὕτω πέλαγος ἐπεισχωρεῖται καὶ ἀναστᾶται. δοκῶ μοι οὖν ἀπολλώνιον ἐπισκεύ φθαι οὖν ἐν μιᾷ τῶν πρὸς ἰνδοὺς ἐπιστολῶν, οὖν ὠκεανόν φησιν ὑφ' ὑδροῖς ἐλαυνόμενον πνεύμασιν ἐκ πολλῶν χασμάτων, ἃ ὑπ' αὐτῷ τε καὶ περὶ αὐτὸν ἡ γῆ παρέχεται, χωρεῖν ἐς ἔξω, καὶ ἀναχω ρεῖν πάλιν.i.Cauſam ſæpe ego ꝑſcrutatus ſum ob q̊d pelagus tã uaſtũ accedat ac ſufflet̃, mea ſentẽtia cauſam Apollonius in una epiſtola ad Indorũ ſapientes honeſte tradidit, ubi mare a ſpiritibus ſub aqua exiſtentibus, ex multis hiatib⁹ ĩpulſum q̃ parti in ipſis ſubſunt, & ad terrã diffundunt̃, & ſæpe accurrunt atq́ꝫ iterũ recedunt. Plura legere cupiens de illo, uideat Plutarchũ in libro inſcripto διὰ τί ἄλλων ὑγρῶν ἐν τῷ κινεῖσθαι καὶ στρέφεσθαι ψυχομένων τὴν θαλάττην ὁρῶμεν ἐν τῷ κυμα τοῦσθαι θερμότεραν γινομένην, cuius uerba neceſſitate op*is noſtri adducti ꝑteriui mus. Quod aũt Germanicũ mare fluctibus uſq́ꝫ adeo intumeſcat. Alii cauſam æſtus ei⁹ q̊ fert̃ in boreã reiiciũt, qui in regionibus ſeptentrionalibus grauior appareat, ut enarrator Apollonii græci inquit. Ventus eñ ille ſeptentrionalis πόντῳ ἐμπνεύσας ὤρινε, μέμυκε δ' αἶα καὶ ὕλη, πολλὰς δὲ δρῦς ὑψικόμους Et cætera ut He ſiodi uerbis utar. Ponto incidens turbat, gementem terram ac nemora impel lit, arbores alticomas ac pinus refertas concutit.

Motus marium

De periculis maris Germanici. Ca. xi.

NVllũ eſt mare non ꝑiculoſũ, ac πολυφλοίσβιον, ut Homerico attributo loquar, lõge tñ cætera maria Germanicũ pelagus terrore ac ꝑiculis excedit, & dũ raro incolumes ac reduces nauigatores reſtituerit. Vñ a Strabone ἄπλωτον.i.innauigabile dicebatur. Difficultatẽ illius maris Ouid. ĩ primo triſtiũ tot elegiis explicauit. Cor. Taciti uerba ſunt in initio libri hiſtor. ubi de Druſo loquit̃. Quanto uiolẽtior, inq̃t, cętero mari Oceanus, ita truculẽ tia cœli ꝓſtat cæteris Germania terris. Mare aũt illud tã uaſtũ & ꝓfundũ eſt, ut nouiſſimũ credat̃, & ſine fine mare. Et ibidem m̃ta de difficultate maris ger manici diſſeruit, multa ſimul ibidem de maris illius formidine ſcripſit. Hero dotus quoq́ꝫ libro quarto, Plynius, & alii, pontum maxime admirabile mare dixerunt. Minus autem id mare ſalſum eſt, lenius ac dulcius cęteris, quia plures exhalationes ſunt circa meridiem q̃ ſeptentrionem, ut placet Alberto ac Ply nio lib.nat. hiſt.ſecũdo ca.xcix. Q. Curtius Caſpium mare cæteris dulcius eſſe dicat, & id ſeptentrionale eſt.

Difficultas maris germãici.

De aliis maris Germanici ſpeciebus. Ca. xii.

Miracſa maris germanici

STrabo grauiſſimus auctor lib.vii.Geo. de miraculis Ponti et maris germanici tacendũ putat eſſe, ob uariã ac mirã ſcriptorũ de eo memoriam. Plynius em̃ li.xvi.na.hiſt.ca.ii.Pythias Maſſilienſis,Clearchus,& alii,ſtupenda oĩbus de mari germanico cecinerunt.Cor.Tacitus in libro de Germãia illic Helluſios eſſe ſcribit (q̊s Ammianus li.xxii.Heillios noĩat)& Oxionas,qui ſub uultu humano mẽbra reliqua beſtiis æqualia gerunt. Solinus mare illud inhabitantes tam patulas aures habere putat,ut reliquũ corpus tegant illorum ꝓpendiculo. Cor.Tacitus in hiſtoriis Druſi milites germanico pelago deuiaſſe indicat,& uaria rerũ miracula in mari uiſa teſtatos,uim ſcilicet turbinũ, inauditas uolucrũ ſpecies,monſtra maris,ambiguas formas hoĩum ꝗ͂ aĩalium. Cætera maris illi9 miracula uſqꝫ ad librũ decimũ reſeruauimus,donec de inſulis Germanicis agemus.Pytheas Maſſylienſis græcus mare illud intumeſcere aliqñ in octingentorũ cubitorũ eleuationẽ ſcribit,referente Ply.li.ii.ca.xcix.

De dimenſionibus maris Germanici. Ca. xiii.

Longitudo & latitudo põti

REdeo nunc ad dimenſionẽ maris germanici,cuius longitudinẽ ac latitudinem colligere nulli facile eſt.Pauci etiã hactenus tentauerũt. Tñ ut aditum noſtris ſucceſſoribus p̃ſtitero, quæ mihi uident̃ cognicioni huic poſſe cõdonari,aſcripturus ſum.Herodotus lib.iiii.Ponti maris longitudinem eſſe xi.Mil.ac centũ ſtadiorũ,latitudinẽ uero trium mil.ac ducentorꝝ Cuius ſententiã ob id ꝓbo,expedita em̃ nauis oĩbus rebus prouiſa, ſub longo die lxx. mil.paſ. meat,noctu uero lx.A Ponto aũt ad Phaſim,octo noctium ac nouem dierũ ſpacio nauigari poſſe comptum habeo,q̃ ſunt mille centũ ac decem mil.paſ. hoc eſt,ſtadiorum xi.Mil. ac centum.Et hæc maris longitudo.Latitudo uero a Scythia ad Teſmyarũ,trium dierũ,duarumqꝫ noctiũ nauigatio eſt.Paſſuũ igit̃ cccc.& tria mil. Stadiorum aũt tria millia & trecenta.Sic Herodotus ſuas dimẽſiones ſub tali forma proſequit̃,& nos hæc ex Martiano,Plynio,Strabone,ac Herodoto collegimus.Sunt quidam mathematicorum, qui diſtantiam maris longius extendũt. Hi enim qui maris germanici initium ſub tali longitudinis ac latitudinis ſecundum gradus & minuta .19.0.6.0. depinxerunt Zuuaniam.14.0.10.0. Alexandriam uero.18.30. 32.20. deſcripſerunt.Item

Dimẽſio maris germanici

mari iuxta Brugim .9. 40.68.20.aſſignauerunt dimenſionẽ,Traiecto talem appinxerunt.5.40.44.20. Item qui mathematicali diſciplina Suetici maris initium ſub dimenſione.26.30.93.0.ſubſcripſerunt. Stokolm.21.10.95.0.Hamburgo.24 30.78.0.Lubeco uero.21.40.78.30. conceſſerunt.Ex quo pene totius Cimbrici Cherroneſi dimenſio elici poteſt. Dandano etiam (Dantz).15.40.82.0.& Cõfluentię uiſtulę in mari.13.50.82.40.dimenſionis ſpacium conſtituerunt.Oſtendente mihi nuper Ioanne Virdung Hasfurdenſi Mathematicorum principe. Hæc ideo uolui luci proferre,ut huius præſidio qui poſt me germanicas res tractabunt,latiorem maris huius deſcriptionem componerent.

Flumina Germaniæ facile congelari.
Caput decimumquartum.

AMari ad aliorū fluminum memoriā deſcendā. Ea tñ prius ſubiūgam q̄ cū mari etiā flumina habent cōia, ut facile congelant. Gellius.n.hoc mare congelatū ſcripſit, & Herodotus Boſphorū ſtringi ac gelu cōſiſtere dixit. Pomp. Mela & partē maris frigoribus obdurari aſſerit. Vñ Ouidius in Triſt. Vidimus ingentē glacie conſiſtere pontū, Lubricaq; īmotas teſta p̄mebat aquas. Nec uidiſſe ſat eſt, durū calcauimus eq̄r, Vndaq; non vdo ſub pede ſumma fuit. Vidimus in glacie puppes hęrere ligatas, Nec poterat rigidas cudere remus aquas. Et nos prius ex Strabone ꝓbauimus, mare illud frigore conſtringi, uerū non adeo, ut penitus nullo tpe fuerit nauigabile, ideo rōnem Strabonis impugnauimus. Ad flumina germanica me conferā q̄bus ut cum cæteris Germaniæ fluuiis cōmunis eſt congelatio, ita & ꝓpria. Herodianus lib. vi. poſtq̄ de Rheno ac Danubio diſſeruit, adiecit, eos æſtate q̄dē nauigabiles, in hyeme uero adeo cōcretos, ut ἐν πεδίῳ σχήματι καθιππεύονται in morē ca mporū equitent. Eſt aūt (inquit) glacies eorū tam ſolida, ut non tm̄ eq̄rum ungulis, καὶ ποσὶν ἀνθρώπων ἀντέχειν (ut uerbis eius loquar) uerū & hoīm pedibus ſubſiſtat, & qui hauſturi ex eo ſint, non tm̄ urnas ant uaſa ſecum afferant, ſed & ſecures ac dolubras, aquāq; concretā ueluti lapidē ſecū deferāt. Et addit φύσις γὰρ δὴ τῶν ποταμῶν αὕτη hæc eñ natura illorū amniū præ cæteris eſt. Dion quoq; græcus author tantam obduratam glaciem Danubio contingere ait, ut eo congelato per ipſum transfugientes Iaziges Antoninus proſtrauerit, ut idem Dion in Traiano teſtat̄. Exequit̄ & illud Ouidius in pri. de Ponto. *[margin: æq̄r Germanicum congelat̄.]* *[margin: Danubi⁹ & rhen⁹ congelāt.]*

Cæruleas uentis latices durantibus Iſter
Congelat, & tectis in mare ſerpit aquis.
Quaq; rates ierant, pedibus nunc itur, & undas
Frigore concretas ungula pulſat equi.

Strabo Mithridatem in glacie uiciſſe barbaros aſſerit, & Iuſtin⁹ Scythas a Philippo rege glaciato Iſtro uictos oſtendit. Virgi. etiā de illo hoc innuit. Cōcreſcūt ſubitę curreti in flumie cruſtę

De fluminibus germanicis, & eorum dimenſionibus. Ca. xv.

VOlui nuꝑ rem a paucis hactenus expeditā lectori ſtudioſo conficere uidi etiā eam a me operis noſtri neceſſitatem ac officiū nūc ſuſceptū expoſtulare. Fuerunt eñ qui fluminibus ꝓprias latitudines, longitudines ꝑ grad⁹ ac minuta ac demū ſigna aſcripſerāt, & multo ꝑfecti⁹ iudicio noſtro, multo abſolutius Ptolemæo, hoī alioq ad naturā inueſtigādā nato. Tm̄q; itineris in eo negocio ꝑfeci, ut mſtis mathematices diſciplīæ libris collectis, quatuor ex oīb⁹ mihi delegaueri, q̄ mihi ſatis regiōibus ab ipſis deſcriptis ac ſibi feciſſe uidebāt. Añſignan⁹ erat Schenoth Bābergēſis mathematic⁹, ſecūdas ptes Ioāni Eſcēdēſi tribui. Nec alii defuerāt rerū ſciētia ac eruditiōe illis cōferendi. Gaudebam primo frōte auctorū, ſperabāq; dimēſiōib⁹ illis nōnihil ſplēdoris noſtris enarratiūculis accedere poſſe, ꝓſerti dū illorū additione nihil penitus ſupeſſe exiſtimabā, q̄d ullo pacto Germāiæ inſeri aut intrudi potuerit. Verū dū oculati⁹ rē ipſā aſſumpſi, tantā uidi auctorū int̄ ſe ī collocādis dimēſiōib⁹ litē, ut germāię ꝓſtiterit cōticuiſſe poti⁹, q̄ obſcuritates ei⁹ obſcuriſſiās ītricaſſe. *[margin: Dimēſio fluminū germāiæ.]*

Fuiſſet ꝓfecto potiſſimū opus q̄d ullo pacto patriæ noſtrę ĩputari potuiſſet,ſi ullius ſtudio ad tantā deſcriptiōis fœlicitatē potuiſſet euexiſſe. Vn̄ non ſine do lore id p̄teriuimus.Sępe experiri uolui,an ullo pacto aliq̄d in eo deſcriptionis gn̄e patriæ poterim ĩpartiri.Sæpius in tranſuerſū act9,iterū atq; iterū intmiſ ſum inſtitutū,repetiui.Bis conat9 erā,ter noſtrę cecidere manus.Demū poſtq̄ ad me redii,& quā rē agerē uidi,certus erā,nihil mihi emoliendū in ea re eſſe ſi etiā germanię cōſultū uolueri.Si.n.cuiuſcuq; opinioni ſubſcripſiſſem: con tinuo alterius gladiū in me habuiſſem directū,ſi uero oīm circa hūc albū ſentē tias aſcripſiſſem,fallor,an nō Sardonicū riſum mouiſſem,tot capita q̄t ſenſus, uel rē planā ac nudā tā uariis opiniōibus diſtraxiſſem,aut rē ꝑ ſe ſolidā ac ĩcor ruptā ꝓrſus tenebris obduxiſſem. Cæterum excuſandi mei partim, partim eo rū diſcōuenietiæ oſtēdendę cauſa,fluminū q̄rundā dimēſiōes adeo diſcrepan tes,& q̄ a ſe tā longe abſunt uolui ꝓferre,ut liq̄do conſtet,oleū hūc ꝑditurū,q̄ cunq; ſe honeſtius quidq; in rebus illis putabit cōſecuturū. Rheni initiū q̄dā

Dimēſio fluminū German. tali dimenſione deſcripſerūt.5 10.24.30.alii.26.50.54.20.alii.5. 50.40.30. Finē uero .28. 20.49.30.alii.13.10.50.0.Męni originē.2.10.40.0.20.alii.4.25.10.46.0.Finē uero .3.14.0.62.0.alii.4.27.0.58.0.alii.3.29.0.50.10.alii.3.14.0.65.25.Aenū etiam.5.8.0.39.0 alii.5.1.15.43.30.originē ſumere dixerūt,hoſtia uero eius iuxta Patauiū.4.23.40. 44.30.ſecundū alios.0.26.0.16.0.Cū & alii gradus in Patauio.31.30.48.30.alii. 48. .0.64.20.aſcribāt.Et demū nullus fluuiorū eſt,ubi in uno gradu erudititiſſimi cō ueniant.Adde q̄ & Ptolemęi deſcriptio ab aliis longe diuerſiſſima eſt,experi atur igit̄ quiſq; ſuū ingenium.Ego ductu Ioānis Virdung Haſſurdenſis docti aſtrologorū nonnihil emolitus fuerā in traditione Germaniæ,quod ſcriptorꝝ diſſenſiones mihi abſtulerunt.

Dimenſio Boſphori Cimmerici. Ca. xvi.

MVltos uidi hacten9 de Cimmerico Boſphoro ſcriptores,unus in Scy thia eū repoſuit,alii in Sarmatiis,alii ad Tanaim.Re uera hodie Hol ſtadienſis regio,q̄ ad Daniā attinet,ubi regis Daniæ primogenitus,

Dimēſio Boſphori Cimmerici. ſemꝑ ſedes tenet,cuius os ii.M.paſ. Plynius metitus eſt.Hermol.uero Barba rus iuxta Plyniū tria M.aſſerit,cui eo libentius auſculto,dū xxx.ſtadiorū Poli byus dicat.A boſphoro igit̄ illo ad Thraciā Polibyus D.c.paſ.in circuitu ponti habere indicat,& uicies ſemel millia Plyn.ac Varro ei aſſignant.Martianus tn̄ Capella uicies ſemel q̄nquagīta millia ſcribit,cuius ſententię multū tribuo,dū Herodotus xi.mil.& centū ſtadiorū pontum eſſe dixerit.Potes & Strabonem li.ii.req̄rere,cuius opinio nō multū diuerſa eſt.Cornel.Nepos ccc.M.l. adiicit. Artemidorus uero uicies nouies decē & nouē mil. Agrippa aūt xxiii.lx.M.Mu tianus xxviii.& lxv.mil.Cæterū li.x.ꝑ latitud.lōgitud. gradus totū Cimmericū Boſphorū mathematicali deſcriptione trademus,ubi rē lector uberi9 reperiet

An Nilus Danubio,an Danubius Nilo maior ſit. Ca. xvii.

MAgna inter ſcriptores cōtrouerſia eſt,an Danubius Nilo p̄ſtet: an Nil9 Danubio: Cōis tn̄ auctorū cōſenſus eſt,Nilo ſolo inferiorem eſſe Danubiū,in oībus flumībus extra impiū Ro.tumeſcētibus,ut ex

Saluſtii ſentētia Aul.Gel.noct.atti.li.x.ca.vii. ꝓbat,cui dicto aſtipulaṫ Auſoni⁹ illo diſticho: Illyricis regnator aqs tibi Nile ſecundus Danubius,lętū ꝓfero fonte caput. Pōp.Mela ſolo Nilo cedere ait Danubiū,eiuſq́ꝫ ſententię comitē habet Iornandē in lib.de regibus Gotthorū.Claudianus idē loquiṫ.Herodotus q̊q́ꝫ li.ii. νεῖλος γὰρ ἴστρῳ ἐκ τῶν ἴσων ὁρμᾶται inqt.i. Iſter Nilo aſſimulaṫ. Et in li.4. ἐπεὶ ὕδωρ γε πρὸς ἓν συμβάλλειν, ὁ νεῖλος πλήθει ἐπικρατέει, ἐς γὰρ δὴ τοῦτον, οὔτε ποταμὸς οὔτε κρήνη οὐδεμία ἐς διδοῦσα ἐς πλῆθος οἱ συμβάλλεται. Si.n.conferendi ſunt Nilus copia aquarū añcellet,dū in eū nec fons nec flumen incidat,ad eius incrementū conferens.Arrianus græcus li.viii.Danubiū e fonte paruū exire ait,ac multa flumina ſibi admittere,tñ nec numero nec magnitudīe Indicis amnibus ęq̄lia flumīa ſuſcipe. Horū maxīa eſſe Aenū ac Sabū (alii Saū) q e Noricorū ac Rhętorū finibus ſeſe Danubio adiungūt.Cętera uero flumīa nō multū nauigabilia ſūt, Hæc ille. Q̄tū aūt dictū illius tū a priſcorū ſententia,tū a uero abſit, nullū latet Alii tñ Iſtrū nō minorē Nilo ſcripſerunt,ut Celtes.Cōſentit Ouid.in li.de triſt. Ipſe papyrifero q non anguſtior amne Miſceṫ uaſto multa per ora freto. Idē in lib.de Ponto.Innumeriq́ꝫ alii inter q̄s maximus amnes Cedere Danubius ſe tibi Nile negat. Copia tot laticū,quas auget adulterat undas ,Nec patitur uires æquor habere ſuas.

Danubi⁹ aſſimulaṫ Nilo

Locus Arriani

Danubiū finem Ro. imperii apud priſcos terminaſſe. Ca. xviii.

FVit peculiaris oīm ſcriptorū ſententia,Danubiū Ro.impio metas poſuiſſe,ut Appianus,Alexādrinus,Dion græcus,Ambroſius in hexametris,Seneca,& alii dixerūt.Fuit & Gellio ea ſententia ſacra ī noct. at.li.x.ca.vii.Siſiter Varroni,Lelio,Saluſtio ac Ammonio.Ouid.in Triſtibus. Hactenus Euxini pars eſt Romana ſiniſtri, Proxima Baſtarnæ Sauromatęq́ꝫ tenent. Hęc eſt Auſonio ſub iure nouiſſima,uixq́ꝫ Hæſit in imperii margīe terra tui. Et paulo poſt Getas ultra Danubiū Romanorū terras inuadere dixit.Auſonius tñ & totū Danubiū Romanis aſcribere nitiṫ,adulatiōe corrupt⁹. Qua gelidū fontē mediis effundo Sueuis Impio grauidas qua ſeco Pannonias. Auguſto dabiṫ ſed ꝓxima palma ualenti, Inuenies fontes hic q̊q́ꝫ Nile meos. Cætera Suidas gręcus in dictione ζεῦγμα,ad uires executus eſt,de Rheni & Danubii limitibus q̄ pontibus plura adducens.

Fines Ro. imperii

De qualitate Danubii & eius incremento. Ca. xix.

CAeterū qm̄ noſtrę memorię Danubius acceſſit,breui indagine qualitates ei⁹ excurramus. Variā Danubii naturā auctores oſtenderūt. Herodotus ſemꝑ ſibi ſiſem eſſe ꝓdidit,uerba eius ſunt libro quarto, ἴσος γὰρ ἀεὶ ῥέει, ἔν τε θέρει καὶ χειμῶνι ὁ ἴστρος, κατὰ τοιόνδε τι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τοῦ γὰρ χειμῶνος νιφετῷ καὶ πάντα χρᾶται, τοῦ δὲ θέρεος ἡ χιὼν ἡ ἐν τῷ χειμῶνι πεσοῦσα ἀμφιλαφὴς, τηκομένη πάντοθεν, ἐς διδοῦσα ἐς αὐτὸν, συμπληθύει.i. Q̄ꝫ aūt ſemꝑ ſibi ſiſis fluit Iſter,tā in æſtate q̄ hyeme,ob id fit,ut mihi uideṫ. In hyeme.n.ningit ac pluit ubiq́ꝫ, in æſtate ꝟro nix in hyeme delata,tūc liquefit ūdiq́ꝫ.Niues igiṫ in Iſtrū uenietes,ipſum iplent.Et addit.Imbres q̊q́ꝫ multi ac uehementes cū niue ipſum augent. Q̄to aūt plus ꝑ æſtatē pluit,& q̄to plus aquę ſol trahit,tā in æſtate q̄ in hyeme, tm̄

Qualitas Danubii.

etiã Iſtro miſcet̃.Itaq́ꝫ cũ ſemꝑ paria faciat Iſter æſtate q́ꝫ hyeme, datis aq̃s & acceptis ſemꝑ ſibi ſimilis eſſe apparet.Philoſtratus aũt li. iii.uitę Apollonii ex arborib9 iuxta Iſtrũ unguentũ naſci uoluit,facit em̃ cõparationem cũ Hypa-ſide,arbores,inquit,ſimiles in eis ripis naſcuntur,his quæ apud Iſtrum creſcũt, a quibus unguentum diſtillat,Hæc ille.

De Danubii fluuii noĩbus & dimenſionibus. Ca. xx.

Danubii magnitudo & fluxus

TAm frequens ac peculiare nomẽ Danubii nobilitat̃,ut nullus ſcriptorũ qualiſcunq́ꝫ antiq̃tatis fuerit facile reꝑiat̃,q̄ nõ danubii mentionẽ faciat.Eratoſthenes ideo ac Apollodorus in ii. de nauibus Homerũ uellicauerũt,q́ꝫ multos fluuios oceano ſcripſerit ĩmergi,ac Iſtri cõti cuerit.Iſter fluuius maxim9 oĩm ẽ.Philoſtratus li. iii.εὖρος δὲ αὐτῷ κατὰ τὸν ἴστρον, ποταμῶν δὲ οὗτος δοκεῖ μέγιστος ὁπόσοι δι' εὐρώπης ῥέουσι. Latitudine q̃dẽ Iſtrũ æquat,q̄ oĩm q̄ in Europa fluunt,fluuiorũ maximus eſt.Sic & Arrianus,Dion,Apollonius,Strabo li.vii.Hipparchus,Polibyus,& alii grecorꝫ ꝓtulerũt.Latinorũ uero Ammianus Marcel.Seneca li.iii.Ambroſius in hexametris,Val.Flac.li.viii.Oroſi9 li. pri.ca.xxv.Ammonius in hiſt.Francorũ li.i.Hic multos Scythię locos ac m̃ſtas gẽtes irrigat ꝑ Germaniã,Auſtriã,Vngariã,& Peucen,uſq́ꝫ in Gręciã,ut Strabo li.vii.& Celtes aſſerunt,labit̃,et ad ꝓpontidẽ uſq́ꝫ excurrit.Ab occidente ut idẽ ait,& in Auſtrũ uergit.Primo ut Tacito placet,molli fluxu,clemẽter fluit, hæc Picus in carmine ſuo ita affert Hic & Danubius non magnis deuehit undis, Montibus arnobę uix fuſus,pluria nondũ Flumĩa ſurripuit,nondũq́ꝫ binomĩs ingens Aluit elyſios,arioſq́ꝫ & pæonis orã,& ligyos. Quod panegyricus Maximiani Nazarius ita adducit,qua extrema ſeptentrionis (inquit) plaga feruidũ caput porrigit Danubius.Iornandes ducẽtorũ pedũ altitudinẽ & ꝓfunditatẽ eius eſſe ſcribit in pluribus locis.Dicit̃ Danubius ſecundũ aliq̃s a ſono,ſecundũ cæteros a Dunis gẽtibus eius accolis,ut Catoni placet in prio fragmento.Nuncupat̃ alio noĩe Iſter,ut a Statio,Lucano in ii.Horat.oda. iiii. oda ultĩa & penul.Strabo.in pri.Et ſecũdũ aliq̃s ab Iſtro rege,ut uidet̃ Beroſo, q̄ Iſtri meminit.Pomp.Mela li.ii.Danubiũ dici in ortu ſuo indicat,& inde poſt lõgas eius dilatatiões ab accolis Iſtrũ appellari.Iornandes uero Beſſorũ lingua hũc Iſtri nomẽ ferre aſſerit. Vt aũt priuatis ſcriptoribus pſuaſum eſt tpe Auguſti nomen Iſtri primũ ſortitus eſt Danubius,q̃d falſum eſſe quẽ fugit? cum Argonautarũ ęuo Iſter noĩat9 ſit,vñ Iuſtin9 & Trogus li.xxxii.Iſtriã ab ipſo dixerũt,& Portius Cato,q̄ ante Auguſtũ uiguit,huius meminit.Græci ἴστρον ipm uocant,quare bene Tortelius ſine aſpiratione eũ ſcribi,& enũciari putat. Nõ ſine rõne etiã Annius Viterbień. chaldæũ id eſſe collegit,& Moyſen ipſum uocare Iĉtim.Stephanus Byzantius matoan Iſtrũ appellat,uerba eius hęc ſũt. Δανούβις ἢ Δάνουσις, ἴστρος ὁ ποταμός πάλαι ματόας καλούμενος.Ideo etiã binomĩs nomen hunc ſortitũ uolũt.Picus.n.ac Sillius Italicus li.i.Oui.in pri.de Ponto Iſtrꝫ binomiũ faciunt. Apud ripas binomĩs Iſtri, ripæ uicina binominis. Iſtri Stephanus græcus ſuꝑiores flumĩs partes uerſus fontes uſq́ꝫ ad p̃cipites eius Catarractas uocat. Suidas καταῤῥάκται πέτραι ἐν τῷ ἴστρῳ ποταμῷ. ὄρους τρόπον τινὰ ἀπὸ

Quare dictus Danubius.

alii danis

Iſter vñ

Binomi9 Iſter

Matoas.

τῷ ῥεύματι ὠθεῖ παντὸς τοῦ πλάτους ἀποπεφυκότος. αἷς ἅπασιν ὁ ποταμὸς ἐμπίπτων μετὰ μεγίστου πατάγου ἀνακόπτεται καὶ καγχλάζων περὶ ταῖς πέτραις. i. Catarractæ petræ ſunt in Danubio fluuio, latis ita tumulis ac monticulis in locis q̄buſdã ſub aqua exiſtentib9. Sup̄ quas fluuius ille incidens, cũ magno ſonitu rep̄cutit̃ ſcopulos circũſonãs. Catarractas alii cõchas dicũt, loca uidelicet ſepta aſſeribus, ut apud Ply. li. ix. Diodorus Nili Catarractas nauigabiles altitudine ſtad. x. ait. Cęterꝫ latiſſimũ fluminũ Danubiũ Polibyus ſcribit, & Herodianus hũc latiſſimũ altiſſimũq꜡ ꝓdidit. Nullus aũt oĩm ita Iſtrũ exp̄ſſit, ſicuti Dion gręcus in Traiano, ubi cæſarẽ põte Danubiũ alligaſſe refert, multis paſſibus. Ipſum aũt Danubiũ aquarũ multitudine nulli fluuiorũ cedere, ſemp̄ copioſiſſimũ, nulli inferiorem nullũ etiã altitudinẽ & latitudinẽ ei9 enarrare poſſe ait, & ſpacioſum amnem. Multaq꜡ addućit Ammonius Francorum hiſtoricus lib. i. ca. ii. Arrianus autor græcus lib. i. de geſtis Alexandri maximum Europæ fluminum eſſe Danubiũ retulit. Nunc ad eius originem conſcendamus.

Catarractæ.

De origine Danubii. Ca. xxi.

VErũ ut ab origine eius loquar. Multũ in ea re ſcriptores diſſentiunt, Cor. Taci. in monte Arnoba oriri eũ ꝓfitet̃, quẽ ſecutus eſt Sabellic9 li. ii. Enea. vi. Picus in carmĩe de cruce. Propius cõſpexit Danubii fõs. Alii ex montibus Sueticis ut Aene. in una epiſt. alii in germanicis oris oriri ſcribunt, ut in monte q̄ in Scauros Gallię aſpectat, ſicut Solin9 ca. xxii. Petrus Marſus, & Lilius Rauricũ aduerſus Danubiũ oboriri aiunt. Marlianus ex monte non longe a Rhętiis alpibus inter Triden. & Noricenſem dioceſes, alii Danubiũ ex limitibus Rhætiæ apud Rauracos ſcatere uolũt, ut Ammia. Marcel. lib. xxii. & Ply. li. xiii. Eratoſthenes græcus nõ lõge a mõtibus põti originẽ Danubio pollicet̃, ubi fallit̃ cũ Strabone. Nã idẽ Strabo li. i. geog. Eratoſthenẽ refellẽs, a montibus ſupra Adriaticũ Danubii fontem uideri putat, circiter ſtad. M. Dionyſius nõ longe a Rheni hoſtiis ait Iſtrũ oriri, his uerbis (a Priſciano trãſlatis) poſtq̄ de Rheni loquutus eſt origine, ſubiunxit ῥίνῳ δ' ἐξείης ἐπιτέλλεται ἱερὸς ἴστρος: Hic ꝓpe conſurgit fons iſtri flumine largo. Strabo etiã li. vii. fontes Rheni & Iſtri non multũ differre a ſe inuicẽ aſſeruit. Boccatius in iugis Noricis initiũ Iſtro conceſſit, & in cæteris cũ Solino ſentit. Claudia. pro Stylicone ex Rhętiis montibus cũ Marliano Iſtrũ deducit. Prominet Hercyniæ cõfinis Rhętia ſyluæ Quæ ſe Danubii iactat Rheniq꜡ parentẽ. Re ergo uera ab Arnoba monte, cuius meminimus lib. p̄terito, Iſter deſcendit, ut prior oĩm opinio fuit, non longe utputa quatuor miliaribus a Rheni origine. In hanc ſentẽtiã deſcendit Dracõtius. Nauclerus a lacu Lemanno Tiberiũ cęſarẽ ex Solini auctoritate, uno diei curſu ad Danubii fõtẽ p̄ueniſſe refert, q̄ ueritati ꝓxĩus acceſſit. Euſtathius etiã græcus Dionyſii locũ expones nunc allegatũ, ἄρχεται δὲ, inquit, ἐκ κελτῶν, ῥεῖ δὲ πάσης εὐρώπης. i. Orit̃ aũt Danubi9 apud Celtas et p̄terfluit Europã

Danubii ortus

Loc9 ſtrabonis & Eratoſth.

De hoſtiis Danubii & exitu. Ca. xxiii.

DE exitu uero Danubii ęqualis authorũ cõtrouerſia increbeſcit. Eratoſthenes & Ephorus in utrunq꜡ mare Danubiũ ſe exonerare dixerũt alii in Pontũ ſeu Euxinũ, cuius opiniõis eſt Strabo li. vii. Lilius, Petr9

Exit9 Danubii

Marſus, Appianus, Vibius ſequeſter, Picus, Celtes, Cor. Tacitus, & Lucanus cuius uerba ſunt li.ii. pharſal. Nec minor hic Iſtro, niſi q̄ dū ꝑmeat orbē Iſter caſurꝰ in q̄libet æq̄ra, fontes   Accipit, & Scythicas exit non ſolus in undas. Val. Flaccus li.viii. Haud ꝓcul hīc ingens Scythici ruit exitus Iſtri. Theopōpꝰ & Eratoſthenes, apud Strabonē etiā in Adriaticū mergi Danubiū ſcripſerūt. Cuius ſentētiæ dubios Polibyus & Strabo ſatis ſe oſtēdūt, unde æquali cēſura & illi notādi ſūt. De hoſtiis uero Danubii opiniōes his nō minores nūero ſūt.

Hoſtia Danubii. Arrianus li.i. de geſtis Alexandri, Ephorus & Eratoſthenes q̄nq; Danubii hoſtia ponūt, & Claudianus in Stylicone Thracia q̄nq; uadis Iſtrū uorat. Et Dionyſius græcus q̄nq; hoſtiis tm̄ Iſtrū īueſtiuit, interp̄te Priſciano. Qui poſcēs ortus Euxini ꝑuenit undas   Irriguā peucē cōplectēs gurgite quīto. Vbi Euſtathius eius enarrator καὶ ὁ αὐθὸσ πεντάσομον ὂν ἱσορεῖ. i. ideo ei Dionyſiꝰ q̄nq; hoſtia aſcripſit. Alii ſex meatibꝰ, ut Pet. Marſus. Quo v̄o induſtria & opinio ꝓbabilior eſt, ſeptē hoſtiis Dauubiū Pōto īmiſceri ſcribunt, ſex nauigabilibus, ſeptimū uero paludibus cōſeptū. Huiuſmodi opinionis ſunt aſſertores Pōp. Mela, Vibius Seq̄ſter. Solinus ca.xxii. Strabo li.vii. Zachar. Lilius. Picus in carmine de cruce huic opinioni īcubuit.   Tandē rapto tumefactus aquarū   Euxinū ingredit bis terno gurgite pontū,   Extremūq; caput limoſa perdit in ulna. Sil̄r &

Numerꝰ hoſtiorū. Ammianus Marcel. li.xxii. & Celtes in Hercynio.   Solus germanas ſed Iſter deſerit oras   Septenis tandem qui faucibus exit in æq̄r. Pomp. Mela lib.ii. ait tot hoſtia ip̄m hēre q̄t Nilū, & paulo poſt, ille (inq̄t) ſex hoſtia habet, peucē, ex his maximū, cuius meminit Ptole. li.γ. τῶν δὲ ἀνατολικῶν τὰ μὲν ὑπὸ τὸ σόμα τὴν πεύκην τρογλωδῦται. τὰ δὲ σόματα πευκῖνοι. i. Inferioris Myſię eorū q̄ ad ortū uergūt ſub hoſtio Peuces troglodytæ ſunt, hoſtia uero Peucini habitant. Ouidi. Solꝰ ad ingreſſus miſſus ſeptēplicis Iſtri,   Parthaſiæ gelido uirginis axe premor. Haud ſecus Val. Fla. ſeptē hoſtiis hūc ditauit. Fūdere nō uno tm̄ q̄ flumia cornu   Accepimꝰ, ſeptē exit aq̄s, ſeptē hoſtia pādit. Hoſtia aūt Danubii ut placet Ammia. Marcel. li.xxii. ſunt illa. Primū Peuce, ſecundū Nauzocuſoma, tertiū

Nomina hoſtiorū. Caloſtoma, alii Calauſtuma, ut Boccatius ait, quartū Pſūdoſtoma. Ammianus Pſeudoſtomō dixit, quintū Baryoſtoma, ſextū Spireoſtoma, q̊d dicit̄ ab Ammiano Stenoſtoma. Et illa tria cū ſeptimo fragilia ſunt, priora uero eo maiora ut ꝑ longinq̄tatē xl. mil. paſ. non miſceant̄ æq̄ri, & dulcē hauſtū ſeruāt. Septimꝰ aūt meatus ſine noīe ī paludibus deliteſcit. Hæc ex Solino, & Boccatio. Strabo li.vii. diſſentit ab illis, inter maxīa em̄ Iſtri hoſtia Hieroſtoma dixit. i. ſacrū oſtium, ab illo uſq; ad Peucē ſtad. c. ac xx. enumerat, ubi Darius pōtē ſtruxit, ab eo ſeptimū hoſtiū diſtat ccc. ſtadiis. Hæc Strabo. Ego uero uela detracturus ſum in hoc aliis ꝓuinciā hanc relicturus, maxīe ob ſcriptorū diuerſitatē, in nullo. n. de hoſtiis memorantes cōueniunt, q̊d Solinus uocat Bariſtoma, Boccatius Banoſtoma, q̊d ille Spireoſtoma, hic Spireboſtoma, q̊d ille Caleſtoma, hic calauſtoma, Ammianus Calonſtoma. Amborū etiā exēplaria excuſſis dētibꝰ, ora tm̄ ferunt, ita etiā deprauata ut auctorē uix agnoſcas. Adde q̊d D. c. mil. decurrere danubiū ait Albertus ex ſentētia Auguſti, Tortellius ex Ariſtot. ii. meteororū

ſingula

ſingula ora Iſtri tantæ eſſe magnitudinis, ut mare uincant in lx. mil. paſ. neſcio quam latitudinem Martianus Fœlix Capella afferat. Verum de illo ſatis, ad flumina Danubio ſe iungentia acceſſuri ſumus.

De fluminibus Germaniæ, Danubium petentibus. Ca. xxiii.

SExaginta flumina pene nauigabilia Danubio admiſcent̃, ut pene oẽs q̃rũ auctoritas in p̃cio eſt, aſſerunt. Boccatius, F. Ruffus, Ammia. Marcel. li. zz. Solinus ca. xxii. Albertus Magnus, & Martianus. Iornandes & p̱ mille ducentorũ paſ. millia a fonte Iſtrũ uſq; ad Pontũ defluere collegit. Nec mirũ, dũ p̱ tot loca labat̃ barbara. Val. Flac. lib. viii. Toruus ubi & ripa ſemp̃ metuẽdus utraq; In freta p̱ ſeuos Iſter deſcendit alũnos. Vñ & multo plura flumina ſuſcipit. Corteras fluuius (ut Strabo ait) apud Lugeũ & Tergeſtũ Sabũ intrat, Sabus Drabora, Drabora Noarã, Noara apud Scordiſcas Danubiũ. Regus fluuius apud Noricos in Danubiũ, ut Celtes li. ii. odarũ ſcribit teuto. die Regel, apud Ratiſponã tranſmittit̃. Vñ ait Celtes li. ii. odarũ. Sed nunc oris Vrſula noricis Qua Reg⁹ Iſtro ſe ſociat uago. Itẽ Almonus fluuius Aureatenſis, meminit Celtes in Germania & in odis, Baccuntius fluuius cuius Boccati⁹ & Ply. lib. iii. ca. xxvi. recordat̃ iuxta Sirmiũ in Saũ influit,

Flumina Danubiũ petentia.

Regus.

Almon⁹.

De aliis fluminibus Danubium petentibus. Ca. xxiiii.

SVnt & alia flumina q̃ Danubio appropant, ut Igla, q caput non p̱cul a Marſcheck loco p̱duceñs, in Danubiũ ſe inter Trebetzick ac Petronel abſcõdit. Curſus eius inter orientẽ ac meridiẽ eſt. Mura fluuius ſuo cõpleto curſu iuxta Treſnitz Iglã intrat. Almonius fluuius ſapore piſciũ p̃ſtantiſſimus iuxta Kelheim ſeſe in Iſtrũ cõmutat. Cæterũ Bernicus fluuius (quẽ alii Berneſum uocant, a q̃ partim, partim etiã ab Almono Tretfurt, Herden, Guntzẽhuhuſen, Dinckelſpihel, Otingen irrigant̃. Bernicũ non p̱cul a Vuerd in Danubiũ remittunt. Iſarus etiã fluuius haud p̱cul a Pletlingio ortũ deducens, ſe Iſtro aſſociat, oppida quæ tranſit Pletlingiũ, Landau, Lantzhutta, Sindelfingium, Monacum, Mosburgum, Mittenvualdium.

Igla.

Mura

Bernicus

Iſarus

De fluminibus e Scythia in Danubium delatis. Ca. xxv.

MVlta p̃terea flumĩa ſunt, q̃rũ Herodotus meminit, q̃ p̱ Scythyæ p̱tes ita olim uocatas, ad Danubiũ ducunt̃. Verũ cur uerba grẽca ei⁹ non adducam⁹; dũ corruptiſſima habeant̃ latina, p̃ſertim in noĩb⁹ p̱priis ob quorum reſtitutionẽ uerba Herodoti qua licebit breuitate tranſcurram. πέντε μὲν οἱ ῥέοντες. τὸν δὲ σκύθαι πόρατα καλέουσι, ἕλληνες δὲ πύρετον, καὶ ἄλλος παραντος καὶ ἄραρός τε καὶ νάπαρις, καὶ ὀρδησσος. ὁ μὲν πρῶτος λεχθεὶς τῶν ποταμῶν, μέγας καὶ πρὸς ἠῶ ῥέων ἀνακοινοῦται τῷ ἴστρῳ τὸ ὕδωρ, ὁ δὲ δεύτερος λεχθεὶς παραντὸς πρὸς ἑσπέρης τὰ μᾶλλον ἐλάσσων ὁ δὲ δὴ ἄραρός τε καὶ ὁ νάπαρις καὶ ὁ ὀρδησσός, διὰ μέσου τουτέων ῥέοντες, ἐσβάλλουσιν ἐς τὸν ἴστρον οὗτοι μὲν αὐθιγενέες ποταμοὶ σκυθικοί .i. Quinq; aũt p̱ Scythiã flumĩa decurrũt, primũ Porata uocant Scythæ, grẽci uero Pyretũ. Secũd⁹ Tyrannus, tertius Ararus, quartus Naparis, q̃ntus Ordeſſus dictus eſt. Primus illorũ ingens fit, & ad Aurorã fluẽs cũ Iſtro cõicat. Secũdus Tiarantus dict⁹, ad occidentẽ magis uergit. Cæteri tres p̱ mediũ illorũ fluẽtes, in Iſtro ſe ĩmergũt.

Idē Herodotus.Inde,inq̄t,ex Agathyrſis μάρις fluuius,Inde αὔρας καὶ τίβισις Au
ras & Tybeſis,ꝑ Thraciā uero ἄθρυς καὶ νόης Athres & Noes, καὶ ἀτάρνης Atar
nes.Ex Pæonia uero ac mōte Rhodope κῖος Cius,mediū eum interſcindit.Ab
Illyriis autē ad aq̄lonē ἄγγρος Angrꝰ,q̄ planiciē Triballorū ꝑcurrēs,in τὸν βρόγγον
Brongū incidit,Brongus uero in Iſtrū,q̊s ingentes utroſq; Danubius recipit.
Inde ex regione Ombricorū κάρπις Carpis fluuius,& alius ἄλπις Alpis dictꝰ
uerſus Boreā uentū tendunt,& Iſtro miſcent̄.Hæc Herodotus,cuius uerba eo
libentius adduxi,ut reſtituantur.Nil em̄ uidi nominibus illis deprauatius.Sūt
& alii q̊s Huttenus poeta egregius in ſuo panegyrico includit. Paruus iber
curuuſq; Lycus inus Iſter Eſer,Bemus,Nabus,Aenus,Igla,Theſia &c. Item
Parthiſcus fluuius Sarmatiæ Iſtro miſcet̄,ut ait Ammianꝰ Marcellinus lib.vii.
q̄ dū ſolus licentius fluit,ſpacia longa & lata ſenſim ꝑterlabēs,ꝓpe exitū in an
Locꝰ ammiani. guſtias accolarꝝ ab impetu (lege impio) Romanorū alueo Danubii defendit̄.
Hæc Ammianus.Arabō fluuius inferioris Pannoniæ in Danubiū defert̄ uer
ſus montem Cecium,iuxta Corroduum,& iuxta Curtā fluit,ut Ptolemæus ait
ἔχει θέσιν ῥιαύτην μετὰ τὸν ἀράβωνα ποτ' κατὰ κούρταν. Eſt & Tibiſus fluuius qui e
Carpatho oritur in Danubium defertur,ut Nauclerus indicat.

De Aeno,Illſo,& Nabo. Ca. xxvi.

HVmillimæ ſortis & noīs fluminibus relatis in Danubiū ꝓperātibus
uicē relaturus nunc ſum diuitioribus.Primo ergo Aeno. Aenus flu
Aeni ortus uius orit̄ in alpibus,q̄d Picus illo carmini inſeruit. Atq; ſub aeriis ꝑ
labit̄ alpibus ænus Aenus cæſariis ardentia tecta caminis Ducturus &c.
Celtes q̄q; li.ii.oda ii.huic ſuffragat̄.Re aūt uera,ex Adula monte irrumpit,q̄d
Celtes ita ſcribit de Adula loquens. Qui Rheni Rhodaniq; parens,æniq; ſo
nantis. Multa Aeneas Syluius in epiſt.ad Camp.Deſcēdit aūt inde uſq; ad
Aeni pontē.Quod Celtes notauit in odis de eius turbine. Natus excelſis ubi
ſcindit alpes Aenus,& ſaxis rapidus ſonoris Impiger,celſum ferit inſolenti
Murmure cœlū. Dat itaq; nomē urbi,unde ænipons dicit̄ teuto.Inſpruck,
non ysbruck,ut male legit̄,& Picus in crucis carmine loquit̄. Aeni concutit
Ciuitates Aeni. pons,illius accola nudis Inceſſit pedibus. Huius urbis meminit Antoninꝰ
Pius in Itinerario.Inde Noricos a Vindelicis ſepans.Bauariā petit,uſq; ad Pa
tauiū urbē epiſcopalē(teuto.Paſſau) Confluū fluuiū Illſum a ſeptentrione reci
piens,in Danubiū tranſmutat̄.Aeneas.Sylnius ibi pōtem ſcribit ligneā ſedeci
arcubus. Celtes id ita ad Coclē odarū ii.atteſtat̄.Vrbs Patauia Cocles modo
te tenet,inſita colli Quæ tria flumina Conflua iungit Nā celer auſtrinis de
cendit ab alpibus Aenus. Ciuitates aūt quæ nō ꝓcul ab Aeno uident̄,ſunt
Scherdigen,Obēbergū,Otingū,Muldorffiū,Hehēnaugia,Roſenheimium,
Kopffenſteiniū,Vuaſſerburgiū.Fluuiū aliū quē Aenꝰ recipit.Iuuarus eſt,quē
Iuuarus Saltzam uocāt,q̄ ſupra Iuuauiā oriens in loco(zum Hellen)dicto,ꝑ Iuuauiam
Lauffen,Titmanigū ac Burckhuſē ꝑterfluēs,Aeno miſcet,nō ꝓcul ab Otin
Illſus gē ac Praunau.Illſus aūt fluuiꝰ deſcēdit a locis ſupra Seſeldiū,non longo inter
uallo a Monaco,Kopffēſteinio,Lantzhutta,Danubio īmergit̄.Celtes. Illſus,&
a Borea

a Borea niger exit Danubii medios q̃s accipit alueus amnes Creſcit & impe
tuoſior undis. De Aeno & eius origine ca.xvii. Otto Friſing. ſcribit lib.vii. &
Volateranus li.vii. Nabus in pinifero orit̃, Celte teſtãte in amorib⁹, odis ger Nabus
mania & Hercynio, & mox ad orientẽ ſe uertit. Nãq̃ȝ ait. Nab⁹ exit in Auſtrũ
Inde in Danubiũ ſe abſcõdit, dicente poeta Germ. in amoribus. Nabus Iſtri
nis inſidiatur aquis. Ptolemæus Nabi, poſtq̃ȝ orationem de Vindelicis habu
it, non meminit, ſed Aeni, ita inquiens lib.ii. Secundũ ſciſſionẽ fluuii ad meridiẽ
uergentis fluuius eſt q̃ uocat̃, αἶνος, Aenus. His uerbis ductus ego Aenus per æ
ſcripſi, meminit huius & Dionyſius. Nab⁹ aũt ꝑ Neuſtadiũ ad meridiẽ ſe fle
ctit & iuxta Ratiſponã Danubio iungit̃. Vilſum aũt in Hercynio Celtes alle
gat. Obliqua ad Vilſi ꝓtẽdẽs cornua ripas Vilſus in Hiſtrinis q̃ tandẽ ꝑdi Vilſus
tur undis. Et idẽ Celtes ex Piniſero Vilſum uidet̃ & Nabũ deducere, q̃s & in
Danubio ſe abdere ait ſecũdo odarũ. Qui Nabũ uitreis fontib⁹ egerit. Et vil
ſum ſocio flumĩe concipit, Qui magnum ſociati patrem Danubium petunt.

De Lyco, Sao, & Drao. Ca. xxvii.

LYcus Vindelicorũ fluuius (ut ait Peutinger) urbẽ Auguſtã trib⁹ ui-
cibus dirimit, de q̃ Aeneas Syluius. Sigebert⁹ Geblacẽſis hũc ſcribit
Bauariã ab Alamanis.i. Sueuis diuidere (teuto. der Lecht) cãpus Ly Lycus
ci (Lechtfeld) Lycacii populi Vindelicorũ ut Strabo li.iiii. ait a Lyco dicunt̃.
Referũt hunc apud Valkyrũ oriri, alii in alpibus. Celtes odarũ ii.li. Qua mul Campus
ta inundans prata Rapax Lycus ex alpiũ radice Fuſus, Danubii ſociat̃ undis Lyci
Et li.iii. Auguſtã Lyci margine cõditã ait. De illo Volater.li.vii. Hutten⁹ ĩ pan.
Ligurinus aũt corrip. & ꝓduxit primã illius, ait.n.li.i. Quas Lycus, & li.ii. Rura
Lycus. Lechũ hũc noĩat Paul. Diaconus li.ii.ca.xiii. de rebus Lõgobardorũ, et
iuxta hũc fluuiũ Virdã, Vuertach, græce λύκιος a Ptole. dicit̃, κατὰ, inq̃t, τὴν ἀρ
χὴν τοῦ λυκίου ποτ. τοῦ εἰς τὸν δανούβιον ἐμβάλλοντος, ὃς διορίζει τὴν ῥαιτίαν ἀπὸ τῆς οὐινδελικίας
.i. Iuxta principiũ Lycii amnis q̃ in Danubiũ exit, qua Rhętiã a Vindelicis ter
minat. Poſtq̃ȝ igit̃ Reynũ, Auguſtã, Lantzſpergũ ꝑterfluit, inter Nuenburgũ Saus
atq̃ȝ Vuerdt in Danubiũ exit. Saus & Draus flumina Pannoniã cõplectũt̃, ut
uitæ Iuſtiniani enarrator ſcribit. Plynius tñ li.iii.ca.xxvi. Dalmatiã interuallum Draus
putat eſſe C.xv. mil.paſ. Celtes li.ii. odarũ. Aureã terrã colitis beati Quã rigat
pulcher Saus, & recuruo Defluẽs curſu Draus. Hic recipit fluuiũ (ſecundũ
Strabonẽ li.iiii. in fine) Ogdolapẽ, & inde Danubiũ petit (teuto. die Sau) oritur
aũt ex alpib⁹ Carnicis, & placidior emergit. Diſtat a Drao C.xvi. mil.paſ. ꝑ La
piões & Breucos labit̃, Flumĩa plura recipit, ut uoluit Plyni. ubi ſupra, Strabo
li.iiii. Põportũ amnẽ ex Illyricis nauigabilẽ circa Segeſticã, hũc in ſe abſcõdere
aſſeruit. Colaphis ut Ply. ait circa Iſtriã gemino alueo Saũ petit. Hui⁹ meminit
Lili⁹, & inde ĩ Iſtrũ fluit. In Saũ Baccuti⁹ fluui⁹ labit̃ iuxta Syrinthiũ. Dra⁹ aũt
e Noricis trãſit, uiolent̃ ꝑ Serapilos, Iaſos, Scandezetes Dalmatiarũ popl̃os, ut
Ply. placet li.3. De Sao etiã & Drao ſatis Alber. & Arrian⁹ li.i. de geſt. Alexãd.
& Ptole. Lagi. Hi ergo fluuii in Danubium ſeſe exonerantes maximi habent̃.
Nunc ad alios fluuios generales caſtra poſiturus ſum.

De Rheno fluuio. Ca. xxviii.

NEc Rhenus degenerauit, pari opulẽtia fluminũ Danubio aſſimulat9, pari q́cꝫ ſcriptorũ induſtria celebratus eſt. Herodianus maximum hunc fluuiũ & germanos ꝑterfluere dixit, æſtate nauigabilẽ, hyeme concretũ lib. vi. hiſt. & li. vii. tantã Rheno tribuit ꝓfunditatẽ, & latitu‑dinẽ, ut irremeabilis uideat̃. Multa Claudianus de bello gotthico, de rheno col legit. Cæſar lib. i. Rhenũ altiſſimũ & latiſſimũ fecit. Plutarchus in Cæſare rapi diſſimũ, & ĩmenſæ latitudinis. Mantuanus. Vt rhenus curſu uiolẽtus & unda. De ei9 uero fluxu, poſt fontẽ (teſtãte Nauclero) mox duos lacus conficere eũ Põp. Mela li. iii. ſcribit. Inde longo ſpacio per fines Nantuantiũ, Heluetiorum Sequanorũ, Mediomatricũ & Tribochũ citatus fert̃, ut ait Cæſar li. iiii. belli gallici. Re uera tenui flumine ab ortu labit̃, & modo flexu in occidẽtẽ, modo ad ſeptentrionẽ (referente Cornelio) a Schafhuſen eructat, multo ſtrepitu, ut Leonhardus Arietinus ſcripſit, per lacus Nantuantiũ ꝓpria ſeruata aqua effun‑dit̃, cuius lacus & Strabo li. iiii. meminit. De ei9 fluxu ſic Picus in Stauroſticho. Qua rhenus tenui rhętis ex alpibus orſu Fũdit̃, & maior ſuppoſtis influit aruis Quicꝫ lacu ĩmiſſus leni ſubmurmurat unda, Mox aliũ ꝓfertcꝫ lacũ, q̃ denicꝫ fuſus, Inde humilis timiduſcꝫ uorax euoluit̃, inde Plenus, & exiguus rectus ſinuoſus in urbẽ Labit̃, hic ſumptis Baſileã fontibus urbẽ Diuidit, & uaſto defert̃ gurgite, & alti Vorticibus magnis contingit tecta Briſachi. Multa de Rheno Celtes li. iii. odarũ oda xvii. ubi de eius fluxu, flumĩbus, & tota huius ꝓprietate loquit̃, Græci hunc ὃν ῥῆνον uocant. Suidas in dictione γερμανικὸς, ἀμφὶ inquit, οἱ ῥῆνον ποταμὸν εἰσιν. Ammianus Marcellinus lib. xv. inter celſorũ montiũ rhætiæ lacũ eſſe ſcribit Brigantiæ, ubi rhenus incurrat, ſpumoſis uorticibus, quietem undarũ permeans, & pugnã mediã ueluti finali interſecet libramẽto, tanq̃ elementũ perenni diſcordia ſeperatũ, nec aucto, nec ĩminuto agmine, q̊d intulerit uocabulo, donec Oceanum gurgitibus intimat, Hæc ille. Et profecto dictum Ammiani ueritatem & hodie tenet. Niſi ut litera nimis eſt deprauata, per undam mediam, non pugnam lege. Multa de Rheno Dracontius qui hũc Gange, Ibero, Tago, & omnibus fluminibus prætulit, auro, piſcium, & aliarũ multitudine rerum, qui & totum Rhenum deſcripſit, ſicut & Phileſius in Regeſtis ſupra Ptolemæum. Cæterum Rhenus multos habet meatus, & loca conſueta relinquens, multos receſſus facit, a græcis dictos πλαταμῶνες. Vnde & aer circa ipſum minus ſalubrior eſt. Cornelius in ſecundo hiſtoriarum libro, Rhe‑num ad Galliam latiorem ac placidiorem fluere indicat, & uerſo cognomine Vahalem uocabulum ſumi, antequam Moſam intret.

Fluxus Rheni

Locus Ammiãi.

De Rheni ortu. Ca. xxix.

NVmero nec minores de rheni origine authorum diſſenſiones extãt, Cæſar lib. quarto ex Leopõtiis alpib9 rhenũ oriri dixit. Similiter Boccatius, uerbo tñ omnem rem abſtulit, iuxta Mediomatrices dicens. Marlian9 int̃ fines Curieñſis & Tridẽtin. diœceſiũ rheni fontẽ ſcripſit, nõ lõge ab Italia. Strabo li. 4. ex adualla mõte hũc deriuari attulit, q̃ ẽ aduerſ9 leopõtiis,

piſtillis donatos parẽtibus remiſit,cõſtituẽs ad futurũ eorũ cõuentũ numũ argen
teũ ſignatoria ſua gẽma notatũ in ſinguꝪos donare,quẽ illi in longa ſecula & in gñа
tiones & familias ſuas tanq̃ꝫ theſaurũ aliquẽ aſſeruarẽt.Pueri tũc ingenui ſup̨ q̃ttu
or milia nũerati fuere.Cõpara nũc priſcorũ imꝑatorũ in ciues romanos donatiua
& cõgiaria publica & ſũptuoſa cõuiuia ad nr̃a tp̨a.Ornatꝰ mulierũ & corꝑis cultꝰ
(q̊d eq̨dem in hoc ſexu ꝓbauerim parciſſimꝰ eſt,aurũ & gẽmas niſi in digitis fer-
re cõceſſũ eſt.Sarmaticas,ſcythicaſq̃ꝫ pelles nll'a margaritas nll'a coccineaſq̃ꝫ,coas
aut oſtrinas ueſtes nulla,ſed has tm̃ limbis ueſtiũ aſſuũt,cõſiderãtes hac mlierũ lu
xuria m̃ltas germaĩæ & ſarmatiæ urbes ĩ pauꝑtatẽ adductas,dũ uiri mlieriarii cor
rupto fęĩarũ appetitui nimis indulgẽt,earũq̃ꝫ ornatui,cuiꝰ ille ſexus auidiſſimꝰ eſt,
& ab illis difficultꝰ eripi põt incõſulto fauẽt,q̊ad ære alieno & egeſtate opp̃ſſi,im-

prudentiæ & illius luxuriæ damna experiunt̄.

De duobus auguſtioribus templis & hoſpitalibus, eorumq; opibus & reliquis Cap. viii.

SAcras ædes & auguſtiores duas habēt παρόχιας græco uocabulo uocant has Romani quondā per ꝓuinciarū ſuarum diſpenſationes, quas διοίκησις uocāt, inſtituerūt, latine ædes præbitorias dicere poſſumus, ut quēadmodū illæ qndam prouinciarū præſidib9 publicitus uiaticū præbuere. Ita nunc mutata religione ex illis diuina ſacramēta erogant̄. Prima & honoratior Petro ap̄lo dicata & diui Sebaldi corpe & ſepultura ſua celebris. Is dum paulo poſt Caroli magni tempora, ut Britanni, Galli & Hybernici chriſtianā religionē in germaniā inuexerant cū aliis influens, primus eius collis & nemoris incolas ad religionē chr̄ianā uita & morum ſanctitate inuitauit, eiectis ueterib9 diis, quos priſcorū hoīm ſimplicitas ſuorū agrorū & locorū præſides & tutores putabat. Alia diuo Laurētio cōſecrata eſt, regia ſane baſilica & ampliſſima. Singulæ magnis opibus & multa ſupellectile ſacra (ut liberalitas & pius in religionē ciuiū affectus eſt) dicatæ ſūptuoſo opere parietum, tectorū, colūnarū, & feneſtrarū patētiſſimarū cōſpicuæ, binis arduis turrib9 ſingulæ decoratæ, ingētibuſq; uaſis æneis q̄s cāpanas uocāt oneratæ, quorꝫ ſonitu & īpulſu populū ad rem diuinā uocant, aut elata funera ꝓſequunt̄, & ingruētibus tēpeſtatibus nubes (ut naturæ q̄cq; interp̄tes tradidere) diſſipāt, rumpūt, & propellūt. Aedes aūt ītus cū abſydibus ſuis fornicatis pilis, & arcuatis teſtudibus duarum colūnarū ordīe in ſublime erigunt̄, uario genere celaturæ parietū & feneſtrarum, & ſculptura imaginū, auro, argento, gēmiſq; dotatæ, armaq; & ingenuarū, & ueterū familiarū inſignia, nedū in his ædib9, ſed & in aliis oībus monaſteriis & ſacellis affixa, q̄d primoribus tantū (ut dicemus) permiſſum eſt. Veſtibus & ornamētis ad rem diuinā ꝑficiendā uario opere & labore exotico, arteq; & materia ꝑegrina p̄cioſis. Organis (quæ Pipino a Conſtantino græcorū imꝑatore) miſſa erant, primūq; tunc in Germania & Gallia uiſa ſunt, & fiſtulis longitudine & magnitudine diſparibus maximo ſumptu cōſtructis, quæ ubi attracto per folles uento manuū & pedū impulſu cōceptū ſpiritū per uocales cannas euomuerint ingentes ſonos & mugitus reſultāte teſtudine & fornice cōcordi cum harmonia reddūt cōcentu tubarū & cimbolorū interſtrepēte. Orgia crederes aut Choribantū chorum incedere. Ξενοδοχεῖα. i. diuerſoria egrorū educādis fouēdiſq; paupibus (q̄ uulgo ip̄i hoſpitalia uocāt) q̄ttuor habēt. Inſignius q̄d nouū uocāt, ſuꝑ amnis ripas immenſis opib9 & ſtructuris ad pauperū curas dotatū perēni ſtipēdio χειρουργὸν aromatariūq; fouēs, qui aſtatī & abūde q̄ ægris ſalutaria ſūt adminiſtrēt, opeq; ferūt eius diuerſorii tēplo ſacroſanctæ imꝑatorū nr̄orū reliquię ſeruant̄, maxīe de ſaluatoris cruce & lancea, & Caroli Magni inſignibus, & uetera regū, & imperii noſtri diademata, q̄bus imꝑatores noſtri hodie ad aq̄s craneas, id eſt Appollineas Mediolani & romæ cæſares declarant̄, has Sigiſmūdus cęſar in eo motu quo Boemia a religione Romana defecerat a Praga Boemorū metropoli in Norinbergā, quā ſolā inter tot claras germaniæ urbes hoc munere dignam cenſebat, traduxit, quæ nunc quottānis exactis duobus & decē poſt paſcha diebus in publico foro maxīa

ueneratione & cultu oſtendunt tabernaculo miro apparatu in foro conſtructo, iſti q̃ ſacerdos uocaliſſim⁹ aſtãtibus dryudibus gabino more p̃cinctis, & diuinis exuuiis onuſtis uulgo ꝓclamat, magna circũiacentiũ regionũ frequẽtia, & ex omĩ germania ad hũc diẽ poplo urbẽ uelut diluuio quodã inundãte, ob id armatis & cathafractis in ſpeciẽ p̃lii pedẽ tabernaculi forũq; ipm & portas urbis cingẽtibus ne per inſidias urbi ſacro ſpectaculo uacãti trepidatio aliq̃ ſuboriat. Referã in hoc loco ſubitũ eius diei tumultũ ludicra & uana re coortũ. Coruus in foro aſtãte multitudine culmini domus inſidebat, utq; aduecta p̃da ſe ſatiauerat, cõſpecta inter lateres enata herbula mox unguibus uerrere & roſtro laterẽ cõcutere & collidere, q̃ad ſolutus calce ingẽti ſonitu per tecta p̃ceps euolutus ſecum alios ſua ruina trahebat, qui fruſtatim decidẽtes nõnullorũ aſtantiũ capitibus inpacti ſunt, & iã ad ſonitũ & fragorẽ in ꝓfundo ſilentio (cum oĩm animi & aures in cõcionatorẽ arrecti eſſent) turba ueluti repẽtino malo correpta ſilentiũ rupat, ſtationeſq; ſoluerat, tũ a laterculis uulnerati ueluti haſtis deſup cõfoſſi eſſent, ſublato ingẽti clamore pſonabãt, ſecuta mox mulierũ & puerorũ nõ minor (ut in trepidatiõe fit) uociferatio. Iamq; ſalutis ſuæ quiſq; memor, tanq̃ urbs capta eſſet, plateatim uicatimq; diſcurrere cœperãt. Sed iam in ordines ſuos ſingulæ cohortes ꝓceſſerant, & ſigno dato, tumultuantẽ populũ, qui nullo alio remedio arceri & ſedari potuit uoce & uerbere caſtigarũt, & cõfirmarũt in eo tumultu aliquorũ corpa ꝓtrita, aliquorũ uulnerata repta ſunt. Exin ſpectaculi die ſenatus cathenis ferreis forũ claudit armatos in modũ coronæ circũſtare (ut nemo ad ſiſem uanũ terrorẽ elabi extra ſeptũ fori poſſit) iubet.

De nouẽ urbis, monaſteriis, & eorũ ſanctis & ꝓbatis moribus. Ca. ix.

MOnaſteria uirorũ & ſacra κοινόβια .i. cõtubernia urbs intra murũ. vii. habet, locis optunis cõſtructa, & p urbẽ diuiſa, ædificiiſq; & ædib⁹ idoneis donata, & illis quae ad rem diuinã religionẽq; ornandã pertinẽt abunde locupletata, illa nõ ſuo ſed ſenatus decreto & arbitrio regunt. Inẽdiu noctuq; deo & ſupis pſallũt, nõ ut in mltis germaniæ locis p urbẽ uagi, cõuiuiorũ & cauponarum iportuni uolucres, aut auaritiæ ſtudio aĩarũ negociatores, & a pauperũ mẽſis uelut rapaciſſimæ harpyiæ cibos auferẽtes. Memores his morib⁹ religionẽ magis fœdari, labefactari, cõtaminariq; poſſe q̃ incremẽta ſuſcipe, ſed ut ſenat⁹ iuſſit, & uoluit q̃tidianas ſupplicatiões & ſacrificia ꝓ ſalute reipu. ſancta & pia cõuerſatiõe faciũt, ab alienis abſtinẽtes & illis q̃ poſſidẽt, aut q̃ ultro erogant caſte & modeſte utentes, crebris cõcionibus ppłm ad religionẽ deiq; cultũ & metũ adhortãtes, & a uitiis deterrẽtes, laudes p̃miaq; ꝟtutũ q̃ bonis p̃poſita ſũt, & pœnas ſontiũ ꝓclamantes. Sacerdotib⁹ etiã popularib⁹ honeſtis legibus a ſenatu coercitis, ne licẽtioſe uiuãt, ut in aliq̃bus urbib⁹ fit, in q̃bus ſibi oĩa licere per religionẽ & dñationem putãt. Duo etiã ſacrarũ ꝟginũ κοινόβια q̃ ut ſe p̃petua caſtitate deo deuouerũt, ita ab hoĩm aſpectu ſublatæ & occluſæ, nec amicorũ aut parentũ cõgreſſu aut uiſu p̃fruunt, ſed uelut mortuæ uitã agunt. Quaprop̃ dũ aliq̃ cõſecrat plurima circũ cã mortis imago, ante aras ꝓſtrata candida ueſte induit, & uelut ſepulchro iam compoſito, ſacri laticis aſpſione p̃fundit, ſuffitione & aliis mortuorũ cęrimoniis & ora

tiõibus luſtrata, quæ ubi ſpectante populo pacta ſunt, ſacerdos candelā ſibi in ma nus pręſtita ad oſtiũ (per qd tantũ uirginib9 ex religione ingredi licet) ſiſtit. Ibiq́ꝫ cæteræ ỽgines cantu, orõnibus, & oſculo ingredientẽ excipiunt, eam collaudãtes & extollẽtes, ꝙ conteptis urbicæ luxuriæ & ſupbiæ delitiis, perenni & iugi ſe caſtitati & ſeruituti dei ſanctorũ, qua nulla uerior libertas eſt, deuotauerit.

De domib9 publicis, frumẽtariis, & de fame, & gñibus panũ inſolitis. Ca. x.

DOmus publicas in urbe multas & q̃tidie nouas extruẽtes habẽt, maxiaſq́ꝫ & patẽtiores frumẽtarias, Quæ urbẽ (dũ annonæ charitas ex ſterilitate cæli, aut calamitate bellorũ acciderit) ſuſtentare poſſunt. Frumẽta anno rum centũ & quinq̃ginta habẽt aceruis iam ſiue folliculis, & nuda adipe fatiſcente. Ex eo frumẽto Maximiliano nup e gallico bello in pannoniã tendenti panis ut deſiderabat piſtus eſt, quẽ & nos apud amicũ & hoſpitẽ noſtrũ Sebaldũ clamoſum antiq̃tatis & literarũ amatorẽ feruẽtiſſimũ deguſtauim9. Aliaſq́ꝫ ſpecies panis (de quibus dicemus) uidimus. Sed ille colore & ſapore ſubſtantiaq́ꝫ inter cæteros facile noſcibilis. Sed quoniã in hunc locũ incidimus quo panis mentionẽ facerem9, referenda etiã a nobis eſt noſtrorũ temporũ grauiſſima fames, quã ego in primis memoratu dignã duxi, ne hoc ut alia multa apud nos ſcriptorũ penuria ab hoĩm memoria elaberet, aut tẽpore intercideret. Hæc ad annũ nonageſimũ primũ ſup mille & q̃dringentos orbis chr̃iani, regni uero Maximiliani anno ſexto, ad biẽniũ germaniã afflixit, furiẽtibus etiã tunc, ne ulla calamitas ſola eſſet Galliæ, Pãnoniæ, & domeſticis germaniæ bellis. Quibuſdã hoĩbus pro panis uſu erat pyrũ agreſte & corni fructus, ſorbũq́ꝫ cõtuſum modico furfure fermẽtoq́ꝫ congeſto, ne partes maſſæ diffluerẽt, alii ex fęno herbarũ floruq́ꝫ ſemina, & cũ folliculis ſuis grana excutiebãt Iunipero addito & farre modico, ſicq́ꝫ in cibũ & uitę alimoniã accipiebãt. Erant q fame ꝑmente ad priſcorũ hoĩm cibũ redibãt, glandẽ faguq́ꝫ mola frangẽtes, & ex illis tortulas q̃ſi oleacei panis pinſebãt, fuerũt q pyrũ ſole aut furno ſiccatũ farre & furfure tantũ miſcebãt, fermẽtiq́ꝫ & furfuris partẽ addebãt, q̃ coagulatio materię cohęreret. Quidã dũ longa fame cõfecti fuiſſent, motis tandẽ dentibus cõſumptis angiuis priuati ſunt, corrugatiſq́ꝫ & intortis uiſcerib9 dum panẽ cibũq́ꝫ ac cœpiſſent, hærentẽ ſiccis faucibus alimẽto ſuffocati & extincti ſũt. Compertũ eſt multos ne fame cõtabeſcerẽt, in remediũ uitæ caules, rapũ & nucũ putamia, cõcer ptis arborũ foliis & corticibus cõcudiſſe, & cũ lacte leniẽdæ famis gr̃a abſũpſiſſe. Alii amicorũ & uicinorũ conuiuia, ut germani gentiliter epulones & mãducones ſunt petẽtes, nõ prius domib9 recepti ſunt, quã tantũ panis ante oſtiũ ſecũ attuliſſe demonſtrarẽt, q̃tũ ad cœnã illis ſufficere poſſet, uidiſſes tũc oĩs ætatis & ſexus hoĩes a rure ad urbes cõmigrare, intonſum hirtũq́ꝫ agricolã, hercyniiq́ꝫ nemoris incolã, fœda & fruticãte barba ſqualidũ, pendẽtibus genis, macieq́ꝫ cõfectũ, per plateas urbis hoſtiatĩ, uelut iumẽtũ famelicũ ad uacua ꝑſepia boans, ante ſacras ædes cũ cõiuge & liberis ſtare, ingrediẽtes acclamare ꝑhenſare, elatiſq́ꝫ ad ſydera manibus & abortis lachrymis genu nixus rogare, priuſq́ꝫ ſupos placarẽt pietatẽ aliquã q̃ nihil gratius acceptiuſq́ꝫ diis ĩmortalibus foret, in ſe ſuoſq́ꝫ iam ꝓpe fame & inedia defecturos facerẽt. Memoriæ proditũ eſt quendã tũc in furto dep̃henſũ laq̃o

ut in iudiciũ tractus erat addictũ,ubi ſecũ añ portã ad gemonias uentũ fuerat,ſca/
læ p̄ lictore admouẽdus ille ultro & exultabũdꝰ ter facto ſaltu aſcẽdit,interrogatꝰ
cur ad paratũ ſuppliciũ p̄ſenteq́ʒ morte tã lęto uultu alacriq́ʒ aĩo ꝓcederet,mox
ille ad multitudinẽ cõuerſus.Teſtor inq̃t ſupos,& ſp̄ mihi culta chr̄ianorũ numia
me nõ alia cauſa q̄ʒ cogẽte fame ad furtũ coactũ.Cũq́ʒ chariſſimã cõiugẽ,& ex ea
ſuſceptos liberos mortuos fame iã terra cõdidiſſem,meq́ʒ ſupſtitẽ nullo ingenio,
aut labore uitã redimere potuiſſe,ideo furti reus hac hora,fatis urgẽtibꝰ,& ſe hac
miſera clade mea ſatiãtibus,libens cõiugẽ liberoſq́ʒ meos ſeq̃r,gaudeoq́ʒ nũc me
ab his uitæ liberari miſeriis,coruis aliiſq́ʒ ſceuis alitibꝰ nobis fœlicibꝰ natis hãc meã
carnẽ,ſiq́ adhuc oſſibus hæret,expoſiturꝰ.Et his dictis iam laq̃o ĩplicitus ſe a ſcala,
dũ liberare illũ ſupplicio pp̄li pietas uellet,p̄cipitẽ dedit,ĩmotus ꝓrſus,& neq́ʒ pal
pitans,oblifis faucibus,q̄ſi cũ ſenſus hũani ſolacio eſuriebundã exhalabat aĩam.Fe/
runt m̄ltos tedio uitæ affectos necẽ ſibi laq̃o cõſciuiſſe.Dũ hoc malũ ſueuiã & ba
uariã maxĩe graſſaret̃.Iam urbẽ populũq́ʒ Norinbergẽſem ueluti ſæua quædã tẽ/
peſtas afflabat,oĩmq́ʒ aĩos p̄culerat dũ p̄crebuerat,ſine Bauariæ frumẽtis,q̃ iam
defecerãt,urbẽ ęgre ſuſtẽtari poſſe.Cũq́ʒ indies piſtorũ auaritia gliſceret panẽ mi
ſeris ciuibus & op̄ariis p̄cio augeſcẽtes,eiſq́ʒ ſubtrahẽtes,ut uix diurno q̄ſtu uulgꝰ
famẽ ꝓpulſare poſſet.Mox hac re cõperta,ſenatꝰ ut in aliis etiã prudẽs.Frumenta
rias,butyri,ſalis,ſalitarũ carniũ ſiccorũq́ʒ piſciũ & leguminũ ædes,cellaſq́ʒ uinari/
as ap̄uit,piſtoreq́ʒ ſe publicũ cõſtituit & geſſit laborãtibus ciuibus & aĩo cõſterna
tis,panẽ oĩaq́ʒ uictui neceſſaria recto & iuſto p̄cio uendẽs,donec piſtorũ & auari
cia lapidata totaq́ʒ urbs a fame releuata fuerat.Magnũ ꝓfecto,& memorabile,&
ſalutare reip.factũ. Eſt p̄terea domus ſenatoria & p̄toria aula patẽtiſſima,qua dũ
Germaniæ,aut cæſaris,aut principũ,cõuentus eſt cauſæ diſcutiunt̃,& publica nu/
ptiarũ & chorearũ ſpectacula celebrant̃ hiſtoriis & imaginibus uetuſtiſſimis im/
peratorũ noſtrorũ & regñ depicta.Sed ut bibliotheca publica & ornatiſſima eius
domus publice pari incuria fuligine & puluere obſita eſt & neglecta.

De domibus cereuiſiariis,& armẽtariis,& expoſitorũ. Cap.xi.

SImiliter dũ pp̄ls cereuiſiarios (ita uocãt eos qui cereuiſiã coquũt & uendũt)
eodem ſcelere criminaret̃ ſenatus,ut lucri cupidinẽ ex illorũ animis eraderet,
mox tabernas cereuiſiarias & braſſiatorias ædificauit,publicũq́ʒ potũ ex il is
exhibuit.Potus is aqua eſt,decoctione fumati hordei (q̄d tunc uulgo braſiũ uo/
cant) aut alterius frugis adipe corrupta,cui (ut oĩes in uitia ingenioſi ſumus)ſe
mina herbæ cui humulo (ab hebræorũ uoce ſic dicunt) nomẽ eſt,miſcent & inco
quunt,& ut herba plurimi fumi eſt,ita ſemẽ eius in aqua cũ fruge decoctũ,immo/
deſteq́ʒ hauſtũ,potãtes in hebetudinẽ ſenſuũ,& temulentiã agit,uidimꝰ dum in ſa
xonia & littorali Germania eſſemꝰ poſt decoctionẽ eius potus,ſiliq́s ad plateas ur/
biũ expoſitas,iumẽtaq́ʒ ex illis nidorẽ fumũq́ʒ,ut adhuc tepebãt naribꝰ attrahere,
pauloq́ʒ poſt in furiã actos boues uibratis cornibus ad mutua p̄lia ſe laceſſentes,
herba ꝓfecto taxo & ueneno colchico nocẽtior,& q̃ plęriſq́ʒ germaniæ pp̄lis cæ/
diũ & m̄ltorũ malorũ cauſa eſt dũ certa lege & artibꝰ,poculorũ uiciſſitudie inter
ſe cõtendũt,& tanq̃ de hoſte parta uictoria ſit ỽtute & gl̃ia de eo quẽ inſenſatũ &

uelut mortuū reddiderit gſiantib9. Potus alias ſi modeſtiā & naturā ſeqris, ſalubet ſane & nutriēdis uegetādiſq; corꝑibus leuādi æſtus ſedādæq; ſitis gratiſſimus humor. Armamētarias dom9 hñt ferramētis, machinis, belliciſq; inſtrumētis locupletes. Nec facile qs in Europa urbē noiauerit, q̄ harū rerū ſtudio & cōparatione huic urbi par eſſe poterit. Nā ſiqd unq̄ germana ingenia ꝓ armis, machinis, tormētiſq; rei bellicę excogitare potuerūt, illic affatī inuenies acutas & hamatas cuſpidas mucronatas lanceas, trinodes & quadrinodes clauas, geſas, frameas, acinaces, falcatos currus, toracas, loricas trilices, papiliones, ſariſſas, machęras, catapultas. Cerneres inſtrumēta ad muros q̄tiendos diſſiciēdoſq; exqſita. & ad oēm apparatū bellorū, expugnationūq; neceſſaria, ſeu caſtra ponere, ſeu Martē eminus, cominuſq; cōſerere optuerit bombardarū, baliſtarū, mortariorū, tormentorū, fundarū, oīſq; gñis telorū infinita pene multitudo diuerſis uariiſq; formis admirabili ingenio & arte, & diuerſis uſibus apte ingētes orbes, glādes, & uolantia ſaxa ſternacē uagūq; ignē, flāmas, tedaſq;, aliāq; materiā ꝑniciosam & exitialē iaculātes, & quæcūq; hoſtem in cōditiones pacis & deditionē cogere, ꝓfligare, extermiareq; poſſūt, emittentes, quorū oīm uſū & formā deſcribere magis belli q̄ pacis ſcriptorē poſceret. Epoſiticiorū domus, ſeu ut graeci oīa q̄ nos melius βρεφοτροφεῖα ut ſexus maris & fœminæ eſt, duas publicas hñt, qbus infantes a genitricib9, pauꝑtate, imbecillitate, infamia, timore aut pudore (ut affectiōes illi9 ſexus ſunt) expoſiti educant, his ſūma cura & ſtudio nutricū maxīa pietate incerta ſoboles adoleſcit. Collatis etiā nuꝑ pio affectu pecuniis, ut uir & fęia his domib9 ꝑceptionis mun9 obiret, qui pueros prius ſine lege & inſtitutiōe, barbaroq; inter ſe fremitu & ritu uiuētes, iam in ingenuis morib9 & characterū Romanorū cognitione & formatione imbuūt. Cū aūt puericiā in his domib9 exegerint, iāq; rōnis cōpotes facti fuerint ciuitate mas & fœmina donat, & ut de ingenio, indole, aut induſtria ſpes eſt, ita mas negociatori, aut oꝑario (q̄s ἐργαστῆρας grai. i. oꝑe manuū uictū quærētes uocant) cōmendat, fœmella ex pietate dote aſſignata uiro copulat. A ciuibus orbatis plęriq;, aut inſœcūdis adoptant, ſed qm̄ in eū locū a nobis ꝑuentū eſt, nūc etiā cæteras urbis pietates cōmemorabim9, q̄s illi ut multa uocabula a græcis etiā germana lingua accepimus ἐλεημοσύνας id eſt miſericordias uocāt.

De pietatibus, & eleemoſynis urbis, & leproſis. Cap. xii.

NOn facile quis urbē per religionē chr̄ianā offendet, q̄ huic nr̄æ cōparare q̄at tam ꝓpenſa & expoſita in pietatis oꝑa eſt, ſunt pluſq̄. xl. numi aurei perēni reddditu, q̄ q̄tānis in illorū ciuiū ſubſidiū & uitæ ſuſtentationē erogant, q̄s aut fatū aut iniq̄ ſors extern9 & lōgus carcer, uel æs alienū (dūmodo ex ſua culpa obærat9 nō ſit) fregerit, aut q̄s incendia latrociniaue opꝑſſerint, & in ægeſtatē cōpulerint, q aliqñ cū ignominia & cōtumelia urbē cogerent deſerere hoc annuo & occulto ſtipēdio, cū qbus rō gñis dignitatis aut familiæ habet, ſuſtentant, donec deſæuiēte fortuna redeūtibuſq; placidioribus aſtris tēpeſtatē naufragiūq; enatarint. Illud ergo maximū pietatis opus duco, q̄ ingenui etiā, & in tacita calamitate cōſtituti cōſolant. Sūt poſt hāc certi & publici reddit9 honeſtarū puellarū dotibus reſeruati, q̄s parētes prę inopia mr̄imonio locare nō poſſunt, aut pupillæ orphanæq; fuerint, dūmodo ſpectata pudicicia & ꝓbitate morum ſanctitateq;

inſignes fuerint. Sunt xii. uirorũ decrepitorũ (q̃s illi xii. frẽs uocãt) duo cõtubernia, in q̃ ciues oparii colligunt, qui ſenio aut lõgo labore effoetis iã uiribus feſſi, uictu & corpis cura egẽtes. Hi a tredecio fratre illorũ curatore, oibus uitæ neceſſariis ꝓuident. Pro foemis etiã mſtis domib⁹ eadẽ pietate cõſtructis & fundatis. Sunt hebdomodales, & ut ipi dicũt dites ſportulæ (ita eã pietatẽ apud Romanos q̃ndã extitiſſe & uocatũ fuiſſe inuenio) hæ centũ, & lxiiii. ciuib⁹ egẽtibus ſingulis hebbomadibus die ſolis, ubi ſacerdos ſacras undas in pplm ſpſerit ꝑpetuis redditib⁹ panem, carnẽ, laridũ. aut dũ ex religione a carnibus abſtinet̃, piſces ſardani, quã illi allec piſum aliaq́ꝫ legumina elargiunt̃. Decẽ ſportulæ numo aureo cõparant̃, cõſtitutis diſpẽſatoribus q de honeſtate, ꝓbitate, neceſſitateq́ꝫ accipientiũ cognoſcant & examẽ faciãt. Sũt inſup minores & perẽnes etiã, ſed pecuniariæ ſportulæ q̃ die ueneris lv. ciuibus, ſed aliis a ſupiorbus in ſingſas hebdomadas ſolidũ (ita nomiſma uocãt, q̃d uicies ſumptũ aureũ Rhenẽſem reddit) erogãtes. Eſt aliud piũ opus q̃d ſex ciuiũ filiis annuos ſũptus q̃nq́ꝫ annis ad gymnaſia gñalia mittit. Primi ſacris literis & theologiæ ſtudẽt. Secũdi ordĩs hũanis & diuis legibus opam dant, reliqui medicinæ. Hi dũ ſuorũ ſtudiorũ p̃mia honeſtioresq́ꝫ titulos doctorũ, quod in eorũ arbitrio poſitũ eſt merent̃, in urbẽ reuocant̃, quorũ opa, ſi urbs indiget, digno a ſenatu ſtipẽdio ꝓuident̃, q̃tienſq́ꝫ in cõi cõſulto opus his fuerit, cõſiliis adhibent q̃d ſi extra urbẽ apud principes, aut alias urbes illos agere cõtingat ſacramẽto adacti ſunt. Dũ ſuis cõſiliis opus eſt reip. & ciuib⁹ adeſſe. Eſt & aliud pietatis opus, & q̃d nuſq̃ apud alias urbes aut gẽtes ĩueneris aut audieris. In ea hebdomada quã de ſaluatoris nr̃i paſſione obſeruam⁹, leproſi utriuſq́ꝫ ſexus ex omĩ regione in urbem cõfluũt. Sexcẽti octingẽti aliq̃n cõueniũt, domo publica in urbe ad cõuentũ illorũ cõſtructa, q̃ per eos dies reficiunt̃. Qui ubi cõuenerũt, ſacerdos & phyſicus eos de q̃bus certitudo morbi nõ cõſtat, luſtrãt & ĩtuent̃ ſignis ei⁹ plagę diligent̃ aſpectis ſi aut lues cuti ĩolita, aut alteri⁹ ęgritudĩs cã caro polluta ſit. Moxq́ꝫ iudiciũ mũdi & ĩmundi corpis ꝓferẽtes ueluti in delectu militũ fit illos excludunt, alios ad collectã multitudinẽ cõſcribũt, datis literis a ſenatu his q mũdi repti ſunt, ſuã ſanitatẽ teſtãtibus, q̃ delectu habito ſacerdos dato ad concionẽ ſigno oms die quẽ de cena dñi appellãt in unũ locũ cogit. Is eſt quẽ ad ædes diui Sebaldi κοιμητήριον gręca uoce dicũt. Nos dormitoriũ mortuorũ dicere poſſum⁹, cõſcenſoq́ꝫ ſuggeſto hortat̃ illos ad patiam & tolerantiã, q̃dq́ꝫ eã mẽbrorũ luem corporũq́ꝫ fœditatẽ, & q̃ ab hominũ ſocietate extra urbes & pagos eiecti uiuãt æq̃ & placato patiẽtiq́ꝫ aĩo tollerent, ſanctorũ martyrũ & eremitarũ meminiſſe uelint, maxieq́ꝫ acerbiſſimã ſaluatoris nr̃i paſſionẽ prę oc̃lis hr̃e & mẽte reuoluere, quãtas ille pro hũani gñis ſalute & redẽptiõe cõtumelias, ſuiq́ꝫ ſanctiſſimi corpis plagas ſuſtulerit, cui⁹ corp⁹ mox pacta cõcione ĩ memoriã paſſiõis eius ſũpturi ſunt. Quib⁹ ita cõſolatis & firmatis poſt ſacrificiũ in ſacello q̃d cœmeterio adiacet a pctis purgari dñico corpe cibãt. Deiñ ĩſtructa cœna lautiſſima in cõe cœnaculũ oẽs cõueniũt. Videres tũc nobiles inſignes matronas, ingenuos & magnificos, ciues uelut miſtros p̃cinctos ad illorũ mẽſes ſtare inciſorio ꝓpinatorioq́ꝫ mũere uelut ad regũ epulas gaudere, miniſterioq́ꝫ int̃ ſe certare, cõuiuãteſq́ꝫ adhortari, cõſolariq́ꝫ ut corp⁹ cibo animiq́ꝫ gaudio expleãt. Tanta pientiſſimarũ matronarũ & optimorũ ciuiũ pietas & ſtudiũ circa

miſeros eſt, Aſt ubi iam epulæ mēſæq̨ remotæ, & hymno dicto ſingulis ueſtis ꝓ tunica & linea camiſia dat, cū uiaticoq̨ ad ꝓpria (ſalutatione & futuri anni inuitatione facta) remittunt, adde nūc ad has urbis pietatis q̄ttuor an̄ portas domus leprarias, & duo publica in urbe, & circa urbē ꝑegrinorū diuerſoria q̄ ab oībus regionib9 & t̄ris itinere fatigatos colligūt, cibo potuq̨ ꝑ diē & nocte reficiūt. Scd'o die recupatis uiribus cū uiatico ad inſtitutū iter dimittūt. Adde nunc huic pietati paupes adoleſcētes a rure & cæteris urbib9 diſciplinarꝫ & lrarū cā īfluētes q̄s urbs q̄ttuor publicis gymnaſiis larga manu fouet. Accedit ad Italicarū urbium morē & imitationē, ꝓ ingenuis pueris & adoleſcētibus erectū ſtipendiū. c. aureorꝫ q̄ uir in romanis lris eruditus in poetica & oratoria ī publica domo legit, ad id ſtipēdiū primus a Monaco Henricus Greninger9 uocatus, uir Rhomanis lris exq̄ſita doctrina oli in Italia inſtitut9, uita & morū hōeſtate cōſpicu9, & ſingl'ari hūanitate & modeſtia p̄ditus. Eius erectiōis & ſtipēdii author apd' ſenatū genitor hoſpitis mei Io. Pirckeimer utriuſq̨ iuris ꝓfeſſor fuit. Sed iam alia ꝓſequamur.

De magiſtratibus urbis. Cap. xiii.

VRbs trifariā in plebe mercatores & p̄res, q̄ antiq̄ gn̄is claritudīe inſignes, diuiſa eſt. Inter q̄s. viii. & xx. fere honeſtiores & ueteres familiæ ſūt, apud q̄s ſūma rerū & īperii eſt, q̄d greci ἀριστοκράτειαν uocāt, publicoſq̨ honores illi ſoli, & mgr̄atus a plebe & mercatorib9 ſepati abeūt, in q̄rꝫ manib9 ratæ leges & ſūmū ius (q̄d nuſq̨ in aliis germaniæ urbib9 īuenies) repoſitū eſt. Hi ex agris & p̄diis uiuūt, negociis tn̄ & mercib9, ut hui9 urbis mores ſunt pleriq̨ dediti, patrū & plebis rarū cōnubiū. Corp9 ſenat9 ſex & xx. uiris cōſtat. xiii. ex his ptātem in ciues exercēt, q̄s illi ſcabinos, romani p̄tores urbanos uocāt. Cæteri de rep. cōſultāt duob9 ſp ex utroq̨ ordīe ꝑ mēſem cōſulū noīe gaudētibus, q̄s ipi magros ciuū uocant, q̄ inſtituto lunatiōes. xiii. annua ſolis cōuerſione illorū nūero explen t. Queſtores aūt qui cæteros ſenio, fide, modeſtia & ꝓbitate antecedūt ex his duos hn̄t. Iſq̨ ſūmus apd' eos magratus eſt, qui oīm uectigaliū q̄ reip. nerui ſunt, ſacrarū ędiū & monaſteriorū & eorꝫ reddituū totiuſq̨ urbis ærarii curā hn̄t. Sūt p̄ter hos ferme. cc. ex tribus q̄s diximus ordibus ſenatorii uiri, q̄ ſel' in anno & ubi res arduæ poſtulauerit coeūt, & in cōe cōſultāt, hos ipi noīatos uocāt. Eſt q̄nqueuirat9 apd' quē crimīales cāę diſcutiunt, hiq̨ tribus per hebdomadā dieb9 cās audiūt. Quib9 ēt dieb9 p̄tores urbani in ciuilib9 q̄ſtionibus ius dicūt aſſidētib9 ſp tribus doctoribus iuriſpitis. Eſt p̄terea p̄tor arualis qui ruſticis ius dicit, urbi ac ciuibus ſubiectis. Ex q̄bus cū neceſſitas ingruit ſupra decē milia armant. Inter q̄s circa ſex milia egregie bombardis periti. Currus aūt falcatos ac prœliares ultra tria milia ex his inſtruūt. Nullū in urbe opariorū, aut plebis publicū, aut occultū cōuentū patiunt. Nec cōuiuii religionis, aut exequiarū cauſa, pniciosum illud & exitiale reipu. arbitrātes q̄ ex talibus cōgreſſibus ſeditiones & factiones diſcriminaq̨ popularia ſeminent & pullulent, quæ res multis germaniæ urbibus libertatē noſtra memoria ademit. Quod ſi aliqua inter oparios ſimultas aut diſſenſio orta fuerit nō ad capita opariorū & ad primores artium, ſed ad ſenatū oīa referunt, qui ut patres conſederint, ſtatim duos ad illos priuato colloquio mittunt qui concordiā tentent, & dum illi pertinaces pſtiterint cōfeſtim ad ſenatū cauſa refert, graui mulcta concordiā empturi. Hac caſtigatione

repreſſi plures inter ciues cõtrouerſiæ tollunt̃,& ab iniuriis abſtinet̃,Cæſar Fride
ricus dũ romæ cõſecrationẽ coronæ a põtifice,ut impatores nr̃i ex religiõe ſolent,
accepiſſet,utq; Norinbergã rediit,ppl̃i mltitudinẽ effuſam,ante portas undiq; ui
dens,& ut urbẽ intraſſet ciuitatẽ in ppl̃m effuſam obſeſſas undiq; plateas & tecta
laborãtia & uelut diluuia q̃dã uidiſſet ſeniorẽ urbis,q tũc leue eius adeqtabat int/
rogauit q̊nã ingenio & arte tantã multitudinẽ ſine ſeditiõe & tumultu regerẽt &
cõtinerẽt.At ille ut uir uenerãda canitie & ſũma animi prudẽtia erat,ꝟbis,inqt,im
perator inuictiſſime,& grauibꝰ pecuniariis corpiſq; pœnis id efficimꝰ,ſignificãs in
genuos ciues ꝟbis & piis adhortatiõibus monẽdos eſſe,hiſq; ſe emẽdare.Plebem
aũt ut ſeruile & indomitũ uulgꝰ nõ niſi corpis pœna aut pecunię mulcta a delictis
arceri debere,ad cohibẽdaq; pctã plus timorẽ q̃ pudorẽ apud uulgũ ualere.Vox
digna & ſalutaris reipu.cũctiſq; ciuitatũ rectoribus & principibꝰ mẽoriæ traden
da. Nullus in urbe publicus aut priuatus locus patet aleæ,taxillis, potatiõibus,aut
aliis q̃ corrũpere aut deprauare mores urbis poſſunt,p̃ter eũ quẽ ſenatus ꝓ inge
nuis ſolũ conſtituit relaxandorũ aĩorũ gr̃a,ne decoctoribꝰ & abligutoribus bono
rũ ſuorũ occaſio aut irritamentũ p̃bere poſſit,q̊d in illorũ hodie urbibus q ex reli
gione ſibi cũcta licere putãt,tanq̃ in decus & incrementũ reipu. chr̃ianæ fieri uide
mus.Qui nedũ publicas luſorias tabernas uiliſſimis ſcurris deorũq; cõtemptori/
bus locãt,uerũetiã ip̃i de his quæſtũ tanq̃ honeſtũ lucrũ q̃runt & recipiũt.In qbus
cerneres ſacris initiatos,& q̊s nec hĩtu,ꝟbis & moribꝰ a plebe diſcernere poſſis in
corona ſedere,aleam,pocula,taxillos pari furore & ĩſania tractare,execrare,fure/
re,& indignari,& q̊d magis ſtomacheris in luborẽ palloremq; eferueſcere,bra/
chia iactari,ĩgemiſcere,ſeq; ſuãq; fortunã & uitã accuſare,diriſq; deuouere,irãq;
& tremẽtia labra in deos & hoĩes exaſpare.Hi ſeculi noſtri mores & chr̃ianæ reli
gionis principes ſunt,in q̊rũ uſum redditꝰ a maioribꝰ nr̃is relicti pio in religionẽ af
fectu,q̊rꝫ hodie tãta luxuria & auaricia eſt,ut ſi totus orbis ip̃mq; cœlũ cũ ſole ab
eis p̃ndi poſſet uectigale facerẽt.Honeſtatis curã urbs talẽ & circa fœmĩas hẽt,ut
nedũ de illarũ ueſtibꝰ,uerũetiã de pedũ uinculis leges tulerĩt,eiuſq; rei ſecretos de
latores hñt,q eas q̃ legi nõ paruerĩt denũcient,ferũt multã pecuniã publico æra/
rio q̊tãnis inferri q̃rundã fœminarũ ad uoluptatẽ inſtructarũ licentia & ĩmodeſta
laſciuia.Cogunt̃ aũt ſingulæ apud ſenatũ cõparere & mulctã offerre,ut illarũ cõ/
tumaciã ꝟbis etiã & monitiõe benigna ad uerecũdiã & modeſtiã inducat. Q̊d ſiq
int̃ mlieres cõtrouerſia coorta fuerit,alteraq; alterã iniuria,ꝟbo,factoue ĩdecoro,
(ut ille ſexus maledicẽtior eſt) leſerit,aut q̃ pellicatui aut lenociniis fauerit,uel ca/
ſtitati puellarũ poſuerit ĩſidias,aut adulterorũ cõgreſſibus cõſuluerit,certo aut ua
go authore delata,publico foro ante curiã patrũ magnũ ſaxũ in globi formã exciſũ
hũeris geſtare cogit̃,p̃cone cũ tympano & phiſtula p̃cedẽte,ad cuiꝰ pulſum in fo/
ro a toto uulgo cõcurrit̃.In ſequẽtibus & acclamãtibus pueris & ætate ꝓuectori/
bus fœdaq; ſuggillatiõe cauillis & ꝓbris ſaxo onuſtã (ut lẽtiori greſſu ſpectaculũ
p̃beat, cõfuſioneq; & calũniis ſubiaceat) inſectãtibus & per circũagãtibus,ridicu
lũ ꝓfecto & plenũ cachinno ſpectaculũ,& coercẽdis mulierũ delictis ſatis efficax
documentũ.Has.n.uitupationes aliqñ magis metuũt q̃ leges ad bene beateq; ui/
uendũ cõſtitutas. Sed nos iam reliqua urbis ornamenta cõſectemur.

De pœnis ſontium. Cap.xiiii.

SVmmã libertatis urbis curã habẽt,q̃d ſiqua cõtentio aut rixa in uulgo cõcitã ta fuerit, aſtanſq; ciuis illis priuſq̃ mutuis uerberibus aut cædibus ſe affece-rint pacem uenerari, & ab iurgiis abſtinere ſenatꝰ auctoritate p̄ceperit,& il-li in furore ꝑtinaces ꝑſtiterint.Mox appitores ꝗ libertati urbis inuigilãt accurrũt, carceribus illos cõfeſtim mancipãtes.Proſcribũt ultra germaniæ(ut lõgiſſime ab urbe qui in p̄riam deliq̄rint abſint)q̃ttuor nemora & flumĩa.Bacenin,Sueuiæ,Pi cearĩa & Hercyniã Frãciæ & Thuringiæ,& Boemiæ,Danubiũ,Albin,Rhenũ,& Mænũ,q̄bus flumĩbus & ſyluis urbs ad q̃ttuor mũdi latera in medio ſita circũſepta eſt.Eos aũt ꝗ delicta cõmittũt,leui etiã aliq̃n cauſa diuerſis pœnis & gn̄ibus tormẽ torũ exq̄ſitis afficiũt,aut q̃ſtionibus ſubiectos dãnant,ut ſint reliquis documẽto,& magnitudo pœnæ alios ꝑterreat,alios ad palũ in foro uinctos ferreo lupato circũ collũ adacto corã multitudĩe ſtare cogũt publico foro uulgiq; ludibriis & ignomi niis exponẽtes.Alios ꝑ urbẽ uirgis ad cruorẽ cæſos ante portas deducũt & extor-res ab urbe,& trãs nemora & q̃ttuor flumĩa ꝓſcribũt.Aliis oculorũ orbes effodi-unt,aut ꝑſectis auribꝰ,& amputata manu urbe expellunt.Linguas dei ſanctorũq; blaſphematoribꝰ p̄ſcindũt,digna tragœdiis materia,& de Oedippo Thereoq; decãtata,periurii reis digitos q̄bus ille tactis ſacris cæleſtia numĩa in teſtes uocaue rat,amputãt.Falſariis monetæ(ut iã metallariæ artes adulterinæ prauorũ hoĩm in genio inuẽtæ ſũt) aut alterius rei cauterio uelut pãnoniis eq̄s,frõtibus aut genis, indelebilẽ characterẽ inurũt,taliq; nota pœnas nepharii pendũt. Nemĩnẽ occulto ueneno,aut toxico placidiſſimo gn̄e mortis (q̃d eq̄dem germanæ ſimplicitati tri-buo,tollũt.In nullos ſæuius grauiuſq; q̃ in latrones,parricidas,fures,& patriæ ho ſtes aĩaduertẽtes, cerneres añ portas ingemoniis dãnatoꝝ cadauera ſuſpẽſa mutu is ſe(dũ aer mouet) cõflictari cadaueribꝰ,& uelut diomedeis ꝑſepiis a coruorũ ſce uarumq; uolucrũ roſtris lacerari,falſarios merciũ aut monetaꝝ,ſacrarũq; ædiũ ſpoliatores & ſacrilegos,uiuos rogo ĩpoſitos aut ad ſtipitẽ uinctos cremãt,inſerto ſub aſcellis capiti,inguinibuſq; nitri puluere,ut flãma fomentũ corripiat.Latrones & parricidas nõ crucibus agũt aut culleis inſuũt,ſed aculeatis rotis tibias & lacer-torũ moras cõfringũt. Cõtritiſq; ſinglis oſſibus carnifex ceruicẽ & præcordia hu meroſq; ingẽti rotæ citato ĩpetu pulſat,a ſedibus & amico domicilio latibuliſq; ſu-is miſerã explodẽs aĩam,dein lacerũ & deforme cadauer ſpirãtibus calẽtibuſq; ad huc venis rota ſup̄ palũ ſuffixa in aura reſupinatos uolucribꝰ exponũt.At q̄bus cũ mitius agit uiuos prius enſe ꝑcutiũt,dein trũcũ ip̄m ſupplicio rotæ afficiũt.In mor tuos etiã & exanĩe corpꝰ ſæuit.Nec ad has pœnas miſeris ꝓficiſci dat, ſed eq̄ adli-gatos ſupinos ad hæc tormẽta trahunt per ſaxa lacunas, uoragines,imbriceſq; pla teaꝝ miſerorũ corpora (ut de Hippolito tragœdia gemit)lacerãtes, obiter un-cis flãmatiſq; forcipibus ſuras & muſculos,aliaq; carnulentiora corporis loca uelli cantes fœdum illud in Germanicæ ſeueritatis triſte ſpectaculum, nec ad coercen-da latrocinia,cædes,& rapinas perditiſſimorũ homiũ ſufficiens & efficax exem-plum,dum lacera corpora & truncos artus,& infecta tabo canibus & ſceuis aliti-bus cadauera exponunt hoſtibus patriæ & in eam coniurantibus exta rimãtur, & ueluti haruſpicina aut ἀνατομὴ fieret, carnifex primum cor ſcrutatur,exectis de-

inde cæteris inteſtinis corp⁹ exenteratũ in q̃ttuor ꝑtes lancinat, ut manus & crura exeruñt. Has tanq̃ ex religione ante urbis portas palis & crucibus affixas ad q̃ttuor mũdi regiones & cœli cardines exponũt. Tanta germanorũ latrocinii & ſacrilegii uindicta eſt. Nec mulierib⁹ (tantus ſeueritatis & iuſticiæ rigor eſt) parcit, q̃ eũ (ut raro ſe a ſcelerib⁹ abſtinẽt) toxico aut amatorio poculo lymphaticos fecerint, aut faſcinatione, aut ſuꝑſtitione ĩfamatæ fuerint, uel quæ partũ necauerit, aut ĩmaturũ excuſſerint diuerſis ſuppliciis afficiunt, aut culleo inſutas ſubmergũt, aut igne uitã adimũt, aut uiuas humo defodiũt, nec his tormẽtis & cruciatib⁹ hũana temeritas a flagitiis & ſceleribus arceri & abſterreri põt, q̃n ſemꝑ ſcelus ſceleri accumulent. Nouis etiã ingeniis crimĩa ꝑpetrãtes, ut nõ ſatis illis digna ſupplicia & tormenta reſpõdeãt. Oĩbus dãnatis cũ ad ſupplicia ducunt̃ cucull⁹ capiti iniicit̃, ne ex amicis, cognatis, notis, aut ignotis animi turbatio, aut deſꝑatio miſero ſuboriat̃, ſed fixis humi & obductis obtutibus & facie, ad mortẽ q̃ſi incognitus trahat̃.

De uniuerſali urbis iuſticia, legibus cõuiuiorũ, nuptiarũ, iudeis, & uini corruptoribus. Cap. xv.

VNiuerſalis iuſticiæ, q̃ alienę utilitatis ſpeculatrix eſt, & eorũ q̃ ad ciuilem cultũ ꝑtinent uigilãtiſſimã curã agũt, ponderũ, regulæ, meſuræ, utriuſq; ex auro & argẽto monetæ, & in cũctarũ rerũ admĩſtratione æq̃bilitatẽ ſeruare p̃cipiẽtes. Mercĩũ adulteros grauiſſima aĩaduerſione corporũ & pecuniæ puniẽtes. Nuptiarũ & cõuiuiorũ, & quicq̃d eorũ eſt q̃ in fauorẽ mr̃imonii & contrahẽdæ amicitiæ cauſa fiũt de cibo & potu, nũeroq; cõuiuarũ ſũptuarias leges tulere, neq; carnes & piſces ſi᷑ ſepelire uẽtribus cõceſſum eſt. Satis uiſum unũ elemẽtum ingluuie nr̃a ſpoliaſſe, & nõ cũctis naturæ mẽbris (ut luxuriæ popinali modũ ponãt) ꝓpt᷑ gulã nr̃am inſidias poſuiſſe, eaſq; cõmeſſationes uelut iacturas & inanes ſũptus, & q̃bus ſe ciues exhauriũt, dãnauit. Lege etiã de canibus lata, ut ſingli pr̃eſfamilias unũ tm̃ canẽ nutriãt, uenatiõe canũ nocturna ob eã rẽ ꝑ uiſpilonẽ demãdata, ut extorres nocte moloſſis ſuis prẽdat & mactet, uenatori tñ cani ab hac lege ĩmuni. In natiuitatib⁹ ꝓlis & funeribus (ut per totã ferme germaniã fit) epulationes nõ concedũt, ne mulieꝶ aggregatiõi occaſiones ebrietatũ dari cõtingat. In cõuiuiis aũt dũ publicas uoluptates inſtruũt, epularis ſermo cõcinn⁹, & p̃ter cõſuetudinẽ germanorũ ſedatus, nec murmurabũdus, nec in licẽtioſos cachinnos effuſ⁹, ſed uerecũdo ſilẽtio p̃ſſus, prudẽs & accurat⁹. Vinorũ etiã corruptores utinã grauiore ſupplicio afficerẽt, cui⁹ corruptelã, ut mĺta alia nr̃a ſecl'a excogitauere, ita illa q̃q; adulteratio & execrandũ malũ inuẽtũ eſt, nec iã ſolũ ꝑ Germaniã, ſed & ꝑ galliã, Pãnoniã, Sarmatiã, aliaſq; t̃ras ſcel⁹ illud ſe plãtauit, dũ colorẽ, ſaporẽ, odorem, v̄tutẽ, ſubſtantiã, patriã etiã in illis mutãt. Inuentũ illud druidę eſſe ferũt Martino bauaro nomẽ illi erat in franciæ oppido q̃d a nigra q̃rcu dicũt, dign⁹ ꝑfecto æternis ſuppliciis q̃ liquorẽ (& q̃ res ſacræ fiũt) corpi hũano gratiſſimũ peſtiferꝶ & lœtalẽ fecit. Naturæ mun⁹ & q̃ nõ aliud p̃ſtantius ſydera ip̃a ornamẽtũq; mũdi phœb⁹ excoq̃t cõtaminãs & inficiẽs, & q̃d ĩ gaudiũ & alacritatẽ & curarũ nr̃arũ remediũ natura nobis elargita eſt, ille in toxicũ & uariarũ ægritudinũ cãs mutauit hũani gñis extinctor, ſanguinari⁹ & crud⁹ carnifex. Q̃d' ſi mercĩũ & monetæ adul

neratores capitali pœna apud uos prudentiſſimi ſenatores plectuntur, quali illum ſupplicio afficiendū cenſetis, qui tot hoīes occidit, aut in ægritudines conicit, quā hodie uinū bibūt. Illi paucioribus corruptelas ſuas uendūt. Ille ætatem oēm & utriuſq; ſexus hoīes in uaria pericula adducit. Mulieribus ſterilitatē inducit, aborſus facit. Conceptū, q; fœtū abigit, nutricib9 lac inficit aut ſubtrahit, arteticos dolores corpori imittit. In uiris aūt inteſtinorū renūq; tormina (quo nō maior dolor corporis eſt, & corroſiones uiſcerū inducit, & ut plura paucis dicam venenū inflammat, mordicat, adurit, extenuat, exiccat, nec ſitim aufert, ſed auget ut natura ſulphuris eſt. Cuius magnā vim prius q̄ deferbuerint uina (cōmixtis aliis noxiis & uenenoſis rebus quæ hic docere pudet) addūt, naturā tranſmutātes, hoc nos ſub dulci melle uenenū amicis noſtris, uxoribus & liberis & nobiſipſis (ut magna pluribus annis uini charitas fuit) tam magnis pecuniis emimus, natura tanti ſceleris ultrice, quæ hunc liquorē per tot annos ꝓpter hos ſuos hoſtes, & uniuerſi humani generis exterminatores ſubtraxit. Quocirca pr̄es prudētiſſimi nō ſolū eorū uaſis cōcuſſis in fluuiū ueſtrū tale uenenū effūdere debetis, uerūetiam huius uini ꝓpinatores in rogū & ignē uiuos p̄cipitare debetis, nō minus hui9 toxici q̄ latrocinii curā agētes. Hebręos in ea ꝑte quæ in ſeptentrionē ſpectat urbs habuit & fouit, ſed ob iuſtas & neceſſarias reip. utilitates nuꝑ expulit & exploſit, gentē tranſmarinā inſigni cōtumelia & ira numinū a patriis ſedib9 exulantē, quę e ſuis ſacris & ſupſtitionib9 adhuc dedita cūctis regionibus aduerſa edurat, nec ſatis erat tantū auri & argenti in Italiam merciū & cōſeruandæ religionis chriſtianæ gratia a nobis quotānis inuehere. Illos etiā pecuniarū nr̄arū corroſores & fœneratores intra ſinū noſtrū per Germaniā fouem9. Et q̄d quorūdā principū noſtrorū auaritia a ſuis extorqre nō pōt, hoc per ſuorū ſubditorū & pauperū locatione & redēptionē efficiunt, ut tandem a iudęis uſuras & uectigalia & tributū colligāt. Fœlices ꝓfecto urbes & terræ quæ hac hoīm luce carēt, ne multis furti occaſionē, & bonorū ſuorū diſtractionem p̄beant. Videres ab illis chriſtianoꝝ ſupellectilē ueſtes, aurum, argentū ſacra etiā uaſa calices ueluti ꝓſcriptā prędā ſub haſta uēdere. Chriſtianorū pecunias nō tantū, ſed & ſanguinē noſtrum ſitire, dū ueteris ſuæ ſupſtitionis extiſpicia cum infantibus noſtris, q̄s cruente & atrociter mactāt, celebrāt, & hoc diuinatiōis genere futura perquirūt, nullā Germaniæ urbē īmunē reliq̄re, quā hoc ſcelere nō polluiſſent. Sacris etiā hoſtiis & ſacramētis noſtris ſæpe ablatis cōtumeliaq; & ignominia affectis. Quapropter flāmis aliiſq; ſuppliciis ſæpe excruciati magnā ſuorum ſcelerū fœditatis & perfidiæ reliquere infamiam.

De annona & uictualibus urbis. Capitulū decimū ſextū & ultimū.

ARmenta & pecora, oues & capræ in urbe nō ſunt ꝓpter mundiciā, q̄ꝑuis ad primū ab ea lapidē ingens copia ſit. Gregaliū & cicurū ipſa prorſus expers. Quippe quæ in tam ſterili ſolo ſita eſt, ut uix locuſtis & formicis cicadiſq; (quod omniū inſectoꝝ maxime ieiunū genus eſt) alimentū cibūq; procreet. Ipſa tamen annonæ & cōmeatus abundantia nullis Germaniæ urbibus ad flumina, & ad inclytos portus Codoni & Oceani noſtri conſtructis inferior eſt. Quippe quæ ſæpe triginta aut quadraginta principibus, imperatori, & regibus

uictũ,& omnia ad eorũ familiã neceſſaria admĩſtrauerit,nullius rei ꝙ uel luxuria regum,aut ebrii ſæculi,aut naturæ neceſſitas requirit egens,uini,frumenti,olei,ſalis,carnis,piſcium,ſalitarũ,ferarũ,uolucrũ,omniũꝗ rerum,uictualiũꝗ copia & affluentia abundans & exuberans,iuſtoꝗ & legitimo precio,tanꝗ apud ſe natiuis opibus genitũ ſit,quod inter licentẽ uendentẽꝗ conueniat oĩa affatim exhibens,a Mgn o,Tubero,Cocero,Aeſto Franciæ amnibus,& Neccharo Sueuię,& Rheno patre fluminũ uina,ex Pannonia & Boemia carnem in ſingulas hebdomadas boues centũ mactans præterea uitulorũ & pecorum multitudinẽ magnam,ex Norico ſalem,ferrum,& frumenta,cuius mille modios ſingulis ſeptimanis abſumunt,quorũ unus hominẽ per annum paſcit,ex qua re colligit̃ ciuiũ numerũ quinquaginta duo millia excedere.Ex Italia oĩs generis fructus & peregrina uina,ſuccos,odores,aromata,tranſmarinaſꝗ opes magis ad inſtrumẽta gulæ & deliciarũ patrocinia ꝙ ad uitæ neceſſaria inuectas.Hæ oẽs res pecuniis quæ a negociatoribus important̃ cõmutatione merciũ facta a ciuibus & operariis comparant̃.Indidẽ uictitantes,& ut eorũ uerbũ eſt,non terra cælo,aut aere ut cæteri mortales ſed ſolo numo uiuentes.Quo circa magna mihi intuenti rẽpub.ueſtram grauiſſimi ſenatores admiratio ſubiit.Cum enim alias urbes quæ hodie adhuc florent,uel quę iam lõgis ruinis excidere,celebritate tamẽ famæ,aut literarũ beneficio adhuc apud nos memoratæ,has aut inclytis portubus & fluminibus,marium cõmercio,ubertate terræ,aut pecore,mineris bellorũ gloria aut imperia in uicinos auctas locupletataſꝗ legimus & uidemus.At uos in uicinos ſtudio,obſequio,amicicia,& fide inſignes,eiuſꝗ rei gratia non fragili & facile perituro papyro,ſed firmo pergameno oẽs ueſtras epiſtolas & ſenatuſcõſulta emittitis.Et ſicut parandæ pacis conſeruandæꝗ fidei & fœderum autores.Ita latrocinii dominationis & rapinarũ ſemper impatientes & infeſtiſſimi hoſtes fuiſtis.Quorũ agrum dum luſtro ſyluã ſabulum & harenã inuenio,dum fluuiũ ſpecto ceruum tranſilire coniicio,& is ueſter Oceanus,Rhodanus,Rhenus,& Danubius qbus rebus in eam opinionẽ adducor,ut crediderim ueſtram urbem,ſicut Græcia de quibuſdã ſuis urbibus canit,a diis ĩmortalibus conditã,& in hunc uſꝗ diem in ornatiſſima ſua rep.& in tanta populi multitudine ſine ciuiũ ſeditione & tumultu numinũ fauore conſeruatã,in quã uelut in cõmunẽ patriã totius Germaniæ gẽtes & collimiciæ noſtræ natiões cõfluunt,qs a latrociniis tutantes uos recipitis,& uariis mercibus onuſtos per uniuerſam Europã emittitis ſocietatis humanæ & cõmerciorũ cõſeruatores,& principes cælesti aliqua & occulta credo uirtute,ut doctiſſimi de loci natura diſſerunt,in urbem ueſtram deſuper diuinitus infuſa.Quam precor fauſtam,fœlicem,ſtabilemꝗ dii immortales urbium & locorũ antiſtites & fatales,genii,indigetes,& hoſpitales,diu in fœlicitate ſua,ſi quid ex uoti noſtri nuncupatione illi accidere poteſt,conſeruent & tueantur,dum rotat aſtra polus feriunt dum litora uenti.

Elaboratum eſt hoc Germaniæ opus, typis ac formulis
Thomæ Anshelmi, Hagenoæ, pręſente caſtigatoreq;
authore ipſo. Sumptibus autem Viri ornatiſſi
mi Ioannis Kobergii Norinbergeñ.
Incolæ. Anno ſalutis noſtræ
M. D. XVIII.
Menſe Augu
ſto.